¶ Si vero tremor ex debilitate virtutis regẽtis membra peruenerit: nutriatur cum carnibus assatis nutribilibus et aliquando elixatis et carnibus caponum pulloruꝫ et carnibus edi et arietis annualis et castrati et vitellis ouorũ et carnibus p̾dicum fasianorum et oium auiuꝫ degẽtium in arborib⁹ et in pratis et nõ in aquis. potetur aqua mellis aliquando hic bibere põt optimum vinum in quo ponatur tantũ de aqua quãtũ ẽ vinũ et plus. carnes capreoli et carnes porci siluestris macras comedere potest. De herbis feniculũ et boraginẽ et cicera fracta in quibus ponantur vitelli ouoruꝫ et risum cũ vitellis. confortetur cor et cerebrũ cũ electuarijs dictis. c. de melancolia. et vtatur in suis cibarijs puluere de speciebus dicto illic.

¶ Si vero tremor fuerit p̾p̾ vsum vini vel propter vsum alicui⁹ rei: abstinere a talibus erit cura eius. vñ Hypo. ij. p̾ticula Amphorismoꝝ. In omni motõe corporis cum ceperit quis dolere quiescere statim remedium ẽ: ⁊ etiam confortare cor ⁊ cerebrũ cum electuarijs de speciebus dictis. c. de melancolia erit conueniẽs ⁊ vtile in hoc casu.

¶ Si autem tremor fuerit ex dominio flegmatis seu propter frigus membrorum curetur vt diximus. c. de paralesi. quia tremor talis ⁊ ex tali causa quasi paralesis est. ⁊ in illa cura nõ requiritur aliud neq̧ ex parte mẽbri neq̧ ex p̾te dispositiõis ⁊ materie vel cause: nisi illđ qđ dcm̃ ẽ illic. Trocisci de sticados quos ĩ antidotario faciem⁹ valent contra oẽm tremorẽ de ꝓprietate.

¶ Capitulum. xxviij. de tortura oris.

Tortura est inclinatio oris ⁊ labioruꝫ ad partẽ dextram vel sinistram cum impotẽtia claudẽdi alterum oculorum: ⁊ cum sufflatione ex latere vno tantum cum p̃cipitur: vt sufflet aerem violenter. Fit autẽ ex molificatione ⁊ ex spasmo: ⁊ dicitur ꝙ lat⁹ ꝙ sanũ videtur. s. curuũ vel ꝯtractũ ẽ illud in quo ẽ egritudo ⁊ ẽ causa in ipso: ⁊ ẽ ministrans attractionẽ ad hoc vt equet. sꝫ hoc nõ ẽ veꝝ scđm plurimũ. nã in omni tortura cum hoc ꝙ ẽ peccatũ in forma ⁊ figura mẽbri sunt due dispositiões mãifeste. s. gibbositas ⁊ ꝯtractio ⁊ in contractione ẽ p̾mum p̾tm̃ contractum ex radicib⁹ lacertorum ⁊ neruorum mouẽtium mandibulas ⁊ labia: sꝫ in parte gibbosa necessario cadit elongatio neruorum vltra debitum ⁊ mollificatio. fit similiter tortura p̾p̾ exiccationẽ lacertoꝝ ⁊ neruorũ ⁊ dispositionẽ spasmosam eueniẽtẽ in se. acuta. ⁊ est signum mortis ⁊ curationẽ non recipit. ⁊ hoc vult Hypo. li. pronosticorum vbi dicit. prio oportꝫ faciẽ egri notare vbi innuit ꝙ spasmosa dispositio frontis ⁊ faciei in febre acuta mortẽ significat.

¶ Signa torture propter molificationeꝫ sunt motus debilis ⁊ turbatio sensus ⁊ multiplicatio saliue ⁊ sputi. ⁊ sentit in cute ex vtraq̧ parte leuitatem ⁊ non sentit extẽsionẽ ⁊ est palpebra inferior oculi que est in parte gibbosa demersa: ⁊ videtur medietas panniculi qui ẽ sup̾ pallatum quod est ex parte illius oculi mollificata etiam humidalata: ⁊ pellis frontis ex parte gibbosa. s. per quã spuit et sufflat extensa est absq̧ rugis ⁊ caret motu vsuali: ⁊ apparet ꝙ meditetur homo ad inferiora ⁊ aspiciat: ⁊ causa in hoc est communitas huius panniculi cum panniculo extrinseco vie lingue secante pallatum in longitudine ⁊ est conueniẽs ei: ⁊ tales dispositiones apparent in parte gibbosa et non in alia quando tortura fit ex mollificatione ⁊ non ex spasmo.

¶ Signa spasmose sunt sensus turbati quodaꝫ modo ⁊

retensio cutis cum qua destruuntur ruge ⁊ fiunt lacerti faciei duri: et minorat saliua et sputum ſm plurimū et est declinatio cutis ad partes oculi plus et reditio eius ab eis est difficilior.

Cura torture pp molificationē est vt bibat aquā mellis vsq₃ ad dies .xv. et comedat aquas ciceris seu cibaria facta ex farinis ordei auene fari et spelte. et condiant illa cibaria cū puluere qui sic fit. ℞. nucismusca. ʒ. i. piperis longi castorei glāge asi. ℈. i. zedoarie. ʒ. i. terantur et cribelent. post dies .xv. sumat eundem potū quē diximus. sed comedat carnes assatas aliquando elixatas de edo castrato et ariete annuali. comedat pullos paruos columbarum quomodo vult: et carnes omnium autē degentium in arboribus et in pratis et nō in aquis gallinas capones et gallos annuales et pullos gallinarū assatos. feniculū petrosilinū et aquā caulium et porrorū. Fiāt gargarismata cū oximelle squilitico et aqua sticados et nucismus. et piretri. Tenere ꝯtinue nuce muscatā et specialiter in parte gibbosa multū valet in omni tortura et etiā in contraria.

Purget cū pillulis et ieris dictis in .c. de paralesi. Vngatur locus cū oleo de spica vel de lilio in quib⁹ opoponacū dissoluat et piretrū et sinapi. vel cū oleo de aceto in quo dissoluat euforbiū vel castoreū seu vtrunq₃. fiant canteria vnum in occipitio et alterum in radice mandibule in parte torta et curuata et non in gibbosa Auice. libro iij. c. de tortura dicit q non d₃ fieri euacuatio in pͥncipio cū debilibus nō sufficiētib⁹ sed cū debilib⁹ sufficientibus nō cū medicina acuta forti: eo q medicina acuta et fortis exiccat materiā et minorat eā et exiccat neruos.

Cura spasmose est vt ante purgationem vaporetur locus tortus et tota facies cū aceto in quo bulierint calamētum et sticados et abrotanū et sinapis. vel aliquod istorū. fiant gargarismata ex aqua decoctionis nucismus. acori et piretri: et masticet sepe ista ꝑse absq₃ gargarismate. Fiāt etiam gargarismata cum aqua predicta et oximelle squilitico vel ꝯposito. Fiant cauteria post aures in occipitio.

Purget post ista si nō curaret cū medicinis dictis in paralesi. Fiant vnctiones et fricatiōes cū oleis narratis. Similiter dieta et potus sunt vt diximus. Facere q habens torturā recte aspiciat in speculo et mouere faciem contra partem lesam in speculo de calibe dicunt medici q multum confert et nos credimus illud: sed nobis videt q oē speculum sit in hoc conueniens et vtile.

Capitulū .xxix. de spasmo et tetano.

Spasmus est egritudo neruosa qua mouent lacerti ad pͥncipia sua et inobediētes sunt in dilatatiōe. Fit spasmus ex repletiōe et inanitiōe et ex dolore. fit etiā ex ventositate inflatiua spissa et accidit vt plurimā hic spasmus ex ventositate in membris particularibus vt in cruribus et etiam in toto: et remouetur in hora vna et vocatur tunc a laycis grāsus. humoralis aūt semꝑ fit materia humida replente et imbibente neruos et lacertos mobiles: et hec materia aliquādo est calida et aliquando frigida et hoc est ſm plurimū: et raro inuenitur calida: sed semper frigida.

Spasmus vero ex dolore ⁊ vulnere fit: eo qd dolor debilitando membrum: currunt humores ad locum debilitatum et dolorosum: et imbibuntur nerui loci dolorosi et vulnerati qui cum cerebro continuantur et spina: et per hoc continuatur passio cum cerebro ⁊ neruo ⁊ radicibus neruorū multiplicatur dolor vsq₃ ad principia neruorum ⁊ imbibuntur ⁊ alterantur ⁊ tenduntur nerui ita qd non dilatantur neq₃ sunt habiles ad motum: ⁊ sic fit spasm⁹. Et quia causa huius spasmi vel euentus eius quando ē vulnus vel apostema que non possunt remoueri a membro nisi post longum tempus: ⁊ spasmus est egritudo mala subito eueniens quam natura diu tolerare non potest: remanet talis spasmus per naturam sue cause incurabilis ⁊ mortalis. ⁊ hoc vult Hypo. vi. particula amphorismorū vbi dicit. In vulnere spasm⁹ superueniens mortale.

Ex inanitione fit ſm tres modos vt dicit Auic. li. iii. c. de spasmo. dicit spasmus eni siccus fit aliquando successione adurentium febrium sicut in fe. frenesis: ⁊ successione motuum ⁊ laborum corporalium et animalium sicut sunt vigilie angustia ⁊ timor: ⁊ hic spasmus bene curatur. Fit etiam hic spasmus ꝓpterea q febres faciunt eliquendo materias currere in neruis ⁊ lacertis et proprie cum corpus est plenum. Et accidit etiam pp communitatem oris stomachi: et vomitus remouet ipsū. iij. fit spasmus in fe. longis temporalibus que exiccant neruos ⁊ lacertos et etiam cerebrū: et ꝯsumunt humiditates innatas et fit spasmus qui vere dicitur spasmus de inanitione qui est mortalis necessario: de quo dicūt omnes medici quod non curatur. Alij vero duo modi qui ab Auice. vocantur spasmi de inanitione potius sub repletione continentur: ⁊ hoc potest manifeste videre per causas ipsorum narratas ab eodem quas in liberata posuimus. Ex eisdem causis fit tetanus ex quibus fit spasmus s₃ diuersificant in mō. nam proprie dicitur tetanus qñ nerui et lacerti anteriores et posteriores equaliter tenduntur. Sed spasmus nō dicitur fieri nisi quādo nerui vel lacerti tendūtur ad vnā partem tantū: et pp hoc tetanus dicitur fortior ⁊ acutior et fieri ex materia fortiori et acutiori q₃ spasm⁹ ad vnam partem: eo q fortius ledit ⁊ eius crisis est velocior. appellatur a quibusdam tetanus cuzez: et cuzez nō est aliud nisi spasmus particularibus. s. aut in oculo vel palpebra et aliquādo in toto et differt a spasmo et tetano: qr cuzez semper quasi fit a ventositate grossa dilatante neruos et lacertos: tetanus et spasmus fiunt vt dictū est. et cuzez particularis proprie appellatur gransus in nostro ydiomate.

Signa spasmi qui in veritate fit ab inanitione sunt q fit paulatim et successione egritudinum euacuantium: et que sunt longi temporis et longe afflictionis et successione euacuationis ꝑ medicinas et ꝑ se: et successione cholerice passionis et tenditur pulsus vt corda et sic apparet et añcedūt spasmū tremor et ꝯtractio labiorū et extēsio fortis

Signa eius qui fit a repletiōe sunt q prouenit subito et velociter subintrat in membris vt oleū vel vnguentum et hoc non esset nisi ibi esset caliditas addita aut fe. et pulsus eius inuenitur cum latitudine et quadam mollitie: et retentio vrine vltra debitum spasmum significat: et quando in oculis et membris faciei apparet torsio et tensio et saltus vltra debitum spasmum significat.

Spasmū aūt ꝯtingentē ex apostemate vulnere et dolore significāt res ipse et ei⁹ cā. Et scias q vrina est rubea in spasmo cum fe. in principio. Cū āt trahitur materia ad caput fit alba. Qñ fit a vētositate inflatur vēter et multiplicatur vētositas in membris et cōmotio et saltus.

Spasm⁹ vō q fit ab ināitiōe ñ curat. ⁊ h vult. H. sup Amphor. qrte ꝑticule q dicit spasm⁹ ex cerebro mortale.

Spasm⁹ vō q fit successiōe fe. adurētiū vt in frenesi: et successiōe motuū aīaliū sicut sūt vigilie et silia curat per euacuationē materie egritudis et ꝑ alteratiōes egritudis i ꝯtrariū cū spasm⁹ ex ista cā ñ fiat nisi qr materia acuta iñ

eta cum caliditate extranea ex qua inflammantur potest ledere neruos in siccitate ⁊ spasmum inducere que materia acuta si remoueretur a membris cum caliditate extranea priuarentur nerui ⁊ lacerti a tali effectu. ⁊ per hoc apparet ꝙ non dicitur fieri hic spasmus ab inanitione nisi per accidens. Nam spasmus qui directe fit ab inanitione non est effectus materie presentis cum qualitate extranea: sed est exiccatio neruorum ⁊ lacertorum adueniens a priuatione materie nutribilis ⁊ humoralis in qua longo tempore caliditas extranea cū siccitate: vel caliditas per se vel siccitas laborauerūt ⁊ finaliter per longam actionē neruos ⁊ lacertos potuerunt exiccare. apparet manifeste quo spasmus de inanitione fit paulatim ⁊ non subito. Similiter spasmus qui fit causa motuum animalium cum fiat subito ⁊ non paulatim dicitur fieri ab inanitione per accidens: quia talis motus vt vigilie ⁊ tristitia nō directe exiccant: sed primo principaliter affligūt virtutes animales qbus naturales virtutes ꝯpatiūtur. s. digestiua ⁊ nutritiua ⁊ similes ex qua cōpassiōe destruit humiditas naturalis mēbrorū ⁊ exiccant nerui ⁊ lacerti: ⁊ sic fit per accidens etiaȝ hic spasmus. vnde sola mutatio accidentium aie in contrariū. s. mutatio vigilaꝝ in somnū: ⁊ tristitie in gaudiū esset ei cura. vñ Hypoc. ij. pticula aphorismorū. In motione aie ⁊ corpis cum cepit qs dolere qescere statim remediū ē. Et si cū hoc ꝯfortet cor ⁊ cerebrū cuȝ electuario de musco qd facimꝰ i antidotario meliꝰ fiet. ⁊ etiā cū brodio carniū ⁊ pulloꝝ ⁊ auium ⁊ vino debili liphato: ⁊ cum oibꝰ rebus impinguantibꝰ corpus curabitur: ⁊ per istam viā recte poterit curari si deus voluerit.

¶ Spasmus aūt q fit in febribꝰ q̄ eliquādo materias faciūt eas currere ad neruos: ⁊ q fit p cōmunitatē oris stomaci in quo est mordicatio ⁊ presentia colere eruginose q̄ exiccat cerebrum ⁊ implet neruos curat p vomitū vt dicit Auice. ⁊ alius curat p euacuationē materie eliquate a se. ⁊ p ꝯfortationē neruoꝝ qui debēt inungi cum oleo de mirto ⁊ oleo de mastice. nā illa olea ⁊ vnctiones q̄ fiūt ex eis pparāt ⁊ confortant mēbra ne recipiāt supfluitates expulsas a mēbris alijs apparet manifeste quomō etiā hic spasmus dicit fieri ab inanitione per accidens.

¶ Spasmus vero ex repletione proueniens curatur eodem mō ⁊ cū eisdē rebus cū qbꝰ curat appoplesia ⁊ paralesis ex parte flebotomie clisteris ⁊ medicinaruȝ. s. pillularū cū yeris: ⁊ ex parte sternutationis ⁊ gargarismatum: fricationū ⁊ ēt ex parte cibi ⁊ potus ⁊ cauteriorū ⁊ omnium rerū. Et scias ꝙ cura spasmi non reqrit dillationem pp fortitudinē sui nocumēti ⁊ necessitatē opationis membri lesi. Iteꝝ scire cōuenit ꝙ nihil meliꝰ in cura spasmi de repletione q̄ȝ fe. si superueniat vel per se vel beneficio medici. vnde Hypo. iiij. particula amphorismorum. a spasmo ⁊ tetano habito fe. supueniens soluit egritudinē. Et particula. ij. febrē in spasmo melius est fieri q̄ȝ spasmum in se. Introducat fe. hoc mō: dat patienti ad bibendum cum vino decoctionis castorei. ʒ. ij. electuarij. de anacardis. nā hoc electuariū de pprietate fe. inducit ⁊ sudare facit ⁊ cū hoc remouet frigi. fricatiōes fortes cū pāno aspo ⁊ puluere euforbij itroducūt fe. ⁊ sunt vtiles in hoc casu.

¶ Si aūt spasmus qui fit a vētositate siue fiat in toto siue in parte qui a laycis grāsus appellat sic curat. primo fiāt fricatiōes ⁊ i toto vel in pte cū oleo de casto vl' olo de spica ⁊ pāno aspo: ⁊ fiat sepe clistere hoc. ℞. anisi feniculi: ameos amomi ana. ʒ. i. centauree minoris meliloti sticados assari aā. M. i. coloquintide bachaꝝ lauri. aā. ℥. s. pistētur ⁊ buliant i aq̄: colet ⁊ de illa colatura accipiatur lib. i. s. ⁊ in colatura ponat. ℥. iij. mell'. ⁊. ℥. iiij. olei ⁊. ℥. s. salis ⁊ supponat tepidū. Nutriat cuȝ carnibus coctis ⁊ conditis cū feniclo ⁊ se. ameos: amomi ⁊ aleoꝝ. bibat vinū acutū in quo ponat aqua decoctōis mellis: ameos feniculi: dauci amomi. Vtat in cibarij suis puluere qui sic fit. ℞. piperis longi cardamomi melegete zedoarie zinziberis aā. ℥. s. macis croci aā. ℥. s. terātur ⁊ cribelentur. p tetanū itelligimꝰ spasmū vniuersaleȝ ⁊ curam eius.

¶ Spasmus vō qui fit cū vulnere et dolore q̄uis dicatur sit icurabilis pōt ei exiber remediū cum icipit: ponendo sup locum dolorosuȝ ⁊ vulneratū ea q̄ remouēt dolorem vt sunt oleū anetinū calidū ⁊ oleū de camomilla ⁊ oleū d se. lini. Et emplastꝝ factū ex se. lini ⁊ farina fenu greci et floꝝ camomille ⁊ se. aneti ⁊ maluauisci radice: qd emplastrū ꝯdiri dȝ cū oleis supradictis ⁊ farina ordei: ⁊ dȝ esse calidum cū ponit sup locū. Et ponit infirmus q̄si continue in balneo aque tepide decoctionis reꝝ itrantiū in emplastro: ⁊ hic modus curationis habȝ locū i oī spasmo d ianitione. ⁊ si p istā viā dolor nō sedat vel remouetur: ponat circa locū dolorosum oleū qd sic fit. ℞. olei ro. ʒ. iij. opij. ʒ. s. iusquiami: papaueris albi aā. ʒ. i. corticū mādragore seminis apij aā. ʒ. s. terant ⁊ cribelent ⁊ misceantur cū pdcō oleo aliquātulo aceti de q̄ totꝰ locꝰ dolorosus vngatur. et sup vnctionē cū isto oleo ponat emplastrū supradictū calidū actu: et sic p istā viā curabit.

¶ Capitulum. xxx. de catarro et coriza.

Catarrus est cursus materie liquide et viscose a capite vsque ad gulaȝ: et si cursus fuerit ad nasum appellatur coriza. Si vero fuerit cuȝ violenta expulsione ex cerebro: et euenerit cum sonitu appellatur sternutatio. Jam tibi manifesta est differentia inter corizam et catarrum et sternutationum ex verbis. Et sciendum est ꝙ ista conueniunt in materia et radice generationis: sed catarrus vt vult. G. cum hoc ꝙ est signum in egritudine pulmonis et coste et causa augmētans apostemata illorum locorum: et coriza est signum absque causa. sternutatio vero in egritudinibus perniciosis: in principio mala est: et abundantiam male materie indigeste significat. In fine vero digestam materiam: fortitudinē virtutis expulsiue cerebri significat et hoc totum dicitur a. G. commento pronosticorum super verbo Hypo. ij. particula vbi dicit. coriza vel catarrꝰ in omni egritudine pulmonis et coste ⁊cete. Catarrus vel coriza aliquādo est cuȝ fe. aliquando sine fe. et fit quādoqȝ a causa calida et quādoqȝ a frigida. Causa enim calida dissoluendo humiditatem cerebri facit eam descendere ad gulā ⁊ nasum. Materia calida cum ascendit fumando ad cerebrum inuenit frigiditatem cerebri cum humiditate que inspissant illum fumum ⁊ reducitur in humiditatem subtilem: et descendit post hoc ad gulam et vocatur catarrus: et ad nasum et vocatur coriza.

¶ Causa vero frigida constringendo humiditatem cerebri facit eam descendere ad gulam et ad nasum.

¶ Signa catarri ex causa calida sūt subtilitas et acutas materie catarri. et inflatio et rubedo faciei et asperitas narium: et caliditas vehemens et pruritus. et amaritudo cuȝ acuitate que sentitur in gula.

¶ Signa eiꝰ q̄ frigiditate fit sūt tenebrositas oculoꝝ eminētia cū palore et albedie facie: a opilatō nariū et viscositas gros

ficies materiei: curretis: ⁊ impo^a attrahendi aerem per nasuʒ: ⁊ destructio olphatus rex.

Cura ex cā calida fit in principio ex uapore recepto ex aqua decoctiōis viole sicce ⁊ ordei excorticati ⁊ papaueris albi ⁊ camomille in os siue cū emboto siue absq͂ emboto. Embotū est instrumentū cū quo ponit̄ vinuʒ in botacijs vel fisconis. post purgationē vngantur nares cū oleo vio. ⁊ olfaciat patiēs cāp horā sepe ⁊ bibat syrupū de papauere vel de nenufare mane ⁊ vespere cū aq̄ decoctiōis iniubarū vl' sebestē vel pineaꝝ mūdataꝝ bibat aquā ordei vel aquaʒ decoctionis liquiritie vel zuchari. vel bibat aquā frigidā in qua sit syrup⁹ ro. vel vio. abstineat a vino: q2 vinū de ꝓprietate facit catarruʒ: vel bibat vinū albū debile agrestū cū duplo ei⁹ de aq̄ frigida. Comedat succū ordei ⁊ farri auene ⁊ spelte in quo succo supponat̄ penidij. Comedat cibaria facta ex spinachijs cucurbitꝫ: attriplicib⁹ ⁊ maluis. Et si esset debilis ⁊ cū febre regat̄ cū carnib⁹ pullorum pdicū ⁊ edoꝝ alteratis ⁊ conditis cū portulacis cucurbitis ⁊ similib⁹ siue fit cū fe. siue absq͂ fe. sic curat̄ cōtinue ſm possibilitatē. teneat in ore pillulas q̄ sic fiūt. ℞. gūmi ara bici: draganti amili: succi ligritie: se. citonioꝝ: psilij an̄. fiāt pillule grosse ad modū ciceris vl' fabe cū mucillagie psilli teneant̄ sub lingua. ⁊ nullomō sup repletionēʒ imediate neq͂ in die sup ceruicē dormiat faciens. abstineat a cotu omnino q2 eliquat cerebꝝ ⁊ facit mafiaʒ currere ad gulā. odorare sepe aquā ro. ⁊ attrahere ipsaʒ p nares vtile ē valde in hoc casu. Alie ad ideʒ. ℞. succi liquiritie zuchari albi an̄. ʒ. x. amili dragāti amigdolaꝝ dulciū excorticatarū an̄. ʒ. v. fiāt pillule grosse cū mucillagine se. citonioꝝ teneant̄ sub lingua: inspissant catarrū acutū ⁊ leniūt aspitatē etiam. Fiat flebotomia si etas ⁊ virt⁹ affuerint de vena cephalica ⁊ erit vtile. posset mundificari caput cū pillulis q̄ sic fiunt. ℞. miro. ci. absq͂ nucleis. ʒ. s. reubarbari. ʒ. j. aloes. ʒ. v. scamonee. ʒ. s. masticꝫ ligritie an̄. ℈. j. fiant pillule cū mucillagine psiliij vl' se. citonioꝝ dosis est. ʒ. j. vel. ʒ. j. s. sero nō cenet. decoctio ad idē Accipiant̄. ʒ. iiij. aq̄ feruētis decoctiōis prunorum in q̄ aqua feruēti cū fuerit in sicco ligneo ponant̄. ʒ. ij. reubarbari ⁊ dimittant̄ simul p horas duodeci ad min⁹ ⁊ postea colet̄: ⁊ ī illa colatura addant̄. ʒ. ij. syrupi rosa. ⁊ h̄ det in matutinis frigidū in estate ⁊ tepidū in hyeme.

Cura catarri ex causa frigida ē vt p̄mo euaporetur cū milio calefacto: aut cū aq̄ decoctōis ro. ⁊ melliloti ⁊ florꝫ camomille ⁊ absinthij. recipiat sepe p os fumū thuris masticis mirre ⁊ verniciis. purget̄ cū pillulis cochijs q̄ fient in antidotario vel cū puluere turbit q sic fit. ℞. zinziberis. ʒ. v. turbit. ʒ. x. zuchari. ʒ. xv. dant̄. ʒ. ij. vel. ʒ. j. s. cū aq̄ decoctionis mellis an̄ diē. vel in matutinis bibat aquā mellis vel aquā decoctiōis isopi liqritie ⁊ mellis: vl' bibat vinū albū debile in quo ponat̄ duplū ei⁹ de aq̄: ſʒ abstinere omnino a vino melius ē: q2 p naturaʒ suaʒ facit catarrum currere ⁊ corizaʒ. Comedat carnes castrati: edi: arietis annualis: pullorum ⁊ omniū auium degentiū in arboribus ⁊ in pratis ⁊ non in aquis: aliquādo assatas ⁊ aliquādo elixatas. Comedat aquā ciceris ⁊ cicera fracta ⁊ herbā feniculi ⁊ petrosellini ⁊ spinachias ⁊ borragines. Condiant̄ cibaria sua cū puluere qui sic fit. ℞. liquiritie. ʒ. v. cinamomi. ʒ. ij. cardamomi. ʒ. s. croci macis an̄. ℈. j. terantur ⁊ cribelentur. Scias q͂ in isto casu vtile ⁊ bonū est abstinere a vociferatione ⁊ clamore ⁊ loquella ſʒ possibilitatem. faciebam post purgationem tale remedium talibus facientibus dabam eis in sero ad comedendum cum ibant dormitū. ʒ. j. diazinziberis q͂ fiet in antidotario ⁊ post illud immediate dabā. ʒ. iiij. aq̄ frigide ⁊ hoc in estate ⁊ in hyeme vinum limphatum. hoc enim leniebat asperitatē ⁊ impediebat cursuʒ catarri ⁊ faciebat in aurora totuʒ q͂ in gula ⁊ pectore continebat̄ de superfluitate expuere sine difficultate: ⁊ inueniebat̄ hoc supfluū hora expulsiōis optime digestū ⁊ cōfortat stomachū et omnia nutritiua. Odorare nigellam ligatā in petia subtili ⁊ calefactā vtile inuenit̄: et specialit̄ post purgationem.

Capl'm. xxxj. de obtalmia calida ⁊ frigida ⁊ vocatur aposthematio oculorum.

O **Btalmia ē aposthe**matio vel inflatio que accidit in oculis ⁊ palpebris oculoꝝ donec aliquādo cooperiat totam rotunditatē oculi. Fit aūt hec egritudo aliqñ a cā extrinseca ⁊ aliquādo ab intrinseca: a cā extrinseca vʒ a sole fumo ⁊ puluere. a cā intrinseca. s. a superhabundantia seu a cursu alicuius humoris simplicium. s. a sanguine colera: flegmate ⁊ melācolia: vel a materia composita ex istis.

Signa obtalmie propter sanguineʒ sunt vehemētia ruboris aposthematio venaꝝ in oculis ⁊ fronte ⁊ inflatio magna eminens cū grauedine ⁊ dolore: ⁊ multitudo lachrymaꝝ cum lippitudine ⁊ tensione.

Signa eius que fit a colera sunt dolor cū punctura in modum acus vel spine: ⁊ inflatio cū rubedine trahente ad citrinitateʒ ⁊ cursus lachrymarum adurentium ⁊ excoriantium loca que tangūt ⁊ lippa: ⁊ inflatio ⁊ tensio minores q͂ in obtalmia que fit sanguine.

Signa eius que fit ex flegmate sunt grauitas nō cū multo dolore ⁊ inflatio magna absq͂ rubedine: q̄ cum tangit̄ cedit tactui ⁊ fit in loco impssio cū digito: ⁊ multitudo lachrimaꝝ aquosaꝝ cū lippitudine non digesta ⁊ habitudo corporis humida.

Signa obtalmie melācolie sunt paruitas inflationis absq͂ rubedine ⁊ diminutio lachrymarum ⁊ lippitudinis ⁊ nigredo vel obscuritas corporis ⁊ faciei ⁊ habitudo corporis extenuata ⁊ dolor cū q̄dā grauedine ⁊ fractōe loci.

Cā eius que fit ex fumo puluere ⁊ sole cognoscitur ex re ipsa ⁊ per narratōeʒ infirmi. statim eniʒ pp dolorem erit ibi materia aliqua q̄ cognoscit̄ p signa narrata superi⁹. Si vero materia composita fuerit ⁊ signa cōposita erunt.

Cura eius q̄ fit ex sanguine ē ut p̄mo fiat flebotomia de vena cephalica q̄ est in manu ɔtraria partꝫ lese vl' aposthemate si virtus ⁊ etas ɔsenserint: vel fiat vētosatio in spatulis si puer vl' decrepitus fuerit seu debilis. post flebotomiā vel vētosatōeʒ distilet̄ in oculo lac mulieris lactantis puellam ⁊ ponat̄ supra oculū emplastruʒ q̄d sic fit. ℞. folia solatri floris camomille. ro. ru. an̄. pistent̄ ⁊ buliāt ⁊ incorporent̄ cū farina ordei ⁊ ponat̄ tepidū super locū. ponant̄ petie infuse in succo solatri mixto cum aqua ro. sup locum comprehendendo frontem ⁊ oculum totum. Aliud coquantur tria poma in prunis vel igne ⁊ mundentur post coctionem cum quibus tres vitelli ouoꝝ misceantur ⁊ tepidū ponat̄ sup locum. In fine superponat̄ colliriuʒ album q̄d sic fit. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. sarcocolle. ʒ. iij. amili. ʒ. ij. draganti. ʒ. j. opij. ʒ. s. terantur pistentur ⁊ incorporentur cuʒ aqua rosata ⁊ fiant magdaleones ⁊ ponantur in oculum. dissoluantur cum aqua ro. ⁊ coletur post h̄ illa aqua ⁊ ponatur in oculū: vl' cū la-

ete mulieris vel capraꝝ fiat illud. Aliud ad idem ℞. vitrioli de quo fit encaustrū. ʒ. ij. camphore. ʒ. j. ceruse. ʒ. iiij. psilij. ʒ. j. buliāt i. ℥. iiij. aq̄ rosa donec due remaneāt: coletur ⁊ ponatur in oculū fiant sepe ablutiones nariū ⁊ pedū ⁊ faciei cū aq̄ decoctionis floris camomille: mellilotī: ro. ru. et solatri vel acetose: seu ꝯsolide minoris. Mundificetur in fine cū decoctione q̄ sic fit. ℞. māne. ℥. ij. tamarindoꝝ. ℥. j. s. dissoluant̄ cū aq̄ decoctōis prunoꝝ ⁊ dent̄ in matutinis: ⁊ nō sit aq̄ vltra. ℥. vj. nec infra. ℥. iiij. Non bibat quasi vsq̄ ad finē nisi aquā vel aquā decoctiōis prunoꝝ seu berberis vel aquā mixtā cū agresta vl' vino de granatꝭ In fine bibere potest vinū albū debile limphatū cū triplo eius de aqua. Comedat lactucas cucurbitas ⁊ portulacas conditas cū agresta: vel succū ordei farri aue. ⁊ spelte cōditū cū lacte amigdolarum ⁊ agresta. Si vō patiēs fuerit debilis comedere potest carnes pulloꝝ ⁊ edi elixatas: ⁊ cū cucurbitis portulacis ⁊ lactucis cōditis cū agresta ⁊ vino de granatis ⁊ vitellis ouoꝝ.

Si vō materia fuerit colerica mūdificet̄ cū decoctione que sic fit. ℞. mirob. ci. ℥. j. s. pruna numero. x. pistent̄ ⁊ buliant̄ in. ℥. viij. aq̄ donec medietas sit ꝯsumpta: colet̄ ⁊ in illa colatura dissoluatur. ℥. j. s. tamarindoꝝ ⁊ det̄ ante diez. Aliud ad idē. ℞. aq̄ decoctionis prunoꝝ. ℥. iiij. in q̄ aq̄ cū fuerit feruēs ponant̄. ʒ. ij. reubarbari puluerizati ⁊ dimittāt̄ p̄ horas. xij. postea coletur ⁊ in illa colatura ponant̄. ℥. ij. syrupi ro. vel syrupi d̄ nenufare ⁊ dent̄ in matutinis. Aliud cū illa aqua prunoꝝ simplici dissoluant̄. ℥. ij. manne ⁊. ℥. j. tamarindoꝝ ⁊ det̄ ante diē. post mundificationes secure fiat flebotomia de vena cephalica manus partis infirme: vel ventosatio in collo ⁊ spatulis. vñ. Hypo. particula. vj. Amphorismoꝝ. Posteriora capitis dolentia in fronte recta vena incisa iuuat. ergo a ꝯ̄trio anteriora capitis dolētia in posteriori parte incisa vena iuuat. Sup̄ locum a p̄ncipio ponāt̄ petie infuse in succo solatri: ⁊ fiat emplastruz ex folijs solatri ⁊ acetose pistatis simul incorporatis cū vitellis ouoꝝ ⁊ albumine. h̄ enim emplꝫ extinguit colerā ⁊ delet obthalmiā calidā colericā. Intra oculū ⁊ supra ponat̄ colirium album qd̄ sic fit. ℞. ceruse ablute. ʒ. x. opij. ʒ. j. psilij. ʒ. ij. amili. ʒ. ij. misceant̄ cū lacte mulieris vel cū aq̄ ro. ⁊ liq̄dū ponat̄ in oculo: ⁊ substātia grossa supra oculū extra. Dieta ⁊ pot⁹ sint vt diximus supius. Fricationes ⁊ ablutiones manuū ⁊ pedū ⁊ faciei fiāt vt dictū ē i sanguinea. Quādo misceatur aliquid olei ro. cū duplo ei⁹ vini de granatis acetosis ⁊ ponitur de hac mixtura sup̄ rubedinē oculi vel sanguinē q̄ est in oculo p̄p̄ fricationē vl' percussionem sequenti die vel tertio curat̄: specialiter post flebotomiam vel ventosationem in spatulis.

Cura obtalmie ex flegmate ē vt p̄mo cū pillul' cochijs purget̄ vel cū pigra: vel cuz medicamine de turbit q̄ꝫ sic fit. ℞. zuchari. ʒ. xv. turbit. ʒ. x. zinziberis. ʒ. v. fiat puluis: dant̄. ʒ. ij. vel. iij. cuz aqua calida vel aqua decoctionis prunoꝝ in matutinis vel cū aqua feniculi. sup̄ oculū ponat̄ emplastrum ex farina fenugreci ⁊ mucilagine eius ⁊ flore camomille mixtis simul ⁊ ponat̄ calid[u]z sup̄ oculū. Aliud ad idē. ℞. melliloti floꝝ camomille añ. ℥. s. pistent̄ ⁊ i corporētur cum mucillagine fenugreci ⁊ dragantis ⁊ duobus vitellis ouorum ⁊ ponat̄ calidum super oculum. post sex vel octo dies. post duas vel vnā mundificationem ponatur hoc supra oculuz ⁊ intra. ℞. sarcocolle. ʒ. x. licij aloes añ. ʒ. ij. spume marꝭ croci añ. ʒ. j. s. succi celidonie. ʒ. iij. terant̄ subtilissime. vt alcohol ⁊ buliant in vino albo ⁊ aqua ro. colet̄: liquidum ponatur in oculum ⁊ substantia grossa supra oculuz Aliud ad idem. ℞. absinthij viridis. M. j. licij. ℥. s. farie fenugreci. ℥. s. mucillaginis fenugreci ℥. ij. sarcocolle. ʒ. x. succi celidonie. ℥. s. aloes. ʒ. ij spume maris croci añ. ʒ. j. misceantur simul ⁊ ponatur calidum in modum emplastri super oculuz vel extrahatur succus sine aqua ex omnibus pistatis ad inuicem ⁊ coletur ⁊ ponatur intra oculum Fiat ablutiones pedum manuum et faciei sepe cū aqua calida decoctionis absinthij melliloti ⁊ ros. ru. florum camomille. Bibat aquā mellis vsq̄ ad dies. ix. vel aquam decoctionis iuiubarū ⁊ mellis. Comedat aquaz ciceris vel farrum vel farina ordei seu auene: ⁊ condiantur ista cibaria cū puluere qui sic fit. ℞. cinamomi. ℥. ij. cardamomi. ʒ. ij. croci. ℈. j. fiat puluis cribratus. post dies. iiij. vel. v. comedat carnes edi: castrati ⁊ pulloꝝ elixatas: cum feniculo ⁊ boragine ⁊ petrosillino ⁊ spinachijs. post tempus dictum posset bibere vinū album limphatum.

Cura eius que ex melancolia fit est vt purget̄ cum pillulis fetidis aut cum decoctione que sic fit. ℞. miro. indoꝝ. ℥. j. s. sene epithimi añ. ʒ. ij. rosarum ru. ʒ. j. pistentur ⁊ buliant in. ℥. vj. aq̄ donec medietas sit consumpta. coletur ⁊ in colatura alia addantur. ℥. ij. syrupi vio. vel. ℥. ij. syrupi de nenufare. detur ante diem. Aliud ad idem. ℞. polipodij. ℥. j. elebori nigri. ʒ. ij. sene epithimi añ. ʒ. j. ro. ru. ʒ. s. pistentur ⁊ buliant in aqua: ⁊ cuz. ℥. iiij. illius aque dentur ante diem. ℥. ij. syrupi de fumo terre post mundificationē omni die bis abluantur pedes manus ⁊ facies cū aq̄ decoctōis absinthij: fumi terre: ro. ru. viola. ⁊ melliloti. In oculo ⁊ super oculū ponantur coliria ⁊ emplastra dicta in cura obtalmie ex flegmate. Colliriū ⁊ emplastrum speciale in h̄ casu sic fit. ℞. sene epithimi: rute celidonie añ. ℥. j. farine fenugreci ⁊ ordei añ. ℥. j. s. aloes mirre spume maris añ. ʒ. ij. vini albi aque rosate añ. ℥. iij. pistentur ⁊ buliantur et totum coletur ⁊ liquidum ponat̄ in oculum ⁊ substantia super oculum ⁊ sit calidum actu. Cura obthalmie que fit ex puluere fumo ⁊ sole est vt quiescat ⁊ remoueatur ⁊ elongetur a renocente. Nutriantur ⁊ humectentur oculi continue cum aqua rosata in qua psiliuz ⁊ camphora sint infusa: aut abluantur oculi cum aqua decoctionis rosa. vio. ⁊ nenufaris.

Si aūt existis causis contingeret peccatuz in oculo: vel augumentaretur propter cursum alicuius humorum quatuor curetur vt dictum est superius.

Si vero materie composite erunt quod cognosces per signa: ⁊ cura etiam composita erit.

Caplm. xxxij. de vlceribus oculorum.

Lcus accidit in oculo aut ex cā itrīseca aut extrīsca: a cā extrinseca vt percussione casu ⁊ similib⁹ ab ītrinseca vt aposthemate dolore ⁊ similibus. Fit etiam vlcus aliquando in pupilla oculi: aliquando in nigredine: aliquando in albedine eius. quod vero fit in pupilla est magis timorosuz alijs. Illud vero quod fit in coniunctiua vl' in albedine minus alijs timendum est ⁊ nociuū vlceris causa prouenientis ab intrinseco eadem est cum omnibus causis facientibus pustulas ⁊ aposthemata oculorū. Causa vlceris prouenientꝭ ab extrinseco est illa eadez cum omnibus que possunt inferre nocumētum ab extrinseco in oculuz

Signa vlceris ab extrinseco sunt apparitio puncti rubei ⁊ dolor: cum punctura in oculo ⁊ solutio continuitatis visibilis.

Signa vlceris ab intrinseco sūt pulsatio in loco ⁊ dolor vehemens ⁊ punctio ⁊ lachrymarum multitudo. Et si cum h̄ in aliqua parte albedinis vel nigredinis pupille: rubedo vel eminentia magis apparuerit q̄z in alia iam pustula vel eminentia orta est in loco ad quam vlcus sequitur de necesitate.

Cura vlceris pupille vel cornee seu ꝯiūctiue ab extriseca causa ē vt p̄mo fiat flebotomia vel vētosatio in spatulis ⁊ collo: ⁊ sup illō oculū pōat album oui mixtū cū olo ro. ⁊ sup ponant petie tres vel q̄tuor magne q̄ ꝯprehēdant frontē ⁊ maxillā totā īfuse in aq̄ q̄ sic fit. ℞. vini de granatis. ℥. ij. aq̄ ro. lī. s. boli armeni. ℥. j. puluerizent ⁊ bullāt in aqs dictis p tēpꝰ: coletur ⁊ in illa colatura petie infundant. Fiat h̄ vsq̄ ad securitatē vlceris ne ampliet vel aposthemat post securitatē ponat in oculū sief albū. p sief albuz intelligas trociscos factos de albis rebꝰ ꝓpe ad oculos: p coliriū aquā vel coliriū albū qd feci mus i obthalmia colerica. mūdificet cū decoctionibus dictis illic post flebotomia vel vētosationem.

Si aūt eminētia vel aposthematio p h̄ nō cessauerit: ē signū ꝑditionis vl' incurabilitatꝫ. Bibat aquā vel aquā prunorꝫ ⁊ regat cū dieta dicta ī obthalmia calida. Cū vo ꝑpēderis q̄ eminētia non decrescit imo augumētat: liget firmit ⁊ stringat oculus bene cū binda: ante vo q̄ h̄ eueniat suauit cū binda absq̄ aliq̄ strictura ē ligandꝰ: ⁊ sup oculum eminētez ponat pila aliq̄ de bōbice vel alia re: ⁊ intra oculū distilet sief thure omni die quod sic fit. ℞. armoniaci sarcocolle an̄. ℥. v. thuris. ʒ. x. croci. ʒ. ij. cōficiant ex mucillagine fenugreci. h̄ sief sanguinē generat ⁊ maturat et mollificat ⁊ incarnat. Aliud ad idē. ℞. boli armeni. ℥. s. thurꝫ. ℥. j. croci. ʒ. ij. puluerizētur optime ⁊ cribelent ⁊ dissoluant cū aq̄ decoctiōis fenugreci: ⁊ post dissolutionē colet illa aq̄ cū stamine ⁊ dimittat in vase p noctem vnā integrā: illud qd est clarꝫ de toto sup residentiā ponat in vase: ⁊ fex vl' residētia tota q̄ erit in fundo exiccet ad solē ⁊ reducat in puluerez ⁊ ille puluis incorporet cū mucillagine fenugreci ⁊ fiāt sief q̄ ponat sup vlcꝰ. h̄ medicamen curat vlcus ⁊ ꝯfortat mēbrū ⁊ incarnat ⁊ saniē facit. Aliud qd ponit q̄si in fine qd ꝯsolidat ⁊ ꝓhibet ne ex vlcere seq̄tur egressio nuce qd sic fit. ℞. anthimonij emathitis an̄. ʒ. x. achacie. ʒ. iij. aloes. ʒ. j. fiāt sief ⁊ amministrentur.

Aliud ad idē. ℞. sanguinis dracōis. ʒ. ij. aloes. ʒ. j. achacie. ʒ. iij. vitrioli citrini de quo fit encaustrum. ℥. j. terantur subtilissime aloes ⁊ sanguis draconis ⁊ cribelentur cū petia: vitriolū terat ⁊ buliant in. ℥. vj. aq̄ donec ꝯsumpta sit medietas: colet ⁊ in illa colatura ponatur in scutella vitreata ⁊ dimittatur p diē: postea clarꝫ ⁊ liq̄dū qd erit ibi separetur a fece: de illa aq̄ ponat in oculū raro: cū fece illa vel residētia. icorporetur puluis aloes ⁊ sanguis draconis ⁊ achacia q̄ nō poterat teri et fiāt sief q̄ ponat sup vlcera oculorꝫ hora ꝯsolidationis.

Si aūt vlcus fuerit a causa intrinseca sicut ꝓpapata aut aliud fiat statim a principio flebotomia vel vētosatio: ⁊ ēt mūdificatio sicut dictū ē supra Sup oculū vo ponatur solatrū mixtū cū mucillagine fenugreci ⁊ farina ordei: vel folia solatri pistata ⁊ mixta cū vitellis ouorꝫ ⁊ mucillagine fenugreci ⁊ oleo ro. ⁊ rosis. Intra vo oculū pōatur coliriuz albū qd fecimꝰ in obthalmia colerica ⁊ hoc vsq̄ ad apparitionē saniei. Abstineat omnino a vino ⁊ regatur cum cibo ⁊ potu vt dictū est supius post apparitionē saniei fiat sief sedatiuuz dolorꝫ quod est ꝓhibens egressionē vuee ⁊ quod cōsolidat q̄ sic fit ⁊ appellatur sief de plūbo. ℞. plūbi vsti: anthimonij: thucie ablute: eris vsti gummi arabici: draganti an̄. ʒ. viij. opij. ʒ. s. terātur ⁊ cribelentur cū panno subtili ⁊ aspergātur cuz aqua pluuiali ⁊ fiāt sief. Aliud sief quod sic fit in fine remouet vestigia vlceris ⁊ firmat corneam ⁊ consolidat ⁊ ꝓhibet egressionem vuee sic fit. ℞. climie ablute: thucie ablute: ceruse anthimonij: thuris an̄. ʒ. ij. mirrhe. ʒ. j. sarcocolle. ʒ. j. s. sanguis draconis: aloes opij. an̄. ʒ. j. fiant ex eis sief.

Aliud ad idē. ℞. vitrioli abluti de quo fit encaustrum. ʒ. j. ceruse thucie anthimoij: gūmi arabici opij an̄. ʒ. s. terantur subtilissime ⁊ buliāt in succo solatri bulitione parua ⁊ debili: postea cuz stamine largo coletur totū ī parasiде de vitro: ⁊ dimittatur per diem ita q̄ faciat residentiā. sꝫ liquidum sumat per se ⁊ spissuz per se: spissum exiccetur ad solem ⁊ fiant sief: ⁊ liquidum ponatur in oculo ⁊ sief similiter etiam h̄ confortat consolidat ⁊ prohibet egressionem vuee: ⁊ sedat dolorem mirabiliter.

Caplm. xxxiij. de albugine in oculo.

a **Lbugo siue** albedo que apparet in nigredine oculi seu sup pupillā est vestigiū remanens pꝰ vlcerū curatōez qn̄ consolidant: ⁊ ex h̄ manifeste apparet differentia inter albuginē ⁊ vngulā q̄uis in colere cōueniant vt plurimum: sꝫ in tractatu de vngula differentia erit magis manifesta. Cuius infirmitatis est illa eadē q̄ potuit inducere vlcera in aliq̄ parte oculi vel tunicarꝫ eius. Causa coiuncta immediata ad ipsum ē materia frigida infixa in tunica oculi dealbans cicatrizationē que cum difficultate ab oculo ⁊ loco in quo est remouet. Scias q̄ albula alia est subtilis ⁊ alia grossa: ⁊ alia est in puero ⁊ alia in sene subtilis aut grossa in sene male aut nullomodo curatur. in puero melius. Itez subtilis est in superficie tunice: grossa vero in profunditate.

Signa ex ipsa re percognitionē aposthematis vel ꝑcussiōis seu causus antecedentis manifesta sunt.

Cura est vt bibat vinum album debile limphatum: ⁊ comedat carnes castrati: edi ⁊ pulli et galinarum ⁊ arietis annualis ⁊ herbaꝫ feniculi petrosillini boraginis ⁊ oua sorbilia: ⁊ aues siluestres degentes in arboribus ⁊ in pratis ⁊ non in aquis: ⁊ carnes porci siluestris macras ⁊ carnes capreoli: ⁊ aquam ciceris et farrum et pirra cocta post comestionem: ⁊ comedat etiam vuas passas et ficus siccas pineas mundatas ⁊ festicos. Condiantur cibaria sua cum puluere facto ex cinamomo cardamomo ⁊ croco. Super albuginem ponatur medicamen quod sic fit. Recipe massecumine. i. aquavitri ⁊ dicitur aqua vasorum viridium. s. que fit de plumbo vsto ⁊ fit sicut lac de qua tinguntur vasa terrea: spume maris: albedinis que est in sumitate stercoris magni lacerti: salis rubei grossi zuchari albi duri de mecha an̄. ʒ. iiij. dicitur q̄ zucharum illud est quedam spuma que reperitur in mecha. et dicitur q̄ cadit super aerem qui sic vocatur et dicitur q̄ est species almezerion: sed loco eius pumicem ponebam acori celidonie sene ana. ʒ. x. coquantur alia

tria. s. acorus sene et celidonia in. lb. j. aque donec ad quartā redeat. colet ex hac colatura imbibatur puluis rex sup adictarum: et post ibibitōem exiccet i vmbra: et cū exiccat⁹ fuerit iterum terat sup marmorē et ibibat cū eadē aqua et exiccet et iterum teratur et fiat quater. vltimo terat super marmorē et cū panno lineo cribret et ponat sup albuginē: h. n. delet albuginē ita: vt dicit Almā. q nullū medicamen ei equat. adeo q destruit et remouet albuginē ab oculis aialium equorum et silium.

Aliud ad idē. R. floris eris. ʒ. j. thucie. ʒ. ij. vitrioli viridis de quo fit encaustum. ʒ. s. spuma maris celidonie rute ro. ru. acori. añ. ʒ. j. s. ista q̄tuor celidonia ruta rose et acorus pistent et bulliant i. ʒ. xij. vini albi agresti tādiu q medietas ↄsumat. colet et cum illa colatura nutriat puluis aliarum rerum et exiccet in vmbra. et post exiccatōez terat iterum sup marmorē et fiat h q̄ter. in fine optime terat et cribret cum petia et ponat sup albulā. h medicamen oculum ↄfortat et visum et delet albuginē absq dolore et angustia.

Capitulum. xxxiiij. de scabie in oculo.

Scabies ē asperitas

parua cū rubedine accidēs post obtalmiā et vlcera et existit in intrinseca parte palpebre: et assimilat cū iuersat palpebra spāliter cronica ficui q̄ ē incisa. Cā hui⁹ vt plurimū ē egritudo antecedēs: vt obtalmia vel vlcus: s3 cā tenēs ipsam i esse ē carnositas generata a materia salsa drinata p venas ex cerebro ad oculum. Significatio super ipsam trahitur ex visu et tactu.

Cura pmo fiat flebotomia vel vētosatio i spatulis et sub mēto et postea mundificet caput cū pillulis cocbijs vel cū pigra.

Si autē scabies fuerit subtilis nō cronica q scies eo q palpebra cū inuersat nō est grossa neq assimilat ficui scisse. tūc ponat sup ipsam scabiē subtilem sief viride lene vel rubeū lene q̄ sic fiūt. R. floris eris. ʒ. iij. vitrioli de quo fit encaustum viride adusti. ʒ. vj. arsenici rubei. ʒ. j. haurac spūe maris añ. ʒ. ij. vel. iij. salis armoniaci. ʒ. s. armoniaci aure. i. dissoluat armoniacū cum aqua rute vel succo eius. terantur oia in aqua i mortario et super marmorem et misceant cum succo: et distillent per alēbicum vel incorporent q̄ter cū succo et exiccetur et terat et cribret cū petia et fiat sief: et ponat super scabiē in modum pulueris. h ē colliriū viride valēs ad scabiē et venas rubeas q̄ sunt in ↄiūctiua oculi et palpebris et albuginē et tenebrositatē et vngulam. Colliriū rubeū lene sic fit. R. floris eris. ʒ. iij. vitrioli vsti. ʒ. iij. eris vsti. ʒ. ij. mirre croci añ. ʒ. j. piperis. ʒ. s. terant et misceant cum vino albo et distilent p alembicū vel terant q̄ter oia super marmorem et infundāt in vino q̄ter et exiccet et in fine cribelentur cum petia et fiant sief vel puluis. h. n. proprie valet ad scabiem non cronicam et albuginem.

Si vero scabies cronica fuerit: qđ scies cum inuersatur q̄re palpebra ē grossa et assimilat ficui scisso. Curetur incipiendo a flebotomia vel vētosatione purgatōe cū pillulis cocbijs vel pigra q̄s faciemus: et post illud fricet palpebra cū inuersa fuerit cū spuma maris vel cum pumice vel cū instrumēto q vocat rasorium cuius forma ē sicut forma ferri vel istrumēti cū quo vētosatores faciūt plagas p quas trahunt sanguinē cū ventosis: et fiat talis fricatio cū illo ferro q sanguis inde exeat: et cū eo ēt aliqd de carne illa aspa et scabiosa remoueatur: et hic ē melior modus remotionis malitie: et pertinet ad manualē operatōez post abrasionē cū ferro abluat locus cū aqua calida et aliquantulo aceti vel cū aqua calida decoctōis acetose et vitreoli de quo fit encaustum et distillet super fricationez cimīnum masticatū in pāno i ortu solis. ponatur sup locū rasum et scabiosum puluis citrin⁹ q̄ sic fit. R. sarcocolle. ʒ. x. succi celidōie sicci. ʒ. iij. licij. aloes añ. ʒ. ij. croci. ʒ. j. s. spume maris. ʒ. s. terantur i mortario et sup marmorē et cribelent et fiat puluis. hic puluis appellat citrin⁹ delet ppe scabiē et vz ad egritudines palpebrarum et venas rub. et colliriū viride vel rubeū. Nos multa collria faciem⁹ in antidotario ad h et pulueres et alias medicinas q̄s nō ponim⁹ hic. Dieta et potus sint vt dictū est in obthalmia calida vsq ad dies. xv. postea regat vt dictū ē in albugine. Melior modus curatōis carnositatis et scabiei et omnis superfluitatis palpebrarum est ille qui fit cum ferro et rasorio et similibus dum modo medicus de tali re fuerit consuetus vel habuerit conuersationem cum eo qui nouit hoc facere.

Caplm. xxxv. de venis rubeis in oculo cum q̄dam dispositione in modū tele aranee versus pupillam et vocatur sebel.

Sebel ē egritudo

que i cipit apparere i aliquo angulorum oculi cū venis rubeis sparsis habēs quādam radicem grossam: et spargit versus pupillā in modum tele aranee. et aliqñ est subtilis nō cronica neq grossa: et aliqñ est cronica grossa. fit aūt semper a materia deriuāte per venas a cerebro ad oculos.

Signa vtrum sit cronica vel nō cronica sunt grossities venarum seu subtilitas apparētiū in angulo oculorum et q non phibet visum vel prohibet: qñ prohibet visum et vene sunt grosse et radix que ē in angulo grossa tunc vere dicitur cronica. Alio modo đr subtilis et non cronica.

Cura subtilis et nō cronice est vt primo fiat flebotomia vel ventosatio in collo et spatulis: et post illud fiat purgatio cum pillulis fetidis vel cum pigra facta purgatione ponatur super sebel collirium quod sic fit. Re. minij eris vsti arsenici rubei: zuchari quod dicitur spuma añ. ʒ. j. mirre croci venarum rubearum. i. rose ante quartam. ʒ. j. armoniaci thuris añ. ʒ. j. puluerizentur quater et infundantur quater in succo rute et terantur quater et fiat puluis vel sief: vel fiat collirium distillatū ad elembicum vt fit aqua rosata. hoc enim collirium vocatur diacodion de basilicon. vel ponatur collirium viride vel rubeum.

Si autem cronica et grossa fuerit et prohibet visum: suspendatur cum filo et vncinis et incidatur cum rasorio vel flebotomo eleuetur cum vncino leui non incidente a coniunctiua et cornea: et suspēdatur cum filo et anectetur et incidatur a parte nasi et cornee: et hoc non bene fit nisi per illum qui vsus est in istis operationibus. deinde ponatur super locum aqua cimini masticati in petia vel vitellum oui cum albumine: postea puluerizetur locus cum puluere citrino vel viridi: vel collirijs viridi et rubeo dictis. Bibat vinum limphatum album et comedat bonas carnes que condiantur cū agresta vel vino de granatis et vitellis ouorum. abluat sepe oculos suos cum aqua decoctionis rosarum et camomille et melliloti et mirtilorum.

Caplm. xxxvj. de venis rubeis simpliciter et albis oculorum.

Ec egritudo est species sebel sꝫ differt b qꝛ sebel ē radix quasi carnosa ī angulo ocli ⁊ ledit vsqꝫ ad pupillā ī modū tele aranee: ⁊ in illa nō ē aliqd̄ istoꝝ: sꝫ sūt vene rubee plene sanguine ⁊ sunt in albedine oculoꝝ tm̄. Cā huius egritudinis sunt humores sanguinei mixti cū colā q p vēas descēdūt ad oculos.

Signa eius ꝯtrahunt ex visu ⁊ ex differentia sebel.

Cura eius eadem ē cū cura sebel subtili nō cronica. Bibat vinū album limphatū. Comedat carnes castrati edi ⁊ pulloꝝ. gallinaꝝ ⁊ caponū ⁊ carnes arietis annualis ⁊ omniū auiū degētiū in arborıbꝰ ⁊ in pratis ⁊ nō in aquis. oua sorbilia: aquā ciceris ⁊ farinā ordei ⁊ farri ⁊ spelte ⁊ auene ⁊ herbam feniculi boraginis ⁊ spinachie: ⁊ de piscibus recētibꝰ temalos lucios ⁊ carpiones assatos: ⁊ cōdiant oīa ista cibaria cū vitellis ouoꝝ: vel vino ð granatis ⁊ berberis ⁊ puluere de spēbus q sic fit ℞. cinamomi. ℥. j. cardamomi folij an̄. ʒ. ij. croci. ℈. j. terant ⁊ cribellent. purget sepe cum pillul' cochijs ⁊ yeris capitalibus ⁊ cū decoctionibꝰ dictis. c. de obtalmia calida. Vētoset in collo ⁊ spatulis ⁊ flebotomet de vena cephalica. Intra oculum ponat omni die bis stillicidiū de colirico nostro albo q̄ sic fit. ℞. armoniaci: floris eris: arsenici rubei an̄. ʒ. ij. thucie. ℥. j. vitrioli ð quo fit encaustrū. ℥. iij. rute: celidonie an̄. M. j. succi fenugreci. lī. j. pistent oīa ⁊ simul incorporentur ⁊ fiat magdaleon: ⁊ ponat in alembico sup fornacem ⁊ distillet in aqua vt fit aqua ro. Valet ad oēm maculā ⁊ albedinē ⁊ remouet lippitudinem ⁊ rubedinem proprie a quacūqꝫ causa fiat: ⁊ ꝯseruat visuꝫ.

Aliud ad idem qd̄ est fortius ⁊ appellat colirium rubeū qd̄ nos etiā fecimus qd̄ sic fit. ℞. mirre oppoponaci: bdelij: aloes: carpobalsami: armoniaci serapini croci masticis gumi arabici: boli armeni: thuris: dragāti an̄. ℥. j. terbentine mūdate clare. ℥. vij. vitreoli de quo fit encaustꝝ. ℥. iiij. succi celidonie fenugreci rute an̄. lī. s. misceant ⁊ icorporent oīa ista simul ⁊ cū lēto igne distillent p alēbicū ad fornacē ad modū aq̄ ro. h delet oēꝫ maculā de oculo ⁊ valet ad pānū ⁊ remouet pfecte sebel ⁊ oēm rubedinē ⁊ scabiem palpebraꝝ ⁊ omneꝫ vngulā: ⁊ pōit cū pēna stillicidiū ī oculo māe ⁊ sero.

Si aūt accipiant. ʒ. iiij. thucie ⁊. ʒ. j. cāphore ⁊ terant in mortario ⁊ sup marmorem ⁊ cribellent cū petia ⁊ dissoluant cum. ℥. iij. colirij albi nostri dicti ante istū ⁊ dimittant sic aliquātulū: ⁊ postea h totum colet cum petia rara ⁊ seruet. delet omnem rubedinē ⁊ oēm lippitudinē a quacunqꝫ causa fiat ⁊ spālit post pncipiū: ⁊ hoc totū facit ī paucis diebꝰ. ponit cū pēna stillicidium mane ⁊ sero cū vadit dormitum.

Caplm̄. xxxvij. de grossitie ⁊ asperitate ⁊ rubedine in palpebris ⁊ vocat silach.

Ec egritudo fit semper ex flegmate b falso vel sanguine adusto.

Signa sunt pruritus angloꝝ lachrymaliū ⁊ ī palpebris ⁊ rubedo cū asperitate.

Si aūt cronica ⁊ antiqua fuerit: signa eius sunt rubedo ⁊ inflāmatio: prurıtꝰ ⁊ asperitas: ⁊ dr̄ia inter istā infirmitatē ⁊ scabiē ē q̄ in scabie ē grossities carnis palpebre cū fit inuersatio partiū ⁊ eleuatio ⁊ absqꝫ pruritu in angulis. in ista vero nō sꝫ ita manifesta.

Cura eius cuꝫ fuerit non cronica est vt inclinet caput suū sup aquā calidā aq̄ decoctōis floꝝ camomille: rosaꝝ ⁊ foloꝝ solatri: ⁊ cū aq̄ eadē abluat oculos: nocte v̄o ponat sup oculos emplastꝝ qd̄ sic fit. ℞. succi folioꝝ solatri. ℥. j. portulacaꝝ. M. j. pistent ⁊ incorporent cū vitellis ouoꝝ ⁊ albuminibus duoꝝ ouoꝝ ⁊. ℥. j. olei ro. ponat etiā intra oculū coliriū albū de cerusa factū ī obthalmia calida. Et ī fine coliriū nostrū albū. c. de venis rubeis.

Si aūt cronica fuerit fiat flebotomia de vena cephalica manꝰ ⁊ vētosatio ⁊ mūdificatio cū pillulis cochijs vel cū yeris: seu cū aliq̄ decoctōuꝫ dictaꝝ in obthalmia calida. ⁊ assiduet ablutio cum aqua dicta an̄: ⁊ iclinatio capitis ⁊ faciei sup ipsaꝫ cuꝫ ē calida: ⁊ sup oculū ponat emplastꝝ qd̄ fit ð lētibus excorticatis ⁊ adipe granatoꝝ trito cum rob mixto vel emplastꝝ factū ex portulacꝫ ⁊ folijs solatri cū alijs rebꝰ dictꝫ ī nō cronica. Intra oculū ponat coliriū albū de cerusa vel coliriū nostꝝ albū q̄ fecimus. c. superiori de venis rubeis. obseruet dietā ⁊ potum vt supra: vel ponat sup carnositatē palpebraꝝ ⁊ asperitatē vel scabiem earū puluerē de cuꝰ pprietate ē subtiliare palpebras ⁊ remouere asperitatē ⁊ scabiem ab eisdē q sic fit. ℞. cristalli. ʒ. vj. mumie. ʒ. iiij. masticis vernicis an̄. ʒ. j. terant ista oīa subtilissimo mō: ⁊ cribellentur cū petia ⁊ ībibant cū aqua ro. vel agresta clarissima. ⁊ exiccet h totū ad solē in vase vitreato: ⁊ post exiccatōeꝫ terat sup marmorē ⁊ ībibat ⁊ exiccet: ⁊ fiat h quater: ⁊ in fine cribellet cū petia mūda subtili ⁊ reseruet vsui. ponit cum stillo argenteo vel de auricalco sup carnositatē intrinsecā palpebraꝝ sero cum vadit dormitū.

Capitulum. xxxviij. de vngula.

Vngula est macula alba in nigredine oculi tendēs versus pupillā aliqn̄ cuiꝰ figura ē ad modū vngule ⁊ ē sciēdū q̄ q̄dā ē leuis subtilis nō plurimū phibēs visuꝫ ⁊ q̄dam ē grossa cronica phibēs visuꝫ. Fit aūt ex materia fri. coagulata ⁊ ꝯdēpsata in loco q̄ distillauit a cerebro.

Signa manifestant ex visu medici ⁊ eius tactu.

Cura eius qn̄ fuerit subtilis nō phibēs visuꝫ purget cuꝫ pillulis cochijs vel pigra vel medicamine de turbit qd̄ sic fit. ℞. diazinziberis. ʒ. j. turbit hermodactiloꝝ an̄. ʒ. j. misceant ⁊ fiat vnꝰ trociscꝰ ⁊ sumit in matutinis: ⁊ post cū bibit aliqd vini limphati. Intra oculuꝫ supra maculā ponat coliriū viride vel rubeuꝫ: seu nostrum album.

Si aūt grossa ⁊ cronica fuerit suspēdat cū vncinis ⁊ incidat cū rasorio: ⁊ postea cōfortet locꝰ cuꝫ albumine oui ⁊ vitello ⁊ oleo ro. mixtis. ⁊ post cōfortatōeꝫ supra locū ponat coliriū albū nostꝝ qd̄ diximꝰ multotiēs: ⁊ aliqn̄ ponit coliriuꝫ rubeum quod fecimus.

Caplm̄. xxxix. de rubedine oculoꝝ ex percussione ⁊ vocatur tarfati.

Ec egritudo fit ex pcussione adueniēte b in oculis remanēte in albedine eoꝝ vestigiū rubedinis ī modū denarij vel semidenarij: vel q̄si ẜm istā figurā: ⁊ vocat in nostro idiomate macula rubea sanguinea. Cā pmitiua fuit pcussio: cā imediata est sanguis q currit ad locū ⁊ sparsus fuit extra venas ⁊ per venas in albedine oculi.

Signa manifesta sunt ex ipsa re.

Cura ē vt pꝰ fiat flōmia ð vēa cephalica manꝰ ꝯtra ptꝫ lese: vl' vētosatio in collo ⁊ spatul': ⁊ post illd̄ lenificet vēter cū de-

coctione que sic fit. ℞. mirobalanorum citrinorum ℥. j. pistentur ⁊ bulliant cum. ℥. ij. prunorum ficorum in. ℥. viij. aque donec medietas sit consumpta. coletur ⁊ cum illa colatura dissoluantur. ℥. ij. syrupi de nenufare ⁊ detur h̄ totum ante diem.

Aliud ad idem. ℞. ℥. v. aque decoctōis prunorum calide ⁊ dissoluantur in ea. ℥. ij. māne ⁊. ℥. j. tamarindorum ⁊ coletur ⁊ detur ante diem. quidam addunt ⁊ dant in hac decoctione. ʒ. j. pulueris reubarbari: ⁊ ex ea sequitur opus valde bonum ⁊ ad hanc infirmitatem valde conueniens. ponat sup oculum in principio petias infusas in succo solatri mixto cum albumine oui ⁊ oleo ro. vel in aqua decoctionis coriandri in quo dissoluantur bolus armenus ⁊ psilium. Intra oculuʒ ponatur lac mulieris lactantis puellam vel sanguinē columbinū: vel colirium album de cerusa ꝙ melius est: seu colirium nostrum album qđ fecimus superius. quandoqꝫ miscet aliquid olei ro. cum duplo eius vini de granatis acetosis: ⁊ ponatur đ hac mixtura supra rubedinem oculi: vel super sanguinem qui est in oculo propter percussionem vel fricationem in sequenti die vel tertio. curatur specialiter post flebotomiam vel ventosationem in spatulis. Dieta ⁊ potus ordinentur vt dictum est in obtalmia calida vsqꝫ ad dies. vij. postea redeat ad vinum albū valde limphatum ⁊ ad carnes ⁊ cibaria ꝯdita cuʒ agresta ⁊ vino de granatis ⁊ rob mororum acetosorum immaturatorum.

Capitulum. xl. de lachrymis oculorum.

Lachryme fiunt ex cursu materie que effunditur ad oculos ex cerebro p neruos venas ⁊ arterias. Causa lachrymarum quādoqꝫ est incisio vngule vel alterius infirmitatis que cum ferro ab oculo remouetur. qñqꝫ est repletio vel multiplicatio humoris acuti seu salsi: aut humidi nō occulti in cerebro venis ⁊ arterijs ⁊ neruis.

Signa lachrymarum ꝯtingētium ab humore acuto vl' salso sūt pruritus ⁊ ardor vel inflammatio in loco queʒ lachryme tangunt: ⁊ ꝙ stomacho ieiuno ⁊ tempore calido ⁊ hora diei calida magis ledunt. ⁊ ꝙ vsus rerum calidarum acutarum ⁊ salsarum infestat patientem.

Signa autem earuʒ que fiunt a materia calida sunt multitudo lachrymarum ⁊ specialiter in hyeme ⁊ tempore humido ⁊ ꝙ post cibum multiplicātur: ⁊ cum h̄ nō sentit ardorem neqꝫ inflammationem neqꝫ puncturam in locis que tangunt ⁊ vsus etiam rerum humidarum ⁊ nimius potus vim eas multiplicat.

Cura earum que fiunt per incisionem vngule vel alterius infirmitatis existentis in oculo est vt confortentur oculi post incisionem cum emplastro qđ sic fit. ℞. corticum granatorum: lentiuʒ excorticatarum añ. ℳ. j. pistentur ⁊ incorporentur cum mucillagine draganti.

Ad idem. ℞. aloes achacie: pulueris: glandis: licij: boli armeni gūmi arabici añ. ʒ. j. conficiant cum albumine oui vel cum mucillagine dragantorum ⁊ ponatur super frontem ⁊ oculos. Ad idem ℞. succi solatri. ℥. iij. ⁊ misceantur cuʒ bolo armeno ⁊ albumine oui: ⁊ ponat super frontem ⁊ oculum: vel succi semperuiue si succus solatri non reperiretur.

Si autem materia lachrymaruʒ fuerit acuta salsa purgetur cuʒ pillulis cochijs vel cuʒ pigra seu cum decoctione mirobalanorum citrinorum dicta superius. c. de rubedine oculorum ex percussione. Et post mūdificationem fiat flebotomia de vena cephalica manus: super frontē ⁊ timpora ponatur emplastrum ꝙ sic fit. ℞. boli armeni. ℥. s. masticis: draganti añ. ʒ. ij. puluerizentur ⁊ misceantur cum albumine oui vel mucillagine draganti: sup oculum vero ponantur petie infuse in succo sempuiue: vel succo solatri mixto cum agresta ⁊ cū puluere glandis mirre boli armeni. Intra oculuʒ ponatur sepe stillicidium de colirio nostro albo: vel ponatur super oculum ⁊ frontem simul emplastrum qđ sic fit. ℞. nucū cipressi: mumie: sanguinis draconis masticis: draganti añ. ʒ. ij. puluerizentur ⁊ misceantur vel incorporentur cum albumine oui seu cum mucillagine dragantorum. Abluantur sepe oculi cum aqua calida decoctionis fumi terre: sulfuris rosarum ⁊ sandalorum rubeorum ⁊ videbis mirabile.

Si vero materia lachrymarum fuerit humida: mundificetur caput cum pillulis fetidis vel pillulis cochijs aut pigra aut medicamine de turbit ꝙ fecimus ⁊ faciemus. Factis mundificationibus fiat cauterium in loco vbi terminatur digitus medius cum ponitur radix palme super radicem nasi: ⁊ profundetur cauterium vsqꝫ ad os ⁊ dimittatur. apertuʒ vsqꝫ ad dies. xl. ⁊ purgetur omni die bis a sanie vulnus factum cum cauterio. supra oculuʒ ⁊ intra ponantur omnia que dicta sunt superius. Sepe abluantur oculi cuʒ aqua pluuiali decoctionis gallarum mirre boli armeni: ⁊ nucum cipressi ⁊ sit aqua calida semper hora ablutionis. Cibetur cum carnibus assatis ⁊ conditis cum agresta ⁊ vino de granatis ⁊ berberis: seu sumac vel granis mirtilorum ⁊ aliquando cibetur carnibus elixatis cōditis cum eisdem rebus ⁊ cuʒ puluere qui sic fit recipe cinamomi. ℥. ij. cardamomi. ℥. s. folij galange añ. ʒ. ij. croci. ℥. s. piperis longi. ʒ. j. s. fiat puluis ⁊ cribelletur. Comedere potest etiaʒ lentes excorticatas farrum rizum ⁊ aliquādo cicera fracta herbam feniculi cum boragine ⁊ caules biscoctas Bibat vinum rubeum non dulce limphatum cuʒ aqua pluuiali seu cisterne. Sumat post prandium ⁊ cenam semper. ℥. j. electuarij de citonijs: ⁊ post illud bibat aquam frigidam.

Quidam vero sunt qui in h̄ casu incidunt venas ⁊ artarias frontis ex transuerso: sed meo tempore hoc nō feci: q: loco illius incisionis in eisdem locis ⁊ in loco capitis dicto superius faciebam cauteria profunda ⁊ ea aperta dimittebam vsqꝫ ad tēpus determinatum ⁊ bene succedebat mihi.

In constrictione lachrymarum ⁊ consolidatione vulneris noui in oculo non est aliquid ꝙ equatur huic confectioni. ℞. thucie. ℥. s. terantur perfecte in mortario mundo. ℥. j. aque ro. ⁊. ℥. j. vini de granatis acetosis: ⁊ post constrictionē ⁊ incorporatiōem perfectam istarum rerum in mortario coletur h̄ totum cum petia munda: ⁊ de illa colatura ponatur omni die mane ⁊ sero intra oculum: fiet in breui tempore lachrymarum constrictio ⁊ vulnerum ꝯsolidatio. Aquā valde bona ⁊ vtilis ī constrictione lachrymarum ⁊ remotione rubedinis sic fit. ℞. sulfuris. ℥. iij. aluminis zucharini: rosarum ru. nucum cipressi añ. ℥. j. pistentur perfecte ⁊ bulliantur in. ll'. iij. ⁊. ll'. ij. vini albi tandiu ꝙ vna. ll'. resoluat ⁊ quatuor remaneant: coletur ⁊ reseruetur in vase. de illa aqua tepida abluat patiens mane ⁊ sero oculos cum vadit dormitum ⁊ erit vtile valde.

Capitulum. xlj. de debilitate visus.

Debilitas visus appellatur quādo homo absqꝫ macula nō bene videt neqꝫ discernit: vt accidit senibus ⁊ decrepitis. nam omnis homo postqꝫ trāsit. xl. annos vel. l. debilitatur circa visum: ⁊ h̄ nō

est nisi quia instrumenta visus mutata sunt in cõplexione ⁊ compositione ꝓpter resolutione substantie ipsorum instrumẽtorum virtutum sensibilium factam a calore qui in membris finaliter inducit arefactionem ⁊ mortem: vel vltimam consumptionem. Fit aũt debilitas visus absq₃ causa narrata: quandoq₃ ꝓpter humiditatem currentẽ ad oculos offuscantem visum: ⁊ hoc est ẜm plurimum. Fit etiam a siccitate vincente super substãtiam oculi ⁊ fit ꝓpter compassionem ⁊ vitiuz contractuz a stomacho.

Signa debilitatis visus ꝓpter humiditatem currentez ad oculos a cerebro sunt ꝙ multiplicaẜ post comestionem ⁊ somnum ⁊ sacietatez nauseatiuaz ꝓprie: ⁊ ꝙ ante oculos videntur quedaz aliquando in moduz aq̃ descendentis vel in modum nebule ⁊ etiam humidi oculi apparent ⁊ emittunt lippitudinem indigestam post somnum specialiter.

Signa debilitatis visus propter debilitatem sunt ꝙ aleuiatur hora somni ⁊ post comestionem ⁊ hora famis ⁊ in meridie fortis fit: et oculi quasi semper sicci videntur ⁊ sentitur pruritus hora ieiunij specialiter.

Signa eius que sunt propter stomachum absq₃ eo ꝙ ĩ oculo sit ĩfirmitas aliq̃ sẽ ꝙ ĩfirmitas cessat ⁊ ñ fit sẽp imo fit fortꝫ cũ ẽ sacietas nauseatiua ⁊ destruẜ cũ fames adest ⁊ ieiunium et etiam bona exiccationis stomachi ⁊ citius sentit aleuiationez ex medicinis mundificatiuis quando est a stomacho q̃₃ quando est ex alijs causis.

Cura eius que fit propter humiditatez est vt primo ⁊ principaliter purgetur cum pillulis cochijs vel fetidis seu cum pigra quam faciemus in antidotario: vel cuz pillulis de agarico que sic fiunt. ℞. aloes. ʒ. ij. coloquintide sticados turbit añ. ʒ. s. masticis ro. ru. cassie cinamomi añ. ʒ. s. agarici. ʒ. iij. fiant pillule cuz succo rute. Dosis earum est. ʒ. j. vel. ʒ. j. s. vel. ij. ẜm virtutem ⁊ conditionem infirmi. vel purgeẜ cuz medicamine de turbit hermodactilo quod faciemus. Nutriatur cum dieta sicca videlicet carnibus assatis vel positꝫ in pastello seu in patella: nã caro cocta in patella: vel testuia in furno: seu frixa in oleo seu in pinguedine habentibus humores multos ⁊ specialiter frigidos confert. ⁊ similiter caro assata in veru: veruz est ꝙ illa que in pinguedine coquitur per longum vsum fastidiuz generat: ⁊ hoc volunt medici ⁊ specialiter Almansor. li. iij. c. de his que assumunt cibaria ex artificio. Comedere etiam potest oua sorbilia cum speciebus ⁊ pipere longo: vel feniculum cum petrosilino ⁊ boragine ⁊ panicum milium farrum ⁊ speltã ⁊ in his omnibus ponãtur species ⁊ piper lõguz. Bibat vinum stipticuz non fumosum in quo ponatur aliquid de aqua. Aqua mellis in hoc casu melior est vino. Usus seminis feniculi in omnibꝰ suis comestionibus ⁊ etiam ante comestionem ⁊ post est vtilis valde ⁊ conferens. Idez dicitur de siseleos quod non reperitur in libris medicorum ẜm experimentuz posset hoc rectificare. similiter vsus ramorum rute in vino hora comestionis iuuat ⁊ hoc credimus. Semel in ebdomada recipe. ʒ. s. tyriace fine ⁊ bone stomacho ieiuno ĩ aurora cum vino: vel aqua decoctionis rute vel seminis fenugreci est de melioribus rebus in debilitate visus ⁊ conseruatione eius: et maxime si sumitur in estate cum aqua in hyeme cum vino. Distilare in oculo aquam decoctionis basiliconis vel aquã celidonie aut aquam rute seu fel caprinum: vel colirium de fellibus vel colirium nostruz albũ multum confert. nã vsus alicuius istorum conseruat visum ⁊ ponit remedium in debilitate eius: ⁊ specialiter cum debilitas adest ꝓpter humiditatem aut ꝓpter etatem: aut colirium ꝙ fit de vino: vel succo granatorum dulcium ⁊ acetosorum in quo ponitur puluis piperis ⁊ lõgi piperis ⁊ salis armoniaci ⁊ aloes ẜz ꝙ in antidotario diceẜ. ʒ. j. cuiuslibet istorum quatuor ponaẜ in. lib. j. succi clari simẜ mixti.

Si aũt debilitas visus fuerit ꝓpter siccitatez tota intentio tua sit in humectando totuz corpus cum brodijs ⁊ iure carnium ⁊ vino dulci claro limphato: ⁊ conficere cibaria cum puluere qui sic fit. ℞. cinamomi amari. ℥. s. cinamomi non amari. ℥. ij. cardamomi. ℥. s. croci. ʒ. s. folij galange añ. ʒ. j. zuchari duri. ℥. j. fiat puluis cribelatus. Comedat fisticos auelanas ⁊ pineas mundatas ⁊ cicera fracta ⁊ farinam ordei auene rizi ⁊ etiam frumenti: ⁊ condiantur omnia illa cum lacte capraz vel ouium: ⁊ cuz speciebus dictis. Sepe balneentur tales absq₃ ꝙ in balneo sudent ⁊ specialiter facta digestione prima. aperiantur oculi sepe in aq̃ frigida ⁊ hoc in estate. ⁊ in oculis ponatur lac mulieris vel asine ⁊ aliquando oleum de amigdalis vel oleum vio. Abluantur oculi sepe ex aqua calida decoctionis violarum: fenugreci ⁊ etiam malnauisci.

Si võ ɔtingerit visus debilitas ꝓpter stomachum rectificẽtur humores ⁊ humiditates q̃ sunt in ipso cum oximelle composito vel sqlitico: ⁊ aq̃ calida decoctionis isopi vel siseleos: aut fenugreci ⁊ isopi. ⁊ purgetur sepe cum pillulis stomaticꝫ alchindi: vel cum pillulis fetidis vel cum pigra. Et si datur. ʒ. j. aloes cum. ℈. j. mirre ⁊. ℈. j. masticis post triturationem ⁊ cribelationem ⁊ trãsglutiatur hoc totum cum aliqua re in qua inuoluatur sicut est nebula que fit ex farina multuz cõfert ⁊ est vtile. Sumat iste. ℥. j. de electuario cardamomi vel diatriton: vel diagalange sero cum vadit dormitum: ⁊ post illud bibat grana. iij. vel. iiij. aque frigide erit vtile ⁊ conueniens. Nutriatur ex cibarijs dictis in debilitate visus propter humiditatem: et bibat vinum rubeum stipticum limphatum ẜm medietatem aut minus. Circa ea que ponuntur in oculis facias vt dictuz est supra in cura debilitatis visus ex humiditate. Auic. li. iij. ca. de debilitate visus dicit ꝙ amministratio pectinis est vtilis in conseruatõe visus: ⁊. c. v. de conseruatione visus dicit ꝙ iacere super collum ẽ in vtile.

Capitulum. xlij. de tumore palpebraruz ⁊ pilis inuersatis ⁊ nodositate.

Iste tres egritudines habent diuersum moduz curationis propter earum causas diuersas: ⁊ modum illationis diuersum. nam tumor palpebrarũ fit ex omni materia ex qua fit obthalmia: pili: vero non inuersantur nisi ꝓpter foramina inclinata ad partẽ anteriorem vel interiorem. Modus vel nodositas nõ fit nisi ex materia dura melancolica: vel gipsea conuersa in duritiẽ seu lapideitatem.

Signa tumoris palpebrarum ex quacunq₃ causa fiat sunt eadez cũ signis dictis. c. de obthalmia que fit ex sanguine coliria flegmate ⁊ melancolia. ⁊ etiam si materia erit composita aut simplex signa eadem erit.

Signa inuersationis palpebrarum manifesta sunt ex re ipsa ⁊ per sensum infirmi.

Nodoruz aparentium in palpebra signa manifesta sunt ex visu ⁊ tactu medici.

Cura tumoꝛis ẽ eadẽ eſt cũ cura obtalmie
ex parte flebotomie purgationis
emplaſtrationis dicte ⁊ potus a quacunq3 cauſa
niſi q3 in fine fiunt in tumoꝛe ex frigida cauſa cau
teria punctalia ĩ radice palpebꝛaꝝ apud ſupcilia
vt melioꝛ fiat equatio mẽbꝛi ⁊ rẽſolutio materie cõ
tente in palpebꝛis.

Cura piloꝝ q inuerſant̃ ⁊ pungũt oculũ eſt vt
pꝛimo ⁊ principaliter omnes pili inuerſati vna
eradicent̃ ⁊ in eodẽ foꝛamine ponat̃ ſumitas acus
ignita ⁊ inflãmata: ſtringit̃ ⁊ cõſolidat̃ foꝛamen
ꝑ h̃: ⁊ amplius pilus nõ redit neq3 generat̃. dicũt
qdã in h̃ caſu ꝙ ſi poſt eradicationẽ piloꝝ in fo
ramine opium diſſolutũ cũ maſtice ponat̃ ꝯfert.
Alij dicunt ſi pili inuerſati cũ pilis nõ inuerſatis
cõglutinent̃ cũ maſtice vel glutine aut colla ꝙ cõ
fert. Nam pili nõ inuerſati cõglutinati cũ inuer-
ſatis trahũt inuerſatos mediante glutine vel col
la ad exterioꝛa: ⁊ ſic curat̃. ſ3 omnia illa verba ſũt
cõmunia ⁊ bona in qb⁹ nõ cadit magna fluitas vl̃
vtilitas. nã ex ſola extraneatione piloꝝ cũ radici
bus ad q̃s ſeqt̃ aduſtio cũ puncta ſtilli vel acus eſt
cura ad quã nõ ſeqt̃ dubiũ neq3 falſitas aliqua: et
in illa ſis contẽtus ꝓ poſſe.

Cura nodi vl̃ nodoſitatis palpebꝛe ẽ vt inuer
ſet̃ palpebꝛa cũ tenaculis habentibus quãdã q̃-
draturam ⁊ cũ alijs tenaculis eiuſdẽ figure capia
tur nodus: vel fiat ab extrinſeco abſq3 inuerſatio
ne: ⁊ poſt h̃ ſcindat̃ pellis ſup nodũ ſm longitidi
ne3 rugationũ palpebꝛe extrahat̃. Et vt pfectioꝛ
fiat curatio ponat̃ ad intra vulnus aliquid alumi
nis zucharini vel ſalis rubei cũ albumine oui vſ-
q3 ad aliam diẽ: ⁊ tũc extrahat̃. ⁊ ſi aliqd de folicu
lo remanſerit ponat̃ intra vulnus vngentũ viri-
de vel puluis q remoueat foliculũ quo remoto cõ
ſolidet̃ vulnus ⁊ claudat̃ cũ puluere de maſtice ⁊
munia. ⁊ hec via eſt nobilioꝛ in hac cura omnib⁹
alijs. Scias in veritate ꝙ hec cura ⁊ ꝯſimiles nõ
poſſunt pfecte apphendi niſi ꝑ viſu3 vl̃ doctrinã
viſibilem.

Capl̃m. xliij. de caſu piloꝝ palpebꝛaꝝ ⁊ super
ciliorum.

Ec egritudo fit aut ab are
factione loci
b aut ꝑꝑ defectum granationis fumi ex
quo fit pilus ſicut apparet ĩ ſenib⁹ ⁊ d
crepitis: aut ꝓpt̃ materiã venenoſã
expirantẽ ad locu3 pili ⁊ inficientẽ ipſum. Ita ꝙ
materia pili non poſſit adherere ad generationẽ
eius.

Signa caſus piloꝝ q fit ꝑꝑ defectione3 fumi
ex quo generant̃: aut ꝓpt̃ arefactione3 loci ſunt
exiccatio loci: ⁊ ꝙ in loco nõ eſt facta aliqua immu
tatio: neq3 ex parte cõpoſitionis neq3 ex parte co
loꝛis: ⁊ ꝙ ipſe locus nudus videt̃ ⁊ locus mũdus
vt in caluicie apparet vel in cute caloſa.

Signa caſus ꝓpter infectione3 loci ex mat̃ia
venenoſa ſunt ꝙ in loco apparet aſperitas mani
feſta: ⁊ infectio ⁊ ruboꝛ cum pꝛuritu: ⁊ ꝙ ibi appa
ret ſcabioſitas cum partium eleuatione: ⁊ vene-
num liquidum multotiens emanat a loco ⁊ etiam
cutis vel locus totus in coloꝛe ⁊ ſubſtantia vide-
tur mutatus manifeſte a naturali curſu: ⁊ illa ſi-
gna etiam ſuper lepꝛam atteſtant̃.

Si autem caſus piloꝛum palpebꝛarum fuerit
ꝓpter arefactionem loci aut ꝓpter defectum fu-
mi ex quo pilus ſolet in loco generari ⁊ fieri nũ-
q̃3 regenerabunt̃ neq3 fient in loco illo neq3 req-
ritur aliud in iſto caſu niſi vt coꝛpus bene nutria
tur ⁊ impinguet̃ omni ingenio quo melius poteſt
fieri. ⁊ locus omni die humectetur cum oleo de
camomilla in quo diſſoluat̃ laudanum.

Cura caſus piloꝝ palpebꝛaꝝ ſupcilioꝝ
ꝓpter infectionem materie vene
noſe currentis ad locũ eſt vt pᵐo mundificet̃ ca-
put ⁊ totu3 coꝛpus ab illa medicina cũ pillulis fe-
tidis vel ſtomaticis alchindi: vel cũ decoctione q̃
ſic fit. ℞. miro. indoꝝ. ℥. j. eleboꝛi nigri. ʒ. ij. po
lipodij. ℥. s. ro. ru. ʒ. ij. pꝛuna numero. xx. piſtẽt̃
⁊ buliant̃ in. ℥. x. aque donec. iiij. remaneant. co
letur ⁊ in illa colatura addant̃. ℥. ij. ſyrupi ro. vel
. ℥. iij. vel. ij. rob de vino: det̃ in matutinis ⁊ iace
at vſq3 ad hoꝛa3 aſellationis: ⁊ poſtea nõ doꝛmiat
vſq3 ad hoꝛam poſt comeſtionẽ. Bibat continue
omni mane in auroꝛa p̃ter q̃3 in die medicine ſyru
pum factũ ex ſene epithimo ⁊ polipodio ⁊ ſcolo-
pendria cũ aqua decoctionis pꝛunoꝝ: ⁊ ſit quãti-
tas ſyrupi. ℥. j. s. ⁊ quãtitas aq̃. ℥. iij. vel. iiij. vẽ-
toſetur ſubmento vel in ſpatulis: vel fiat flebboto
mia de cephalica manus. Fricet̃ locus ſepe cũ ra
dio vl̃ inſtrumẽto acuto intincto in ſucco cepe: et
poſt fricatione3 ponat̃ ſup locum fricatum ⁊ ſup
foꝛamina piloꝝ palpebꝛaꝝ et ſupercilioꝛum me-
dicamen qd̃ ſic fit. ℞. oſſium miro. combuſtoꝛu3
. v. fumi thuris. ʒ. iiij. ſpice indice carpobalſami
añ. ʒ. iiij. lapidis lazuli. ʒ. x. fiat puluis ex oĩb⁹ cri
belant̃ q̃ter ⁊ trit⁹ ſup marmoꝛẽ ⁊ cũ radio omni
die ponat̃ ſup locũ. Fumus thuris ſic fit. ℞. gra
na thuris minuti ponant̃ in lampade plena oleo
⁊ ſup lampadẽ ponat̃ ⁊ firmet̃ cum terra ſcutella
vitreata: ⁊ ſub lampade poſtq̃3 obturata fuerit ⁊
poſita in teſtula plena cinere incendat̃ ignis ſua-
uis ⁊ nõ multũ foꝛtis: ⁊ cũ ignis bene inflamatus
fuerit ſub lampade ꝯtinue ꝓiciat̃ ſup ſcutella3
aq̃ frigida vt coaguletur circa ſupficiem intrinſeca
ſcutella fumus eleuat̃ a thure q eſt in lãpade ſub
q̃ eſt ignis. ⁊ cũ ꝑ longũ tp̃s factũ fuerit h̃ remo-
ueat̃ ſcutella: ⁊ qd̃ inuenietur adherere ſupficiei in
trinſece ei⁹ remoueat̃ cũ cultello ⁊ h̃ ẽ illud qd̃ ap
pellat̃ fumus thuris. Alius mod⁹ faciẽdi fumu3
thuris nobilioꝛ ſupꝛa dicto. ſumũt̃ grana thuris
⁊ ponũt̃ in lãpadẽ plenã oleo: ⁊ inflãmant̃ grana
thuris cũ igne q̃ grana ſũt in oleo: ⁊ cũ ignita fu
erit põat̃ ſup lãpadẽ ſcutella vitreata ita ꝙ ſcutel
la cõpꝛehẽdat totã circũferentiã lãpadis ⁊ plus:
⁊ ꝯtinue ſpgat̃ aq̃ frigida ſup ſcutellã vt fum⁹ ele
uat⁹ nõ inflãmet̃ ⁊ ꝯſumat̃ ab igne thuris ⁊ h̃ eſt
fumus thuris: ⁊ cũ remouet̃ ſcutella abꝛadat̃ qd̃
adheret ſcutelle ⁊ ſic colligitur. Aliud ad idẽ. ℞.
thuris. ℥. s. laudani. ʒ. ij. mirre. ʒ. j. olei de maſti
ce. ℥. ij. buliant̃ iſta ad inuice3 ⁊ diſſoluant̃: ⁊ poſt
diſſolutionẽ qd̃ fuerit in toto de ſpiſſo ⁊ viſcoſo
poſt fricatione3 radij intincti in ſucco cepe pona
tur ſup locũ cũ radio. Regat̃ cũ dieta et potu vt
dictũ eſt in melancolia ex materia aduſta colerica
vel melancolica.

Capitulum. xliiij. de pꝛuritu qui fit in angulo
oculi.

Pruritus non fit in lacryma-
libus oculoꝛu3 niſi
p ex materia ſalſa vel aduſta in qua cali
ditas accidẽtalis egit ⁊ induxit acuita
tem.

Signa pꝛurit⁹ ſunt rubedo ⁊ aſpitas
⁊ lacryme vrentes loca ꝓxi-
ma ⁊ ardoꝛ foꝛtiſſimus: ⁊ coloꝛ faciei rube⁹ mixt⁹
citrinitati.

Cura talis erit. Utat̃ omni die ſyrupo
de fumo terre cum zucharo vel
melle ſꝫ mat̃ia3 tp̃is vl̃ etatis cu3 aq̃ decoctionis
pꝛunoꝝ ſene ⁊ fumi terre. Et purget̃ cu3 pillulis
cochijs aut cũ pillulis ad ſcabiẽ ⁊ pꝛuritũ q̃ ſic fi-
unt. ℞. aloes miro. añ. ʒ. j. ſcamõce ro. ru. añ q̃r-
tam. ʒ. j. eleboꝛi nig. ℈. j. fiãt pillule cũ ſucco fu-

mi terre. dosis istarum est vna flebotometur de cephalica manus: et ventoset in spatulis et collo et mento. Nutriat bona dieta et tepata et bibat vinum albu debile bene limphatu. Abstineat a salsis acutis: leguminibus caseo et filibus pposse et a coitu pncipaliter in omnib egritudinib oculoz. Abluat sepe oculos suos cuz aq sulfuris q sic fit. R. aque. lb. ij. sulfuris. ℥. j. capbore. ℥. s. teratur et misceat et ponant in vase vitreo et dimittant ad solem p dies. xl. et plus. quod super est de claro e conuenies et bonum huic ablutioni. abluant oculi sepe ex aqua calida decoctionis fumi terre et polipodij. Intra oculum ponat coliriu nostru albu et coliriuz de cerusa multoties dictum.

Capitulum. xlv. de aqua descendente in oculum et de panno et vocatur catarracta post confirmationem.

Qua descedens in oculu hz duas species: qdaz est incipiens non cofirmata: et qdam est confirmata et non incipiens. Et est alia que videtur similis aque descendenti in oculo et est pus grossuz generatuz in tunicis oculoz et dicit alchamuati. Est et alia preter istas que appellatur pannus durus grossus. Est quedaz alia que fit pter opilationem nerui optici in q substantia oculi et color eius non variat neqz mutat: et appellat gutta serena. Fiunt omnes isti modo passionis ex materia flegmatica vel melacolia descendente a cerebro ad oculos inter vueaz et araneam telam: et aliquado inter vueam et cornea ex aqua materia generatur: et fit pannus: et aliqn couertitur in saniez fit etiam aqua descendes vitio stomachi.

Signa aque descendentis no cronice sed incipientis sunt qp an oculos videt volare aliquid in modum muscarum cimicum et festucarum: et si aliquando aleuiatur et aliquando aggreuat scias qp puenit a stomacho. Si vero no aleuiatur plus in vno tempore qz in alio et sit passio in duobus oculis tunc non est a stomacho sed a cerebro. Sed si i vno oculo passio fuerit: et aleuiat semper tunc no est a stomacho. Et si pupillaz est turbata quasi sit in ea fumus vel nebula tunc non est a stomacho.

Signa cronice confirmate et que appellat pannus sunt qp phibet visum: et videtur pupilla cum aspicitur opilata: et videtur qp aliquid rei extranee in modum panni vel tele habens extraneuz colorem a cornea et vuea fit in pupilla: et sunt modi istius plures: quedam est clara et quedaz nigra et queda que non mouet cu premit palpebra cum pollice fricando super pupillam. Signa eius que est in modum pueris sunt qp quando medicus comouet caput infirmi commotione forti vide manifeste pus ad inferiora descendere. Similiter cu expitur cu acu de eleuatione panni vel aq cronice et indurate melius descendit cum eleuat in inferiora: pus vero non eleuatur pter spissitudinem sua absqz conglutinatione substantie puris et h est differentia manifeste inter pannum et pus.

Signa serene sunt dolor frontis et oculoz qui antecessit egritudinez: et qp in substantia oculi no apparet aliqua malitia: imo oculi clari valde videtur absqz aliqua malitia: et h quia infirmitas non est in oculo sz in neruo veniente a cerebro ad oculum qui appellatur neruus opticus.

Cura aque descendentis ad oculum no cronice est vt purgetur cum pillulis cochijs aut fetidis seu cum pigra: et h fiat sepe. Abstineat omnino tempore sue curationis a vino: et comedat carnes vt plurimuz assatas et bibat aqua mellis. Condiantus cibaria sua cu puluere qui sic fit. R. piperis longi. ℥. s. cinamomi. ℥. j. s. cardamomi. ℨ. iij. croci. ℨ. s. comedat femiculuz et seme eius. Ponat omni die i oculis fel caprinum vel fel vulturis aut aquile: vel colirium nostrum rubeum vel coliru de fellibus qd sic fit. R. fel capre: gruis aquile vulturis aut omnia aut aliqua existis et misceant in scutella vitreata cum ℥. j. thutie et ℥. s. armoniaci et ℥. ij. flor eris et ℨ. j. salis rubei et ℥. s. spume maris q omnia terratur et cribelata sint in qua commixtione addantur succi celidonie rute feniculi an. ℥. iiij. vini albi. lb. j. distillet h totu p alembicu vel dimittat h totu ad solem p dies. xl. postea colet et iteruz ponatur in vase vitreo ad solem p dies quatuor: et reseruet Si aut non ponat vinuz exiccat h totum ad sole et fit puluis ex omnibus q terit super marmore i fine. xl. dierum quater et cribeletur quater et ponatur in loco. hic puluis delet pannum mirabiliter

Cura cronice talis erit ex parte medicinaruz vt dictum est. Nigra aut et illa q non mouetur et que intendit cum premit. Et eius aggregatio no est facilis: et est illa que saniem vel pus vocamus: curatur cu acu vel instrumento. Sunt quoqz que dam que curationem cu acu non recipiut: videlicet gipsea viridis et nigra et plumbea vehementis nigredinis et citrina.

Illa vero que e clara sola et dilatat cu premis eam police tuo: deinde redit et aggregatur. post mundificationes factas curatur cu instrumento h modo. ponas infirmum sedendo in loco claro: vt sol euz no videat: et facias caput eius inclinare sup sinciput ad posteriora in manib cuiusda astatis: et tu sis preparatus cu acu ferrea rotunda bene tersa subtili valde q melior est qz argentea tenendo acum cum pulpis digitorum indicis et pollicis man dextre si vis operari in oculo sinistro: et econuerso in dextro. et tunc in primas acu eleuando palpebraruz superiorez in medio coniunctiue vsqz ad palpebrarum et plus: et tunc reuolue acuz circulariter et superius et inferius: et cuz sic feceris deprime cu acu panu ad inferiora: et ipsuz ibi dimitte et extrahe acu suauiter: et pone sup oculum albumen oui mixtum cum aq ro. et camphora et sic dimitte vsqz ad aliaz diez: et facias sic vsqz ad tres dies: postea pone super oculum succum solatri: et intra oculum ponatur colirium album de cerusa. Si aut pannus huic opationi no fuerit obedies nunqz curabitur per instrumentuz neqz per medicinam. Post vsum vero medicinarum si fiant cauteria sm rugationem in fronte cuz ferro ignito et incidente et pfundentur illa cauteria vsqz ad os valde vtilia inuenientur plus alijs rebus: aut cauterium in verticem capitis vbi terminatur digitus palme medius quando radix palme illius q patit ponit super radice nasi. Scias qp huiusmodi medicatio non adiscit nisi per vsum et visuz: p doctrinam vero minime. omnes tales sint contenti in potu aque mellis vsqz ad horam firmationis et curationis: nullomodo bibat vinum.

Cura serena curationem non recipit nisi per mundificationem. Coliriu quod valet ad aquam cronicam descendentem et non cronicam: et ad panum et ad guttam serenam si aliquod colirium valere potest: sic fit. R. fellis gruis fellis lucij: fellis yrci: fellis ancipitris: fellis aquile: fellis perdicis an. ℨ. ij. eufor bij coloquintide serapini an. ℨ. j. terantur et cribelent et incorporentur omnia simul cum succo feniculi et fiant trocisci. Si aut coliriuz facere volueris: ponas cu supradictis. lb. j. vini albi et. lb. j. succi fenugreci et distilletur per alembicum vel dimittatur ad solez per dies. xl. et postea coletur et dimittat clarescere: et seruet vsui ad po-

nendum in oculo.

Si vero h egritudo a stomacho puenerit: curatur solum cū erbibitione orimellis squilitici vl' compositi cum recipit de eo omni mane. ʒ.j. vel. ʒ.j.s. cuȝ. ʒ.iij. vel. iiij. aque decocotionis feniculi ⁊ isopi ⁊ cum erbibitione pillularum fetidarum vel cochiarum de octauum in octauū diem ⁊ cum dieta sicca ⁊ potu aque mellis.

Capitulum. xlvj. de debilitate pupille ⁊ luminis et vocat alintisar.

Aspersio luminis vel destructio fit ppter dilatationem pupille: ⁊ dilatatio pupille fit aut ex humiditate aut ex siccitate: ⁊ fit a percussione ⁊ etiam post dolorem capitis ⁊ frontis vehementem. Et intelligas per pupillam foramen vuee tunice quod aliquādo ita dilatat' q pertingit vsq p totā nigredineȝ oculi vsq ad albedinem.

Signa dilatationis pupille ex humiditate sunt q ipsa pupilla videtur dilatata: ⁊ q humiditates fiunt per nares oculos ⁊ pallatum: ⁊ signa humiditatis omnia in capite oculis ⁊ facie apparent: ⁊ etiam: q: fit subito quasi ⁊ non paulatim.

Signa eius que a siccitate fit sunt arefactio oculorum ⁊ frontis ⁊ q humiditate nō apparent neq fluunt ab oculis neq naribus aut pallato: ⁊ q paulatim fit ⁊ nō subito.

Signa eius que fit a percussione aut post dolorem: manifesta sunt ex ipsa re ⁊ per infirmitatē antecedentem ex narratione infirmi.

Cura eius que fit propter dolorem capitis cum dilatata fuerit nō amplius fieri potest: ⁊ remanet incurabilis: in principio vero ⁊ cum nunduȝ perfecte fuerit dilatata pupilla curatur ponendo super oculum lentes excorticatas pistatas ⁊ mirtas cum bolo armeno et puluere mirtilorum ⁊ aqua ro. ⁊ vino de granatꝭ ⁊ succo berberis ⁊ incidantur cum h si possibile ē artarie ⁊ vene que sunt circa oculos ⁊ in fronte. Aliud ad ideȝ. ℞. succi solatri ⁊ semperuiue ⁊ plātaginis ⁊ misceantur: ⁊ petie munde infundantur in eis ⁊ ponantur sepe super oculos die ac nocte. Ad idem infundantur petie in aq ro. in qua dissoluta sit thucia ⁊ ponantur sup oculum: sup frontem vero ponat' emplastrum quod sic fit. ℞. masticis: thuris draganti añ. ʒ.s. pulurizentur ⁊ incorporentur cū albumine oui: ⁊ si hora doloris aut hora inceptionis dilatationis fieret cauteriuȝ in anteriori parte capitis in sincipite ⁊ pfundaretur vsq ad os ⁊ specialiter post purgationem cū pillulis ⁊ yeris conuenientibus ad dolorem capitis esset multum vtile ⁊ bonum. de quibus purgationibus pillulis ⁊ yeris. c. de dolore caiptis multuȝ diximus: ⁊ regatur cum dieta ⁊ potu vt diximus illic.

Cura eius que ab humiditate fit: est vt statiȝ purget' caput cuȝ pillulis cochijs ⁊ pigra: aut cū medicamine deturbit ⁊ post purgationē fiat cauterium loco dicto superius pfundatū vt diximus Regat' cum dieta ⁊ potu vt dictū est in dolore capitis vitio humiditatis cum frigiditate ponatur in oculo coliria de fellibus aut ponantur in oculo coliria alba q supius diximus.

Que autem fit propter siccitatem curatur cum succo solatri ⁊ succo semperuiue quando ponitur super oculum mirta cum albumine oui ⁊ regatur cum dieta ⁊ potu dictis. c. de melācolia que fit ex melancolia naturali corrupta.

Que aūt aduenit ppter percussioneȝ non est multum timenda: q: multotiens per se curatur. I fiat statiȝ in principio flebotomia de vena cephalica manus contrarie ⁊ super oculum ponatur albumen oui mirtum cum aqua rosa. ⁊ succo solatri aut semperuiue: ⁊ fiat emplastrum cum lentibus excorticatis ⁊ fabis tritis ⁊ mirtis cuȝ aqua foliorum salicis: ⁊ intra oculum ponat' colirium de cerusa dictum in obtalmia calida. Regatur in principio cum dieta ⁊ potu vt dictum est. c. de obtalmia calida ⁊ de macula ex pcussone.

Capituluȝ. xlvij. de his qui post occasum solis nihil vident nec in die. ⁊ dicitur hec egritudo noctilopa.

Fit autem ista infirmitas in qua homo non videt aliquid post occasum solis: aut propter infirmitatem antecedentem: aut vitio stomachi. aut ex materia grossa que in oculis existit ⁊ turbatio spiritus visibilis fit ex humiditate que in ipsis oculis reperit'. Infirmitas vō in qua hō nō videt in die ē subtilitas spirituuȝ ⁊ eoꝝ claritas ⁊ paucitas cum raritate substantie oculi ⁊ tunicaruȝ eius: ⁊ propter hoc in tenebris ⁊ obscuro melius ⁊ subtilius vident.

Signa eius qui non videt post occasum solis sunt ipa narratio infirmi: ⁊ nigredo vel turbatio oculorum ⁊ multiplicatio superfluitatum currentium ad oculos ⁊ eorum magnitudo. Eius vero q in die non videt est claritas ⁊ subtilitas tunicarū oculi ⁊ etiam narratio patientis.

Cura eius qui non videt post occasum solis est vt primo purgetur cum pillulis cochijs et pigra: postea vero flebotomia de vena cephalica. Regatur cum dieta calida et sicca videlicet cum carnibus assatis ⁊ auibus siluestribus ⁊ vino albo limphato. Ante prandium et post digōneȝ sumat. ʒ.ij. vel. iij. boni vini veterꝭ acuti. Intra oculū ponat' liquor epatis ircini aut caprini preparati cū pipe longo h modo. Fiāt scissiones multe cū cultello in substantia epatis: ⁊ impleatur quelibet scisio cū puluere piperis longi. h facto ponatur in testula ⁊ coquatur in furno ita q non exiccet' aut in veru quod non est sic bonuȝ ⁊ tunc remoueat' ab igne ⁊ accipat' piper lōgū ibidem coctum: ⁊ terat' vltima tritione et addat' aliquid musci cū eo. vltimo aspergat' ⁊ incorporetur cū liquore quod ex epate extrahit'. tunc exiccetur ⁊ iterum terat': ⁊ cribelet' cum petia ⁊ reseruetur vsui. Aliud ad idem. ℞. fel caprinum ⁊ misceatur cuȝ melle in cazola vel in vno vase vitri sup ignē ⁊ cum stillo ponatur in oculum: vel ponant' coliria de fellibus dicta in. c. de aqua descendente: aut. c. de panno Aliud ad idem valde bonuȝ. ℞. succi rute succi celidonie añ. ʒ.ij. cum quibus misceatur. ʒ.j. mellis ⁊ vnum fel caprinum ⁊ dissoluantur ⁊ misceantur omnia ista in vase vitreo ad solem: post dissolutionem coletur ⁊ intra oculum cum stillo ponatur. debet stare ad solem per mēsem ad minus.

Si aūt h egritudo vitio stomachi contingerit curet' eodem modo: ⁊ specialiter cū mundificatione preambula ex pillulis fetidis ⁊ stomaticis alkidi ⁊ yeris ⁊ cū pillulis cochijs ⁊ cū remedijs localibus dictis ⁊ dieta sicca narrata supius.

Si vero ppt' egritudinem antecedentē euenerit nūq curabit' nisi p curā infirmitatꝭ antecedētis per illam viam.

Cura illius q in die videre nō potest est vt regatur cū dieta in pinguatiua generatiua sanguinis grossi ⁊ spissi: vt sunt extrema porcelloꝝ ⁊ animalium agnoꝝ ⁊ arietū: ⁊ bibat vinū rubeū non dulce limphatū. Sepe ponat itra oculos aquāro. mirtā cū succo solatri ⁊ guma arabica ⁊ dragan-

cis ⁊ psilio. nã ista inspissant spiritū clarū ⁊ tunicas raras: ⁊ oculū red dūt robustū ⁊ rigidū. apperire oculos tales in isto casu sepe in aq̃ veri frigoris ꝯfert ⁊ est valde vtile.

Capl'z. xlviij. de pediculis q in palpebr ⁊ super ciliis fiunt.

Pediculi generant in locis istis ex materia putrefacta contenta ⁊ deriuata illic: ⁊ est egritudo transiens de vno ad aliū ꝑ ꝯuersationem cum habente ⁊ est q̃dam species pediculorum contenta in locis predictis ⁊ generata ex eadē materia ⁊ transiens de vno ad alium ⁊ appellatur piatoni: ⁊ isti multum inserũtur in locis vbi sunt ⁊ generant.

Signa sunt pruritus ⁊ ardor in locis ⁊ rubedo cum eminentiis pustulosis paruis: ⁊ ꝙ patiens a fricatione loci ⁊ scalpellatione abstinere non potest.

Cura est vt purget caput cū pillulis cochiis ⁊ pigra: ⁊ cū decoctionibus dictis. c. de melancolia. Ungantur ⁊ fricent loca cū aqua decoctionis sulfuris ⁊ aluminis zucharini ⁊ fumi terre ⁊ staphisagrie: nã staphisagria destruit tales pediculos non solum in hoīe ſ etiam in auibus ⁊ aīalibus. Abluere etiam loca ista cum aqua decoctionis sulfuris ⁊ salis ⁊ absinthii ē vtile. Ungentū bonū ad h̄ sic fit. ℞. axūgie liquefacte ⁊ colate. ℥. iiij. sulfuris argētiuiui aã. ℥. s. misceant ⁊ tangant loca cū illo. Aliud ad idē. ℞. staphisagrie. ℥. s. argēti viui. ℥. s. misceant ⁊ incorporent cum. ℥. ij. butiri ⁊ de illo loca pediculosa ⁊ piatonosa vngant: ⁊ videbis mirabile. Bona dieta nutriat pro posse: ⁊ bibat vinum optimū bene limphatum.

Capitulum. xlix. de fistula lachrymali oculi ⁊ ordeolo.

Fistula lachrymalis appellat a medicis garab: ⁊ ē cū angulus lachrymalis resudat: ⁊ ēt cū ꝓmit sanies vel virus ab eo egredit tūc fistulã pati dicim⁹: ⁊ aliq̄n appar eminētia in loco extrinseco q multotiēs aperit: ⁊ cū ꝓmit reddit sanies ad lachrymale: ⁊ tūc vere dr̄ fistula: ⁊ aliq̄n nō aperit ſ expirat ꝑ cōpressionē ad lachrymale. Ordeolū ē apa oblōgū in modū grani ordei vel panici seu milii nascens in extremitate palpebre.

Fit aūt fistula ex materia humida vel melācolica descēdente ad locū lachrymalis.

Ordeolū vo semꝑ fit ex materia sanguinea vel ex sanguine colerico.

Signa fistule sunt humiditas currēs cū expssione a lachrymali: ⁊ rubedo ⁊ largitas lachrymal: ⁊ eminētia apparēs aliquādo in parte exteriori ⁊ fetor loci cū tangitur.

Cura fistule ptinet ad cyrugiã: de q̃ in li. nostro fecim⁹ mētiōe: ſ nihil meli⁹ in hac cura q̃ cauteriū punctale: ⁊ cū h̄ abstinere a salsis: acutis ⁊ melācolicis ⁊ a flegmatic ⁊ a vino forti acuto nimis. Medicamen bonū sic fit. ℞. aloes: thuris: sarcocolle sanguis draconis balaustie anthimonii: aluminis zucharini aã. ℥. j floris eris. ℥. ij. terant subtilissime ⁊ fiat sief cū vino vel succo rute ⁊ ꝯseruet vsq ad tps necessitat h̄ aūt medicamē in aqua dissoluit ⁊ illa aqua stillãdo ponit in fistulã aūt in lachrymali postq̃ sanies ex loco tota expressa fuerit: ⁊ tūc locat ad iacēdū i firm⁹ sup lat⁹ sanū ⁊ sic dimittit ꝑ horas tres. ⁊ sic ꝯtinuãdo ꝑ ebdomadã vel per lōgum tps donec sanies tota exiccata fuerit ꝑfecte. Aliud ad idē ℞. olei veteris vini veteris boni ⁊ electi aã. lt'. ij. ⁊. s. litargiri puluerizati ⁊ cribelati. lt'. j. coquantur illa simul in cazola ad ignē ꝑ diem integrã donec nigr ⁊ relucēs fiat: deīn de eo fiat tente q̃ ponant in fistulã de ꝓprietate oēm eradicãt fistulã ⁊ exiccãt. Aliud qd ē valde vtile in hoc casu cū sanies erit a lachrymali ⁊ nō ē ibi vuln⁹ ab extrinseco: ē ponere puluerē citrinū q sic fit in lachrymali ℞. ziniar. ℥. iij. vitreoli de quo fit enacustr adusti. ℥. vj. arsenici rubei: baurac: ⁊ spume mar aã. ℥. j. salis armoniaci. ℥. s. armoniaci. ℥. ij. armonia cū dissoluat in succo rute ⁊ incorporentur species cū illo succo ⁊ fiãt trocisci ⁊ exiccētur. ⁊ cū necesse fuerit terãtur sup marmorē vt alcohol ⁊ ponat in lachrymali. Aliud qd ꝓbauimus in lachrymali. dissoluat thucia ꝯtrita ad marmorē vltima ꝯtritione cum colirio nostro albo: ⁊ post dissolutionē colet cū pecia ⁊ reponat. de h̄ liquore ponat omni die bis in lachrymali ⁊ iaceat sup lat⁹ sanū finaliter exiccat fistulã istã specialiter cū nō erit sanies nisi ex lachrymali: ⁊ ꝙ in radice nasi nō ē perforatio. Purgare sepe caput patientis cū pillulis cochiis vel pigra aut medicamine deturbit valde ē vtile ⁊ bonū. Si vrat angulus oculi infistulatus omni mane vsq ad dies. xxx. vel. xl. ⁊ sero cū vadit dormitū silr cū oleo rosato feruēti si fistula fuerit nō aperta vel fuerit aperta ⁊ mūdificata a carne ⁊ osse corruptis sanabit. ⁊ spãliter si cum vadit dormitū ponat emplastr sup oculū qd sic fit. ℞. mumie: boli armeni aloes: tucie masticis aã. fiat ex oīb⁹ puluis ⁊ incorporet in modū emplastri cū vino rubeo stiptico.

Cura ordeoli ē vt fiat flebotomia de cephalica vel vētosatio in spatulis ⁊ abstineat a vino puro: ⁊ emplastret ordeolū in ꝑncipio cū licio ⁊ aloe seu cum succo acetose ⁊ aloe. postea ponat cera noua calida die ⁊ nocte sup ipsum vel laudanū ⁊ curabitur die q̃rto vel circa illud. primū remediū mitigat dolorē. ſm ordeolū resoluit. Aliud ad idē pone micas panis in aqua tã diu ꝙ fiat i modū masse ⁊ desup pone vel iunge ipz cū butiro: ⁊ sepe abluat cum aqua calida.

Capitulum. l. de his que extrinsecus cadūt in oculis.

Quando puluis seu festuca aut vermis vl' aliqd aliud simile istis cadit in oculis: statī ne incarnet vel inuiscet in tunica oculi vel in interiori parte palpebre eidē subueniat: nã propter dolorē aut fricatōe partiū oculi posset oculus apari ⁊ in malã egritudinē ex illa cã cōuerti aut mutari.

Cura ei⁹ talis fit: inoluat stillus de argēto aut auro vel de ligno in pice aut resina ⁊ fricet pix aut resina q̃ ē i sūmitate illa ꝑ oculū ⁊ sup rē q̃ oculū itrauit. nã adheret res pici aut rasine: ⁊ sic potest leuiter ⁊ absq difficultate abstrahi ⁊ remoueri.

Capl'm. lj. de his q ex nimia niuis albedine videre non possunt.

Qui icurrūt ifirmitatē sic hñtes oculos varios ⁊ albos ꝓprie: ⁊ qui sum habēt debilē.

Cura illi⁹ euētus ⁊ timor ē vt hō q timet d h̄ iduat vestib⁹ nigris ⁊ ferat i capite ⁊ manib⁹ suis res nigras ⁊ virides: q: iste duo colores faciūt ad ꝯgregatōe luminis visibilis ⁊ ēt spūs. Ligare ēt sup oculos zindalū nigr vel viride ē vtile valde sero cū vadit dormitū. Embrocare oculos cū succo solatri vel sempuiue ē valde vtile ⁊ ꝯueniēs.

Capl'm. lij. d ardore ⁊ dolore q in oculo accidūt ex vehemētia frigoris ⁊ vēti.

Multi propter frigus & ventuz incurrunt ardorē & dolorē oculoꝝ & ardor & dolor pparāt oculum ad obtalmiā & ruborē ex qbus infirmitatib⁹ oculus posset icurrere defectū visus aut debilitatē. In cura illi⁹ tria reqrūt. Primo vt pcedat cū defensiuo ꝯ ventū & frig⁹. ij. vt curent ardor & dolor postq̄ aduenerint. iij. vt pcedat ꝯ ruborem si ex istis euenerit. Defensiuum frigoris & vēti ē oīs cobopertura pannoꝝ calefaciēs faciē & oculos tēperate & defendēs eos a vēto cuiuscūq̄ generis & figure fuerit. Uinū bibere stō ieiuno & comedere zinziber & gariofilos & nucesmus. hora itineris vēti & frigoris: & spālr si fuerit bonū vinū ē optimū defensiuū etiā.

Ea vero q̄ remouent dolorē & ardorē ab ocul' postq̄ aduenerint. sunt ablutōes q̄ fiūt cū aqua decoctionis camomille mellilotí & herbe fenugreci: rosaꝝ: aneti & radicū maluauisci & abstinētia a vino forti. Similiter & emplastratio ex istis rebus sero cū vadit dormitū: cū qbus farina ordei & fenugreci ponenda erit: aut ablutōes q̄ fiunt cuz aliq̄ illarū reꝝ vt plurimū ēt ꝯferunt. Si aūt ardor post ista euenerit abstineat a vino & bibat aquā mellis: & fiat flebotomia vel vētosatio in spatulis & collo. Purget ēt cū pillulis cochijs aut pigra: & finaliter purget vt dictū ē. c. de rubedine oculoꝝ & c. de obtalmia calida. Panis īfusus ī aqua fri. si ponatur sup oculū sero cū vadit dormitū postquam malaxatus fuerit cū manu in modū paste erit vtile valde.

Capl'm. liij. de strabositate.

Strabositas ē egritudo q̄ accidit ppter nocumētū ꝯtigēs ī neruis & lacert' mouētib⁹ oculū ex diuersis cāis facietib⁹ oculū dcliā ad diuersas ptes: ptē. s. dextrā aut sinistrā supiorē seu īferiorē. Cā strabo. pncipaliter in pueris ē humiditas ībibēs neruos & lacertos mouētes oculos veniētes a cerebro. fit ēt a siccitate eueniente eisdē vt in febribus acutis fit aliquando in appoplesia: spasmo & epilensia & h subito cum sint species spasmi ex repletione.

Signa strabositatis veniētis ex humiditate sunt q fit subito: & corpus totum humidum videtur: & q per nares & oculos & pallatum fluunt humiditates continue & multe & si cum h fuerit strictura vētris cici⁹ fiet: & cū h significatōes erunt veriores. Eius vero que fit a siccitate sunt signa q: subito nō fit ꝫ paulatiz & fit vt plurimū post egritudinem longam. Iteꝝ si strabositas est ad superiora vel inferiora videbitur strabo q videat res duas cū vnam videbit. Sed si strabositas fuerit ad dextram aut sinistraz h non continget.

Signa eius q̄ fit cū epilēsia appoplesia & spasmo: determinata sunt ex re ipsa & p antecessioneꝫ illaꝝ infirmitatum.

Cura strabositat' que fit post egritudinem acutam: aut ī egritudine acuta est signū mortis & nō curatur nisi per curam ipsius egritudinis.

Cura strabositatis q̄ fit ab humiditate si fiat in infante nō curat neq̄ sanatur nisi in ipsa infantia In infante. n. oꝫ vt laboret medic⁹ vel custos pueri vt faciat pueꝝ ipsuꝫ aspicere ad rē vnam. s. candelā vel speculum positum in contrarium partis strabositatis: aut ponat rē rubeam lanam aut filium in cōtrariū strabositatis ad quē inducat infantem ad aspiciēdum cōtinue. aut s̄m plurimū. tota intentio medici & custodis sit in h vt continue & violenter tot⁹ aspect⁹ pueri sit ad cōtrarium strabositatis propter positionē speculi: aut positionē alicuius alterius rei.

Si aūt strabo senex vel iuuenis fuerit: & fuerit strabositas ex humiditate imbibente neruos: curet vt dictum ē in cura spasmi de repletione. & cū h conet ꝯtinue & violenter ad aspectū vnius rei videlicet ad speculū aut ad rē rubeam positam in cōtrario strabositatis siue liget aliquid rubei vel lucidi ad temp⁹ ꝯtrarium strabositati ad q cōtinue aspiciat patiens. ponat intra nasuz strabosi succ⁹ folioꝝ oliue vt cap purget: l' castorcū tritū & mixtū cū vino: q: exiccat humiditatē neruoꝝ oculi p istā viā proprie: & adiuuant ad curā huius infirmitatis venientis ex humiditate a proprietate quam ad h habent.

Si aūt a siccitate cōtingerit humectet corp⁹ si fuerit absq̄ fe. cū comestione lact' & brodio carnium. Ungat pars lesa cū oleo de camomilla & oleo vio. & silibus: vt breuiter dicā: curet vt dictū ē. c. de melācolia ex parte dicte & pot⁹. nā non reqrūtur medicine in h casu nisi sint humectatiue vt electuaria restaurativa & diadragantū & similia. Et sicut regimē qd fit in melācolia facta ex melācolia naturali corrupta: aut regimē & medicine q̄s diximus in spasmo de inanitione.

Capl'm. liiij. de eminentia oculoꝝ vel oculi.

Eminentia oculoruz vel oculi fit aliqn̄ ex vomitu pcedente aut ex conamine vel clamore seu pcussione: aut ex materia currēte ad neruos oculoꝝ & implēte cōcauitatē cranei in quo oculus locat vel situat. Et cū in loco pprio fuerit impletio aut impedimētū necessario fit oculus eminēs.

Signa q̄n fit pp vomitū aut ex conamine seu clamore manifesta sēt ex ipsa re inferente. Si autem eminentia fuerit ppter cursum a concauitate cranei in qua oculus ē situatus.

Signa contrahuntur ex priuatione causaꝝ narrataꝝ: & a dolorē qui continue in pncipio eminentie existit.

Cura eminētie siue fuerit a vomitu: aut a clamore vl' pcussione seu ex cursu materie: bonuꝫ est q statim in principio fiat flebotomia de cephalica aut ventosatio in spatulis & sepe purgentur caput & stomachus cum pillulis cochijs vel pigra: aut cum decoctiōibus dictis in obtalmia calida. sup oculū ponatur emplastrum qd sic fit. ℞. aloes: licij: acbatie aā. ℥. s. incorporētur cum succo solatri vel semperuiue aut acetose: & super emplastrum ponatur rotula de lana vel coto & stringatur bn̄ cum binda: vel premantur super emplastrum rotula de colla & stringatur cum binda de super bene & decenter. apparet ex istis v bis manifeste q hora vomitus strictura circa oculos & frontem est vtilis valde ne eminentia aut lesio in oculis ex conamine accidat. Item aliud. ℞. boli armeni masticis: mumie vernicis colle carte aā. ℥. s. incorporentur & misceantur cum albumine oui & poatur super oculuz & stringatur bene cū binda. Iaceat infirmus supinus & abstineat a vomitu & sternutatione pro posse: & faciat gargarisma cum melle rosato & aqua calida. Et teneat in ore zinziber vel aliquid quod flegma remoueat. Parum comedat & raro: & nullomodo bibat vinum sed aquam vel aquam berberis seu aquam decoctionis granatoruz.

Capl'm. lv. de his qui post somnum oculos aperire non possunt. & vocatur h passio gesse.

Quando post dormitionem vel somnuz homo oculos aperire nō pōt: ꝯtingit h̄ pp fumos ⁊ vapores eleuatos a cibo nō rectificato in stō ascēdentes cerebꝝ: ⁊ illic ex frigiditate cerebri in humiditatē actualē ꝯuertuntur: ⁊ postea hora somni descendendo p neruos ⁊ specialr qñ somnus fit super repletionem immediate currūt illi humores ad palpebras ⁊ lacertos mouētes ipas ⁊ oculos. Uñ pp h̄ post somnū qdā oculos aperire non possunt.

Signa isti⁹ egritudinis ꝯtrahunt ex narratiōe infirmi: ⁊ ex ipsa re apparente ẜm sensum.

Cura purget cum pigra aut cum pillulis cochijs seu fetidis: ⁊ fiat ante comestionē ⁊ post gargarisma cū aqua decoctionis zinziberis aut piretri ⁊ oximelle squilitico aut oximelle cōposito. Embrocent oculi cuz vadit dormitum cum aqua decoctiōis rosaꝝ melliloti ⁊ floris camomille. Ouū mixtum cuz oleo ro. ⁊ adipe galline resoluta ⁊ conq̄ssata sil' ⁊ colata palpebris in hora dormiendi superponat. Emplastratio facta ex rosis mirtis cuz oleo ro. super oculos hora dormiendi confert ablutio aque calide decoctionis rosarum ⁊ lentium: multum operatur ⁊ est bonum.

Caplm. lvi. de dolore auris.

Dolor auris fit qñq3 a repletione ⁊ multitudine sanguinis tēdente neruos auris absq3 apate. Et fit ab effusione materie acute mordicatiue absq3 apate. Et quādoq3 fit ab apate calido aut fri. intra aurē. Et fit a frigore ⁊ vento venientibus ab extrinseco: fit etiam ex ventositate grossa ibi inclusa. fit etiam a percussione ⁊ casu. ⁊ fit aliquādo ab humiditate absq3 sanie: ⁊ cum h̄ egreditur sanguis aliquando absq3 percussione ⁊ vlcere.

Signa doloris ex repletione ⁊ multitudine sanguinis absq3 apate sunt rubedo facici ⁊ grauitas capitis ⁊ frontis ⁊ maxime cum infirmus vuoluit se super faciē suā ⁊ pulsatio vehemens ⁊ inflatio venaruz tempoꝝ ⁊ frontis ⁊ sensus saporis rei dulcis absq3 eius pñsentia in lingua.

Signa ei⁹ q̄ fit a maťia acuta sᷓ dolor acut⁹ cuz mordicatōe ⁊ citrinitate facici ⁊ loci: ⁊ cū amaritudine lingue ⁊ vomitu colerico.

Signa eius q̄ fit ab apate calido vel fri. variantur ẜz naturā apatis. nam si apa fuerit calidū erit ibi dolor acut⁹ aut pulsatiuus: ⁊ fe. acuta: ⁊ sitis ⁊ vigilie. Si aūt materia frigida fuerit ⁊ ibi fe. lenta ⁊ occulta: ⁊ dolor cum grauedine aut fractione ⁊ pōderositate: ⁊ imaginatio mala ⁊ corrupta.

Signa ei⁹ q a vēto ꝓcedit: sūt frig. sēsibil' in loco: ⁊ ꝙ hō sustinuit fri. ⁊ vētū ⁊ post illud immediate absq3 febre habuit dolorē.

Signa ei⁹ q̄ fit ex vētositate grossa sunt tensio vehemens ⁊ multitudo sonit⁹ ⁊ motionis intra aurē cū capitis leuitate.

Signa eius que fit a percussione ⁊ casu sunt manifesta propter narrationem infirmi ⁊ astantium.

Signa ei⁹ q̄ fit ab humiditate aut ex cursu sanguinis absq3 sanie a loco sunt ꝙ egredit humidū liqdum vel sanguis absq3 febre ⁊ ē ibi grauedo cū ponderositate.

Cura eius q̄ fit ex repletōe aut ex multitudine sanguinis ē vt fiat flebotomia de vena cephalica manu aut ī brachio: aut vētosatio in spatulis ⁊ collo. Bibat aquam vel aquā mellis vel aquā berberis vel aquā granatoꝝ. Comedat cucurbitas portulacas ⁊ farinā ordei ⁊ farri ⁊ auene cōditam cū lacte amigdolaꝝ vsq3 ad cessationem doloris postea comedat carnes pullorū ⁊ gallinaꝝ ⁊ castrati conditas cū agresta. Purgetur cū decoctione tamarindoꝝ māne ⁊ prunoꝝ dicta in obtalmia calida. Intra aurē ⁊ supra ponat oleum ro. tepidū mixtum cū aceto ⁊ semine iusqami. Emplastꝝ cōueniens ad h̄. ℞. floꝝ camomille se. aneti farine fenugreci ⁊ se. lini an̄. buliant illa in aqua vsq3 ad spissitudiuem: ⁊ in fine addant. ʒ. ij. vel. iij. olei de aneto vel de camomilla. Circa aurē ponat oleū d aneto calidū in quo sint granū vnū opij ⁊ duo iusqami. Si autem dolor fuerit ex materia acuta purget cum aqua decoctionis prunoꝝ māne ⁊ tamarindoꝝ ⁊ similium: aut cum decoctione reubarbari: ⁊ fiat etiā subtractio sanguinis ex parte ꝯria. ponat oleū ro. vel oleū de aneto calidꝫ in ipsa ita ꝙ impleat: cum dieta ⁊ alijs rebus. fiat vt dictum ē supra. fiant sepe clisteria lenia i illo ⁊ i supiori q: valde vtilia sūt i casu illo.

Cias q bolism⁹ ē fames magna ⁊ ei⁹ intēsio ē fames q̄ accidit ex sacietate stomachi: ⁊ membra in illo sunt famelica valde ⁊ indigētia nutrimento: sz tn̄ stomachus respuit oēm cibū ⁊ vene sūt inanite: ⁊ ,puenit ex hac causa sincopis multotiēs: ⁊ ɔtingit ī illa egritudine aliqñ q appetit⁹ canin⁹ vl' voluntas magna comedēdi antecedit eā ⁊ aliqñ non. Unde siue antecedat siue nō egritudo h ē principalit̄ fames mēbroz ⁊ pauptas nutrimēti ,pueniēs ex inanitiōe venaz cum destructiōe appetitus stōi et attractiōe. Fit aūt ex frigiditate aeris accidēte in itineribus q̄ mordicat omnem virtutē stōi ⁊ exprimit materiaz venaz ⁊ mēbroz ad stōm ⁊ replet ipsum p viā istaz inducit inanitionē ⁊ exiccationē ⁊ paup̄tatem in mēbris. vnde mēbra remanēt famelica ⁊ stomach⁹ fit repletus ⁊ destruit̄ appetitus cū attractiōe in ipo. Fit ēt ex caliditate dissoluent̄ materiā mēbroz ⁊ venaz vt accidit in febricitātib⁹ ⁊ laborantibus. vn̄ cū humores dissoluant̄ p mēbra currūt ad stōz ⁊ replent ipsuz ⁊ destruūt attractionē ⁊ appetitū ī stomacho: ⁊ talis destructio appetit⁹ ⁊ attractionis cum fuerit in stō cuz paup̄tate mēbroz ⁊ inanitione venaz appellat̄ bolismis siue fames magna mēbroz. Et quāuis istā famē antecedat aliqñ .s. in pricipio appetit⁹ canin⁹ stōi: tn̄ finalit̄ destruitur ille appetit⁹ stōi ex materia currēte ⁊ replente ipsum stōm ⁊ fames mēbroz cū inanitione remanet: ⁊ tūc vere appellat̄ bolism⁹. vn̄ bolism⁹ vere est fames mēbroz cuz destructiōe appetit⁹ in stō ⁊ attractiōis. Et p h az differētia manifesta inter appetituz bolismū ⁊ caninū: nā ī appetitu canino vt⁹ apetitiua ⁊ attractiua stomachi remanet ī sua natura. In bolismo aūt ille ambe v̄tutes d̄struūt̄ ⁊ mortificant̄ finalit̄: ⁊ fames mēbroz remanet cū inanitione venaz.

Signa bolismi cōmunia sunt antecessio frigiditatis aeris ⁊ specialiter cuz aliqs ī itinere vl' alibi magnaz in corpore toto sustinuerit frigiditatez ⁊ q post istud habuit appetitū comedendi ⁊ euz in breui amisit: ⁊ exiccatio mēbroz ⁊ debilitas ⁊ sincopis aliqñ: ⁊ lassatio ⁊ arefactio ,ppt̄ laborez hora vl' tpe calido: aut arefactio mēbroz pp dissolutionē ⁊ exiccationez vt ī fe. magni ⁊ lōgi laboris ⁊ ēt sacietas ⁊ destructio attractiōis cū arefactiōe mēbroz ⁊ eoz exiccatione ⁊ destructiōe appetit⁹ finalit̄. Si aūt bolismus ɔtingat ex frigiditate aeris ⁊ materia in ore stōi frigida fuerit: talia signa apparebūt. s. fastidium sacietas vomit⁹ flegmatic⁹ et viscosus: ⁊ eructuatio ei⁹ acetosa vel insipida erit ⁊ saliua trahet ad insipiditatē aut ad acetositatē: ⁊ cū h frig⁹ fuerit ī stō ⁊ oībus mēbris: ⁊ color corpis tot⁹ pallidus aut terre⁹ videt̄: ⁊ ēt vrina ad albedinē ⁊ palliditatē trahet. Et pulsus ei⁹ erit debilis paruus ⁊ freques: ⁊ ei⁹ egestio videt̄ mollis viscosa alba ⁊ aliqñ dura: eo q nihil comedit: ⁊ p h exiccat̄ multotiēs. Si aūt bolism⁹ pp dissolutōez ⁊ laborē hora vl' tpe calido euenerit: ⁊ fuerit in ore stōi vel spatiositate eius colera: aut humor de genere calido: talia signa apparebūt. s. q habebit amaritudinē oris ⁊ ardorē cū exiccatiōe lingue ⁊ ei⁹ aspitate: et sentit caliditatē in stō ⁊ oībus mēbris: ⁊ ei⁹ saliua erit amara aut amara cuz acetositate: ⁊ vrina eius erit subtilis cū citrinitate ⁊ ruffedine: ⁊ pulsus velox spissus ⁊ durus: ⁊ ei⁹ egestio sicca cū citrinitate vel nigredine multotiēs az: ⁊ ei⁹ ruct⁹ famosus calidus sensibilit̄ erit: ⁊ color corporis trahet ad citrinitatē vel nigredinem.

Cura bolismi ex frigiditate exteriori cū p̄sentia materiei frigide ī stō ⁊ ore ei⁹ ē vt sumat oximel sq̄liticum aut cōpositūz bis ī die cū aq̄ decoctiōis cipi aut cū aq̄ decoctiōis galange. Et vngat̄ stomachus ī die ante prandiuz ⁊ cenā cū oleo de mastice ⁊ spica mirtis: ⁊ cū eis ponatur aliqd aceti. semp h calidū cuz vnctio fit. Si aūt in iūcturis ⁊ nodis sentiret aliquā lapitudinez: vngant̄ loca illa cū oleo ro. calido nō fricādo sz tāgendo loca nodoz lenit̄ ⁊ suauiter. Comedat sepe electuariū de musco ambra diatrion pipeon. purgetur p vomitū: aut p inferiora cū pillulis fetidis seu cū decoctiōe facta ex mirobalanis kebulis ⁊ īdis ⁊ emblicis ⁊ h ē melior purgatio: q: mouet materiam ⁊ stōm stipticat ⁊ corugat. ⁊ ex h excitat appetitū. Condiant̄ cibaria cū speciebus odoriferis mixtis cū aceto ⁊ agresta ⁊ vitellis ouoz ⁊ sint assata vt plurimū vel frixa. Bibat vinū purū odoriferum claz in quo sit aliqd stipticitatis ⁊ paruz bibat ⁊ ipsuz absq̄ aq̄ sumat. Balneet̄ sepe in aq̄ decoctiōis absinthij: melliloti ⁊ floris camomille. sumat de tyriaca aliqñ ⁊ specialiter post purgationem cum vino dicto hyeme calido estate frigido.

Cura bolismi pp dissolutionē ⁊ laborez hora et tempore calido cuz p̄sentia materie calide in stō ⁊ ore eius est vt mēbra rorent̄ ⁊ ɔfortent̄ cū aq̄ ro. vel aqua fri. ⁊ vngat̄ stomachus ⁊ totū corp⁹ cuz oleo de mirtis ⁊ oleo ro. mixtis ⁊ iuncture oīum mēbroz: ⁊ sumat sepe vinū de granatis vl' oxizacharam aut agrestā cuz aq̄ fri. estate ⁊ calida hyeme. purget̄ cū mirobalanis citrinis ⁊ emblicis et reubarbaro. nā corrugant os stōi ⁊ purgant coleram: ⁊ remouēt materiā calidā a stō ⁊ ore ei⁹ ⁊ cōfortant appetitū: aut mūdificet̄ cū reubarbaro ⁊ tamarindis dissolutis cuz aq̄ decoctiōis prunoz. Bibat vinū claz odoriferū bene limphatū vl' vinum de granatis cū aq̄ frigida. Comedat carnes elixatas ɔditas cū agresta vel sumac aut berberis: seu cuz agresta aut aceto. Confortent̄ oīa cibaria sua cum specieb⁹ odoriferis ⁊ reb⁹. acetosis dict̄. Utat̄ sepe electuario de musco ⁊ ambra et post illud bibat vinū de granatis aut agrestā mixtā cuz aq̄ frigida. balneet̄ infirm⁹ ī aqua decoctiōis ro-

sarum ⁊ mirtiloꝝ ⁊ endiuie. Et post balneū vnga tur stomachus ⁊ totū corpus cū oleo de mirtis ⁊ oleo ro. mirtis in qbus sit aliqd aceti.

Caplm. cx. de malitia appetitus ⁊ est appetitus comedendi carbones ⁊ lutum ⁊ gipsuz ⁊ silia.

Alis appetitus aut fit impregnāte aut in alijs hoībus viris ⁊ mulierib⁹. Impgnāte semp fit ex materia menstruali redundāte ad os stō vbi appetit⁹ viget: ⁊ illa materia cū fit multi formis ⁊ diuersaꝝ naturaꝝ ⁊ fit grosse masie ⁊ melācolice ſm plurimū diuersimode ⁊ varijs modis inficit ⁊ ꝯturbat locū appetit⁹. In alijs vo viris ⁊ mulierib⁹ accidit cū mēstrua retinenť vel redūdāt ad os stōi ⁊ ad ipsū stōm aut cū epar splē opilanť: ⁊ redundat humor melācolic⁹ ad locū appetitus: aut q: mali et diuersi humores melācolici vel adusti in stō ex malis cibaris generanť: aut q: p caliditatē extraneā humores q sunt ī venis ⁊ extra venas p corruptionē ad materiā melācolicā vł acetosaz acutā ꝯuertunť: ⁊ az in qrtanis ⁊ flegmaticis de flegmate acetoso ⁊ salso: ⁊ illa maťia mala ⁊ diuersa ī colore ⁊ substātia ⁊ sapore ad stōz reddit p aliquā viā vel causaz inficit vel corrumpit locum appetitus ⁊ os stomachi: ⁊ ſm ei⁹ malam naturam ⁊ complexionem.

Signa isti⁹ infirmitatꝫ sup causas cōtrahūť et verificanť ex modo appetēdi diuersa ⁊ ea q̄ sūt male nature vt sūt res fetide ⁊ horribiles: ⁊ q̄ aduersanť nutrimento ꝯuenienti ad corp⁹ humanū: vt sunt carbones gipsuz ⁊ lapides.

Cura appetitus mali corupti impgnante ē vt comedat sepe diacitoniten cū specieb⁹ nō laxatiuū: aut electuarium de cardamomo aut diagalange nostrū ⁊ comedat de carnibus edi ⁊ galinaꝝ pulloꝝ pdicū ⁊ filiū. Et comedat aliquādo d̄ cerebellis edi ⁊ arietis assatis ⁊ elixatis ⁊ euomat qbusdā horis post comestiōnē vomitu leui ⁊ comedat de cepis ⁊ aleo ⁊ sinapi añ vomitū post comestionē aliqd tñ paꝝ ⁊ hora vomit⁹ bibat de aq̄ tepida cū syrupo acetoso ⁊ īducat vomitū p posse leuiter p vt possibile fuerit. Vngatur os stōi ꝯtinue cū oleo de mastice ⁊ oleo de spica mirtis ⁊ addať eis aliqd aceti. bibat vinū odoriferum claꝝ puꝝ: ⁊ aliqñ pp debilitatē capitis ponat aliqd de aq̄: ⁊ maxime si mulier fuerit p naturam debilis capitis.

Cura coruptōis appetit⁹ in mulierib⁹ nō pgnātibus in viris talis. est sumat semp stō ieiuno. ℥. j. s. oximellis squilitici aut oximellis cōpositi cū aq̄ decoctiōis cipi vel cardamomi qd̄ melius ē. Vngatur stomach⁹ ei⁹ ⁊ os stōi ꝯtinue cū oleo de mastice ⁊ oleo de spica mirtꝫ ⁊ addat eis aliquid aceti. fiat vomit⁹ cū oximelle ⁊ aq̄ decoctōis sinapis: se. attriplicis aneti ⁊ cepaꝝ ⁊ radicū raffani acuti vel fortis. Comedat cepas post comestionē ⁊ ante vomitū ⁊ alea ⁊ radices raffani acuti. post vomitū sumat in potu aquā infusionis aloes: et post illud omni mane sumat de electuario qd̄ sic fit. ℞. rosate nouelle. ℥. vj. limature acuū ablute cum vino ⁊ aceto. ℥. s. misceanť: ad modū nucis recipiť in mane ⁊ bibiť aliqd boni vini post illd̄. Aut sumat electuarium de cardamomo vel electuariū de musco aut de ambra. Bibat bonū vinū ⁊ odorifeꝝ clarū ⁊ cibaria delectabilia. s. carnes castrati ⁊ arietis ⁊ edi ⁊ pulloꝝ ⁊ caponū pdicū ⁊ fasianoꝝ. Mitigeť appetitus ⁊ sopiať cū corrosione ossium pullorum columbaꝝ assatoꝝ ⁊ carne salita sicca preparata facta cum ameos ⁊ spodio ⁊ nuce mus. et cardamomo minori ⁊ maiori. h. n. sed ant omnia q̄ diximus Vtať tyriaca bis aut semel in ebdomada stomacho ieiuno cum vino calido.

Caplm. cx. de vehemētia sitis.

Vltitudo sitis ⁊ ei⁹ vehemētia q̄nq3 fit ppter caliditatē stomachi ⁊ pprie oīs eius materia ⁊ absq3 materia: ⁊ fit q̄nq3 caliditas illa cū inflammatione febrium ita ꝙ qdam eoꝝ non cessant bibere: ⁊ nō satiātur donec moriantur in primo. Fit etiaz ex potu vini acuti ⁊ fortissimi et ex potu aquaꝝ calidaꝝ p naturam ⁊ salsarum. Et ista per nimiā sitiz quā indcūt interficiunt multotiens. Et fit ppter exibitionez medicinaꝝ laxatiuaꝝ: ⁊ per medicinas siccas et cibos salitos facientes sitim p naturaz aut ppter paucitatē potus respectu cibi sumpti. Aliquando ꝯtingit ex humorib⁹ viscosis ⁊ piscib⁹ salitꝫ ppe ⁊ humorib⁹ salsis quos natura desiderat expellere abluēdo ⁊ fit p viam indigestionis. vnde cum natura non digerit cibū aut vult dissoluere materiam viscosam ab ore stōi calefit illa materia vel cibus indigestibilis ⁊ calefit cum fumo indigestionis os stomachi ⁊ creat sitim. Et fit ex cōmunitate alterius mēbri: vt in diabete. i. quādo homo cōtinue mingit exiccať epar ⁊ postea stomachus ⁊ sic fit sitis. Et fit ppter opilationē viaꝝ stomachi et epatꝫ vt in ydropisi. Et fit mł'totiēs ppter caliditatē pulmonis ⁊ spiritualiū. Et fit ppter cōmunitatem intestinoꝝ cum calefiunt ⁊ exiccanť attrahunt humiditatē a fundo stomachi et stomachus ab ore eius ⁊ fit sitis.

Signa sitis ppter caliditatem absq3 materia aut cū materia salsa vł acuta nitrosa dulci vł īpediēti p suā ebulitionē sunt amaritudo ⁊ salsedo ⁊ acuitas siue dulcedo q̄ sentiunť in ore stomachi: ⁊ ꝙ vrina ē rubea vel ruffa tincta: ⁊ ꝙ saliua hꝫ spissitudinē cum paruitate ampulaꝝ: ⁊ ꝙ post potū frigidū sedatur ⁊ nō cito redit si ibi fuerit febris erunt signa manifesta magis.

Signa sitis q̄ fit ex potu vini vel aq̄ru3 calidaꝝ p naturam aut salsaꝝ sunt ex reb⁹ ipsis manifesta Et non indiget h̄ species sitis alijs significationibus nisi vt res ipse sint note eisdem.

Sitis vo q̄ fit ppter medicinā laxatiuā aut ppē medicinas siccas aut ppter cibos salitos seu ppē paucitatez potus respectu cibi sumpti nō indiget alia notificatione nisi vt habeat de reb⁹ ipsis notitiam.

Signa sitis q̄ fit ex comestione piscīu ⁊ ciborum viscosoꝝ q non digeruntť: aut pp humores salsos quos natura expellere desiderat abluēdo sūt grauitas post comestionē illoꝝ ciborum ⁊ ansietas et eructuatio acetosa ⁊ fumosa q̄ non extinguiť ⁊ fit augumētum hora digestionis: ⁊ ꝙ potus post aliquod tempus sumptus addit in ea3. s. sitim. Et si cū h̄ in ore stōi fuerint humores salsi erit sputū vł saliua salsa multū ⁊ potus dulcis sumpt⁹ augumētat ea3. ⁊ ardor vehemēs cū punctura et acuitate sentiť in ore stōi ⁊ ex potu aceti mixti cū aq̄ frigida manifestam sentit alleuiationē.

Signa ei⁹ q̄ fit ex in digestione sunt eructuatio fumosa ⁊ grauitas capitis ⁊ obtenebratio oculorum ⁊ mētis: ⁊ somn⁹ cū malis ⁊ prauis imaginationibus: ⁊ vrina eius cruda apparet ⁊ hore ebulitionis cibi in stō. fit pulsus spissus debilis ⁊ frequens ⁊ sentit infirmus inflāmationē ⁊ cōmotionez ⁊ vētositatē multam hora qua cib⁹ consueuit digeri.

Signa sitis pp diabeten sunt nota ex cognitiōe ipsius diabetis q̄ est egritudo renū veniēs ex caliditate cū siccitate ipsoꝝ: ⁊ ipsa dispositio renū calida trahit humiditatē ab epate ⁊ epar p siccita-

tem inductã ĩ ipſo ex cauſa dicta trahit mediãtibꝰ meſaraicis a ſtõ fundo: ⁊ fundus ab oꝛe eiuſdẽ ſtõi ⁊ fit ſitis ꝑ iſtũ modũ: ⁊ valde excelẽtiſſimũ ſignũ huius ſitis ẽ mľtiplicatio vꝛine ĩdigeſte ĩ numero ⁊ q̃ntitate: imo multotiẽs ſĩc bibit̃ ꝑꝑ cauſas narratas ita mingit̃.

Signa ſitis ꝑꝑ opilationeꝫ ſũt durities ſplenis ⁊ epatis q̃ aꝫ ex tactu locoꝝ ſub q̃bus ſunt illa mẽbꝛa: ⁊ ꝙ egeſtio aꝫ aliq̃n alba vt egeſtio canis: ⁊ vꝛina rubea ſubtilis aliq̃n ⁊ ſpiſſa aliq̃n: et citrinitas faciei ⁊ ructꝰ amarꝰ colericus aliq̃n ⁊ ĩflatio ſtõi et nutritiuoꝝ ⁊ maxime poſt comeſtionẽ. Sitꝫ q̃ fit ex caliditate pulmonis ſigna ſũt ĩflãmatio vľ caliditas q̃ ſentit̃ ĩ locꝫ ſpiritualiũ: ⁊ ꝙ ex oĩ motu debili vel foꝛti augumẽtat̃: ⁊ potꝰ aq̃ vel rei alterius nõ ſedat eã. ſꝫ aer frigidꝰ vel aer q ẽ in ſuꝑficie aq̃ frigide cũ attrahit̃ eã aleuiat pluſq̃ꝫ potꝰ rei liq̃de: ⁊ fit ĩ iſto caſu anhelitꝰ frequens ⁊ cũ q̃daꝫ ex ſufflatione calida. Si v̊o ſitis fuerit ꝑꝑ caliditateꝫ vel egritudinẽ calidã ĩteſtinoꝝ ſigna ſunt egeſtio ſicca ⁊ nigra: ⁊ doloꝛ apparẽs q ſentit̃ ĩ inteſtinis ⁊ eleuatio vẽtris ⁊ ĩferioꝛũ mẽbꝛoꝝ poſt potũ manifeſte. Et ſi aliq̃n egerit liq̃dum multuꝫ illa egeſtio vrit lacertos ani.

Cura ſitis ꝑꝑ caliditatẽ cũ materia acuta vel ſalſa vľ nitroſa ſeu dulci impediẽti ꝑ eiꝰ ꝯuerſionẽ ad acutã: aut abſq̃ꝫ mat̃ia ẽ vt ſumac oĩ mane ĩ oꝛtu ſolis ⁊ oĩ ſero añ cenã. ℥. j. s. ſyrupi acetoſi vel orizachare vel acetoſitatis citri aut arãcij. cũ. ℥. iiij. vľ. vj. aq̃ decoctiõis prunoꝝ ⁊ endiuie aut lactuce ſeu cicoꝛee: ſeu ſe. caꝝ ſi herbe nõ reꝑient̃: aut cũ aq̃ decoctõis acetoſitatꝫ citri aut arãcij q̃ melioꝛ erit ĩ h̃ caſu ⁊ ſpãlr ſi materia ibi pñs fuerit cũ diſpoſitiõe. Comedat oĩa cibaria ſua ꝯdita cũ aceto vel cũ agreſta aut cum vino de granatꝫ aut ſucco berberis. Cibaria ſua ſint ex carnibꝰ ⁊ fiãt etiam ex farina oꝛdei. Comedat lactucas: cucurbitas: poꝛtulacas: melones: citrullos: ẽdiuias: ⁊ ſcariolas cũ aceto ⁊ agreſta. cãcros ſumere cũ aceto ſepe dꝫ ꝑſica ⁊ pꝛuna acetoſa ⁊ poma eiuſdẽ ſapoꝛis ꝯueniẽtia ſunt ⁊ vtilia valde talibꝰ. Bibat vinũ albũ ĩ quo ſit tãtũ de aqua quantũ ẽ vinũ ⁊ aliq̃d aceti ſeu agreſte. Purget̃ materia ſi ibi fuerit cũ aliquo vomitiuo leui vel foꝛti dicto ſuꝑiꝰ: aut cuꝫ decoctõe q̃ ſic fit. ℞. reubarbari. ʒ. ij. pulueriꝫet̃ ⁊ cribelet̃ ⁊ miſceat̃ cũ. ℥. ij. ſyrupi ro. ⁊. ℥. iiij. aque endiuie vel lactucaꝝ ⁊ detur añ diem. poſſet h̃ decoctio colari in delicatis.

Cura ſitis q̃ fit ex potu vini vel aquaꝝ ca. ꝑ naturã ẽ vt ſepe ſumat orizacharã vel vinũ de granatꝫ: aut ſyrupũ de papauere vel de nenufare ſeu de mirtꝫ mixtũ cuꝫ aqua veri frigoꝛis. ⁊ comedat poꝛtulacas lactucas vel ſcariolas cũ aceto aut cucurbitas vel melones ⁊ bibat vt dictũ ẽ.

Cura ſitis q̃ fit ꝑ medicinas ſiccas aut ꝑꝑ ciboſ ſalitos nõ ĩdiget niſi emẽdatõe diſpoſitiõis q̃ emẽdat̃ ꝑfecte cũ orizachara vel ſyrupo ro. vel violato cũ recipiunt̃ cũ aqua endiuie vel ſcariole ſeu lactucaꝝ aut berberis. Ungat̃ os ſtõi omni die bis cũ oleo ro. mirto cuꝫ aceto. poſſet cõmode poni in balneo talis ſitiẽs quãuis balneũ multotiẽs ſitim ĩducat. nã q: trahit virtutẽ oĩs medicine purgatiue ad exterioꝛa ſ̃m hãc viã cũ potibꝰ ꝑdictis hãc ſitim ex iſtꝫ cauſis remouet ſuauit̃ ⁊ bñ. Cibet̃ ⁊ potet̃ vt dictũ ẽ ſupꝛa. Scias ꝙ ĩ ſiti q̃ fit ꝑꝑ comeſtionẽ reꝝ ſalſaꝝ aut paucitatẽ potꝰ reſpectu cibi ſũpti ꝯcepit̃ potꝰ boni vini limphati aut nõ limphati ſi virtꝰ digeſtiua debilis fuerit ⁊ ſtomachꝰ fri. Et ſi cũ h̃ cibaria fuerint groſſa ⁊ tarde digeſtionis: tũc vinũ puꝝ meliꝰ ẽ q̃ꝫ limphatũ.

Cura ſitꝫ ex comeſtione piſciũ vel cibarioꝝ viſcoſoꝝ eſt vt doꝛmiat vel comedat de electuarijs calidis vt ẽ diagalãga vel diaꝫinꝫiber vel diacitoniten vel diaciminum ⁊ cũ eis bibat̃ in hyeme vinũ odoꝛifeꝝ ca. ⁊ eſtate fri. ⁊ ĩ ſecũda mẽſa paꝝ comedat ⁊ bona cibaria ⁊ digeſtibilia. Comedat de electuarijs ⁊ bibat vinũ dictum. Si v̊o hec ſitꝫ fuerit ex humoꝛibus ſalſis curet̃ cum ſyrupo acetoſo cõpoſito vel oximelle ſumpto cũ aqua decoctioniſ endiuie vel lactucaꝝ ſeu berberis vel cicoꝛee vel acetoſe: ſeu remoueat̃ cũ ſyrupo de fumoťra acetoſo ⁊ aq̃s dictis. Abſtineat ab acutis ⁊ ſalſis. ⁊ bibat vinũ multũ limphatũ. purget̃ cũ vomitu q ſic fit. ℞. oximellis cõpoſiti. ℥. iiij. vel. iij. ⁊ det̃ poſt comeſtionẽ cũ. ℥. vj. aque decoctõis fumiterre ſe. attriplicis: aneti: rapaꝝ ⁊ radicũ raffani ⁊ cepaꝝ. vel purget̃ cũ pilulis ſtomaticis Alkindi: aut cũ decoctõe facta. c. de melãcolia q̃ fit ex mirobalanis indis. Sitis ex digeſtione curat̃ ab Hypo. in Amphoꝛiſmo particula. v. vbi dicit. Quibuſcũq̃ꝫ ẽ deſideriũ nocte biber̃ ſi ſuꝑ doꝛmierit bonũ. abſtinere a comeſtione ĩ. ij. hoꝛa comeſtionis ſue vſitate ẽ vtile ĩ h̃ caſu. Comedat diaciminũ vel diagalãga vel diaꝫinꝫibere vel diacardamomũ ⁊ bibat cũ eo aliq̃d boni vini odoꝛiferi q: vtile erit: ⁊ ẽt bonum vinum ꝯfert ꝑ ſe in h̃. ponere ſuꝑ ſtõm iſtiꝰ ſitiẽtis pãnũ calidũ vel puluinar ⁊ inũgere ipſuꝫ cũ oleo de ſpica erit bonũ. ⁊ amplexari iuuenẽ ꝓterq̃ꝫ cocat. ⁊ voluere vẽtrẽ verſus culcitrã ⁊ ponere ſuꝑ ſtõm catulum lactãteꝫ vel iuuenẽ ꝯferũt Et oĩa illa rectificãt ⁊ adiuuãt ad digeſtionẽ ꝑficiendã: vt ſcribet̃. c. de debilitate digeſtionis.

Cura ſitis ꝑꝑ diabeten aut ꝑꝑ renũ caliditatẽ ẽ vt ꝯfoꝛtent̃ renes ⁊ extinguat̃ eoꝝ caliditas cũ vnctõe facta ex oleo ro. ⁊ oleo vio. vľ mirti. mixtis cũ aliquãtulo aceti. ⁊ ꝙ ſuꝑ renes ponat̃ petia ĩfuſa ĩ ſucco ſolatri vel ſemꝑuiue aut plãtaginis ⁊ addat̃ ĩ iſtis ſuccis ſemꝑ aliq̃d aceti. Bibat ſepe ille ſitiens ſyrupũ ro. vel ſyrupuꝫ de mirtis mixtũ cuꝫ ſyrupo de papauere vel de nenufare ⁊ cũ aqua decoctiõis mirtiloꝝ ⁊ lactucaꝝ ⁊ endiuie ſeu cicoꝛee ſeu plãtaginis. In dieta ⁊ alijs medicinis fiãt vt ſcribet̃ inferiꝰ. c. de diabetica nam cura diabetice eſt cura illius ſitis.

Cura ſitis pꝛopter opilationem eſt vt ſepe bibat non hoꝛa comeſtionis oximel compoſitum vľ ſquiliticum cum vino albo diuretico odoꝛifero. ⁊ ſit oximel. ℥. j. s. ⁊ vinum. ℥. v. vel. vj. qualibet hoꝛa potationis. vel ſumat pꝛedictum oximel cum aqua decoctionis ſeminis endiuie ⁊ radicis capari aut acoꝛi vel ciperi ⁊ ſeminis endiuie vel cicoꝛee aut ſumat de ſyrupo qui ſic fit. ℞. acetoſe. M. j. cicoꝛee lactucarum ſeminis endiuie ſeminis ſcariole añ. ℥. j. ciperi. ℥. s. reubarbari. ʒ. vj. nenufariſ papaueris albi: calami aromatici cardamomi capari añ. ʒ. vj. radicum feniculi. lb. s. aceti: lb. s. mellis roſati cum folijs. lb. ij. fiant. lb. iiij. ſyrupi. hic ſyrupus opilationem ſplenis epatis ⁊ meſaraicarum aperit ⁊ ſitim remouet ex illa cauſa ⁊ etiam in omnibus alijs cauſis cum materia confert. in medicinis ⁊ cibis fiat vt ſcribetur. c. de opilatiõe epatis ⁊ ſplenis inferius.

Cura ſitis que fit ex caliditate pulmonis eſt vt ſepe anhelet aerem qui eſt in ſuperficie aque frigidiſſime aut que eſt in aliquo vaſe: gargariꝫet ſepe acetum mixtum cum aqua frigidiſſima ⁊ cum ſyrupo de papauere vel de nenufare. ponat ſuper pectus petiam infuſam in aqua roſata mixta cum camphoꝛa ⁊ ſandalis aut in aqua roſata tantum: aut in aqua frigida mixta cum camphoꝛa vel ſandalis aut in ſucco endiuie vel lactuce aut cicoꝛee: ſeu melonis vel cucumeris aut cucurbite.

Cura ſitis ex caliditate inteſtinoꝝ ſiue pꝛopter egritudinem calidam inteſtinoꝝ eſt eadem cũ cu-

ex egritudinis que fuerit in locis illis de quibus fit mētio inferius: tamen conueniens est in speciali vt sepe clisterizetur si fuerit siccus ꝫm ventrem cum clisteri quod sic fit. ℞. violarum: endiuie lactucarum añ. ℳ.j. bulliant in aqua ⁊ cum. ℔.j. illius aque ⁊ cum. ℥.iiij. olei de papauere vel de nenufare vel de oleo de cucurbitis ⁊. ℥.iij. zuchari violati vel. ℥.iiij. syrupi violati: fiat clisterere aut fiat simpliciter cum aqua melonis vel cucurbite ⁊ oleo violato vel de nenufare ⁊ aqua psilij qđ erit valde bonum. Iterum potest fieri cum aqua decoctionis psilij in aqua camphora sit dissoluta ⁊ admixta cum oleo de papauere vel de nenufare aut de violis. Bibat sepe syrupum violatum cū aqua psilij: vel syrupum de papauere cum aqua decoctionis lactucarum: endiuie ⁊ cicoree vel syrupum ro. vel de mirtis cum aqua decoctionis citonioꝝ vel berberis si esset nimis largus ꝫm ventrem. Ungatur stomachus ⁊ intestina cum oleo de mirtis vel oleo ro. ⁊ aqua ro. mirtis cum sandalis ⁊ cāphora ⁊ aliquantulo aceti: vel fiat emplastrum ex eisdem rebus cum farina ordei vel milij super stomachum ⁊ intestina.

Capitulum. cxj. de debilitate digestionis ⁊ corruptione eius.

Debilitas digestiōis ⁊ eius corruptio fit aut ex frigore eius aut propter humiditatem: aut ex frigore cum humiditate: aut ex humiditate cum caliditate aut propter caliditatem cum siccitate: aut ex frigiditate cum siccitate: aut ex debilitate corporꝭ stomachi. Et omnia ista possunt euenire cum materia ⁊ absq; materia.

Signa debilitatis stomachi ex frigore eius sunt eructuatio acetosa ⁊ lenitas ventris ⁊ eius inflatio ⁊ multitudo vētositatis: ⁊ longitudo more cibi in stomacho ⁊ vrina alba vel glauca ⁊ pulsus hora digestionis debilis ⁊ spissus ⁊ inquietudo vel continua reuolutio đ latere ad latus cum cibus digeri debet.

Signa debilitatis peccato humiditatis sunt multitudo sputi insipidi ⁊ nausee multitudo: ⁊ sitis paucitas ⁊ velocitas descēsionis cibi absq; plurima alteratione facta in eo: ⁊ vrina illius vt plurimum apparet karopos ⁊ pulsus debilis ⁊ mollis.

Signa corruptionis ex frigore cum humiditate sunt illa eadē dicta superius composita ⁊ simul combinata.

Signa debilitatis propter humiditatem cum caliditate sunt paucitas appetitus ⁊ multitudo saliue ⁊ nausee: ⁊ vomitus aliquando ⁊ priuatio sitis: ⁊ ꝙ eructuat aliquando acetosum: aliquādo fumosum ⁊ fetidum ⁊ in eo plurima ventositas fit.

Signa debilitatis digestionis propter caliditatem cum siccitate sunt sitis ⁊ fetida fumosa calida eructuatio: ⁊ siccitas oris ⁊ pallati ⁊ corporis extenuatio: ⁊ dispositio similis ethice: ⁊ asperitas totius corporis ⁊ arefactio ⁊ cutis corrugatio.

Signa debilitatis digestionis ex debilitate corporis stomachi sunt ꝙ fit post vomitum plurimum ⁊ post purgationem cum medicinis fortibus: aut post fluxum ventris ⁊ generat ipsum superfluus cibus ⁊ grossus sed in eo paucus cibus ⁊ bonus digeritur.

Signa debilitatis propter frigiditatē cū siccitate sunt incendium ante comestionem quod comestio sedat aut minuit ⁊ splenis magnitudo ⁊ durities ⁊ vomitus acetosus ⁊ etiam eructuatio que in dentibus faciunt frigus vel congelationem ⁊ dolor stomachi ante comestionem proprie. Sciendum est hic ꝙ iste dispositiones ⁊ qualitates possunt esse cum materia ⁊ absq; materia: quando. n. fuerint cum materia omnia signa dicta promptiora ⁊ intensiora ⁊ manifestiora erunt debiliora vero cum fuerint absq; materia. Scire hic oportet ꝙ omnis complexio excedens perse vel cum materia debilitat omnem virtutem ⁊ hoc volunt medici omnes: ⁊ Auicē. dicit li. iij. c. de destructione ⁊ debilitate appetitus.

Cura debilitatꝭ ex frigore stomachi absq; materia est vt sumat diacalamētū vel diatrion pipereon vel diacardamomū vel diazinziber ⁊ similia. Ungatꝛ stomachꝰ omni die bis cū oleo de spica vl' oleo de lilio. parū hora comestionis sumat de cibo. Bibat vinū purū ⁊ bonū ⁊ parū Et cibaria sint vt plurimū assata vel cocta in pastillo aut in testula condita cum aleis ⁊ pipere ⁊ croco vitellos ouorum cum pipere ⁊ croco comedat. Comedere post nuces ⁊ ficus siccas ⁊ alea cocta ⁊ sinapi. Si autem ibi fuerit materia ꝙ scies q: per ista: bonam non suscipit aleuiationem. Digeratur ⁊ purgetur illa materia frigida cum oximelle composito vel oximelle squilitico ⁊ aqua decoctionis ciperi ⁊ piperis longi ⁊ mellis. purgetur cum pillulis fetidis vel stomaticis aut cum medicamine đ turbit. In dieta ⁊ potu ⁊ vnctionibus fiat vt dictum est supra.

Cura debilitatis peccato humiditatis est vomitus cum oximelle ⁊ aqua decoctionis radicum raffani sinapis seminis atriplicꝭ ⁊ aneti. Utatur diagalanga ⁊ electuario de scoria ferri ⁊ mirobolanis conditis. Comedat cubebas ⁊ piper longū ⁊ piper ⁊ ciperos ⁊ ciminum vngatur stomachus cū oleo de spica vel oleo de costo. vtatur trociscis stelle cum rob vini: aut cum vino decoctionis ciperi aut mirtilorum ⁊ piperis longi. In dieta vel cibarijs ⁊ vino fiat vt dictum est supra: ⁊ sit vinum huiusmodi rubeum odoriferum stipticum. similiter in purgationibus fiat vt dictum est. sed in isto casu decoctiones ⁊ medicine que fiunt ex mirobalanis kebulis vtiliores sunt.

Cura debilitatis vitio frigiditatis cum humiditate est vt cibetur hic infirmus cum rebus fixis vt vult Almansor li. diuisionum. c. de regiminibꝰ stomachi. Comedat res assatas ⁊ coctas in pastillo vl' testula cōditas cū pipe lōgo ⁊ pipe cinamomo ⁊ croco ponat cū eis aliquid de vino granatoꝝ vl' agresta aut cum succo berberis vel vino decoctionis eius. Utatur diacitoniten diagalanga diatrion pipereon aut dianthos seu diamargariton: vl' mirobalanis conditis. Sepe mundificetur cū vomitu ⁊ clisteri: ⁊ etiam aliquando cum pillulis stomaticis vel fetidis aut medicamine deturbit. Ungatur cum oleis ⁊ vngentis dictis superius. Bibat vinum rubeum forte odoriferum purum: parū tamē comedat ⁊ bibat: ⁊ nullomodo in die dormiat: abstineat a coitu vt ab inimico mortali. Utatur trociscis stelle post purgationes cum vino rubeo odorifero stiptico in aurora.

Cura debilitatis stomachi vitio caliditatis ⁊ humiditatis est vt flebotometur de vena q̄ est iter anularem ⁊ auricularē i manu dextra aut de basilica. ⁊ dꝫ sumere pigram sepe cum vadit dormitum: ⁊ sumere omni mane mel rosatum vel zucharum ro. cum aqua decoctionis mirtiloꝝ aut berberis. sumat aliq̄ pillulas stomaticas Alkindi aut ꝯfectiōes de miroba. ci. ⁊ kebulis ⁊ indis. Bibat vinū rubeū stipticū i quo ponatꝛ de aqua decoctio-

nis mirtiloꝝ vel berberis. Confortetur stomachus cū oleo de mastice in quo sit aliqd mēte ꝛ mirtilorum. Libet cū carnibꝰ assatis ꝛ elixatis ꝛ vitellis ouoꝝ: ꝛ berberis feniculi petroselini: ꝛ ꝯdiantur cū cardamomo galāge ꝛ pipe lōgo ꝛ cinamomo ꝛ croco ꝛ aliquātulo agresta vel vino de granatis. Utatur sepe in auroꝛa zucharo ro. ꝛ trociscis stelle mixtis. ꝛ bibatur post illud aliqd vini limphati cuȝ aq ua mirtiloꝝ.

Cura debilitatis ꝓpter caliditatē ꝛ siccitatem est balneatio cū aq̄ tepida dulci absq̄ multa moꝛa in balneo ꝛ comedere lac ꝛ succū oꝛdei ꝛ omnia impinguatiua vt sunt iura carnium ꝛ vinum dulce in quo aliqd aq̄ ponatur ꝛ ficus recentes ꝛ rape ꝛ similia. De electuarijs comedat diadragantuȝ mixtum cū equali q̄ntitate diapapaueris vel restaurativi. Ungatur stomachus cuȝ oleo de nenufare: ꝛ etiā spina tota vel cū oleo de papauere: ꝛ h̄ cura tota ꝓpꝛie habet locū cū siccitas est absq̄ materia ꝛ ꝑdominatur caliditati. Si aūt caliditas ꝑdominatur siccitati ꝛ fuerit absq̄ materia cura erit tūc cū rebus acetosis: verbigratia cū syrupo acetoso: vl' vino de granatis vel oꝛizacbara vl' agresta mirtꝭ cū aqua veri frigoꝛis. Comedat carnes vacinas ꝛ agninas ꝛ pisces recentes ꝛ carnes arietis ꝛ auiū ꝯditas cū agresta vel sumac aut aceto vel vino de granatis. bibat vinū albū debile bene limphatū. Ungatur stomachꝰ cū oleo de papauere vel oleo de nenufare vel rosato qescat multū ꝛ paꝝ laboꝛet ꝛ doꝛmiat in die post comestionē. Si aūt matia ibi fuerit p̄sens cū illis q̄litatibus dieta ꝛ potꝰ ꝛ cōdimēta ciboꝝ eadē erūt. lactucas ꝛ scariolas ꝛ herbas frigidas sicut sūt poꝛtulace ꝛ cucurbite sumere in isto casu ꝛ supioꝛi absq̄ matia erit multū vtile. ꝛ si ꝯdiantur cū aceto vel agresta ꝛ similibus erit melius. Fiat vomitꝰ sepe cuȝ syrupo acetoso ꝛ aq̄ ca. vel cū aq̄ decoctiōis se. aneti: attriplicis: et lactucaꝝ ꝛ se. cepaꝝ. Purgetur cū decoctione miro. citrinoꝝ ꝛ reubarbari ꝛ aq̄ decoctiōis p̄unoꝝ et tamarindoꝝ. Ungatur stomachꝰ cū oleo de papauere ꝛ de nenufare.

Cura debilitatis ꝓpter frigiditatē cū siccitate absq̄ materia ē vt vtatur cibis tēpatis vȝ carnibus edi ꝛ pulloꝝ ꝛ arietū annualiū ꝛ vitellis ouorum ꝛ herba feniculi: petroselini: boꝛaginis: spinachij ꝛ carnibꝰ auiū degentiū in arboꝛibꝰ ꝛ ī pꝛatis ꝛ nō ī aqs ꝛ passulis ꝛ ficubꝰ viridibꝰ ꝛ siccis: cōdiantur omnia ista cū puluere q̄ sic fit. ℞. pipis longi cardamomi: nucismus. gariofiloꝝ: piperis. zinziberis: aā. ʒ. j. cinamomi electi. ʒ. j. croci. ʒ. j. fiat puluis ī sapoꝛibꝰ ꝛ ꝯdimētis suis. semp cū puluere isto ponatur rob vini. Ungatur stomachus cū oleo d̄ spica ꝛ oleo d̄ lilio. Bibat vinū rubeū foꝛte odoriferuȝ bonū absq̄ aq̄. Comedat sepe diamuscuȝ diamargariton: diacitoniten: diacardamomum diagalāga. Si aūt materia melancolica ibi cū p̄dictis q̄litatibꝰ affuerit regatur vt dictū est sup̄ius in oībus: sȝ rectificetur illa materia ꝛ purgetur cū decoctōe mirobalanoꝝ indoꝝ sene epithimi ꝛ polipodij: ꝛ dulcoꝛetur cū zucharo vel melle illa decoctio: vel cū pillulis fetidis p̄cedente digestione cū oximelle cōposito vel melle ro. colato ꝛ aq̄ decoctionis passulaꝝ ꝛ iuiubaꝝ. sepe balneetur in aqua dulci ꝛ paꝝ laboꝛet sed nō multū doꝛmiat in die. Attendendum est hic ꝙ nihil deterius in egritudinibus stomachi q̄ȝ coitus. nā coitus inimicatur stomacho ꝛ specialiter frigido: aut' vult Almā. iiij. c. de iuuamētis ꝛ nocumētis coitus: dicit. n. ibi. habētes coꝛpoꝛa sicca a coitu abstinere debēt vt ab inimico interficiente: sȝ amplexari iuuenē mulierem absq̄ coitu ita ꝙ stomachus alterius stomachum tangat: aut tenere catulum lactantem super stomachū aut tenere iuuenē vel reuoluere stōm versus culcitram: aut tenere puluinar calidū versus stomachum. omnia ista stomachum frigidum ꝛ debilem confoꝛtant ꝛ coꝛroboꝛant ꝛ adiuuant ad digestionem ꝑficiendam ꝛ complendam: ꝛ etiaȝ q̄dlibet perse multum confert ꝛ iuuat vt vult Auic. li. iij. c. de cura cōplexiōis frigide ꝛ sicce stomachi. Emplastrum ꝯueniens ad debilitatē stomachi ꝓpter frigiditatem aut humiditatē vel' frigiditatē cū humiditate: seu frigiditateȝ cū siccitate aut ꝑꝑ debilitateȝ coꝛpoꝛꝭ stomachi sic fit. ℞. calami aromatici galange spice macis coꝛalli rubei cardamomi thuris vernicꝭ aā. ʒ. s. cere. ʒ. ij. rasine. lꝭ. s. picis grece. ʒ. ij. olī d̄ spica olī d̄ mastice aā. ʒ. ij. bdelij serapini opoponacꝭ armoniaci aā. ʒ. s. terbētine. ʒ. iiij. dissoluantur gūme ī vino: ꝛ disoluātur postea ī cazola cū igne ꝛ colentur: ꝛ cum colata fuerint addatur puluis specierum pꝛedictarum ꝛ fiat emplastrum.

Cura debilitatis digestiōis ꝓpter debilitateȝ coꝛpoꝛis stomachi ē vt vngatur stomachꝰ cū oleo de spica ꝛ de lilio ꝛ de mastice ꝛ fiat post illud emplastrum dictū sup̄a stōȝ. In dieta ꝛ potu fiat vt dictum ē superius in causis frigidis cū matia ꝛ absq̄ materia. Et scias ꝙ bꝛodia ꝛ res fluentes ꝛ liqde addunt in istam debilitatem ꝛ digestionem impediunt plus ceteris cibis eo q᷑ cedūt vomitui digestionis ꝛ nō qescunt in eo sicut ipsa digestio rerequirit: ꝛ h̄ dicūt omnes antiqui ꝛ specialiter. G. commento regiminis acutoꝝ super verbo quod īcipit ptisana vero oꝛdeacea merito me iudice existente ꝛc. et Alman. lib. iiij. c. de regimine cibi. Attende hic generale conueniēs ꝙ nō fallit. Omne q̄d cuȝ difficultate masticatur ꝛ laboꝛet: cū difficultate in stomacho digeritur ꝛ hoc est sensuale. sȝ contrarium ex ista causa non affirmatur. s. ꝙ de leui absq̄ aliqua difficultate masticatur bene digeritur in stomacho: nam instantia est in bꝛodijs ꝛ similibus. Comedat diacitoniten: diatrion pipereon: diaciminum: diagalanga: diacardamomum: diābꝛa: diamuscū ꝛ similia. Abstineat a coitu ꝛ nimio potu ꝛ somno diei ꝛ quiete superflua. Si auteȝ cōtingerit ꝙ aliqua materia in tali subiecto ꝛ causa multiplicaretur: mundificetur illa materia cuȝ aliqua medicinarum dictarum superius: ꝛ specialiter cum aliqua medicina mirobalanata: nam omnes mirobalani stipticitate eoꝛum omnem stomacum confoꝛtant ꝛ coꝛroboꝛant. ꝛ ꝓpter hoc in egritudinibus stomachi eoꝛū medicine sunt meliores ꝛ magis eligende: ꝛ specialiter in causa debilitatis eius pꝛopter debilitatem coꝛpoꝛis eius. Et est sciendum hic ꝙ cibus moꝛatur in stomacho cōmuniter in omnibus hominibus a. xij. hoꝛis vsq̄ ad. xxiiij. hoꝛas: specialiter qn̄ sani sunt homines īrepꝛehensibiliter.

Caplm. cxij. de speciebus vomitus.

Pties uomitus cōmunes ꝛ manifeste sunt a quatuoꝛ: fit. n. vomitꝰ ꝓpter cibaria acuta ꝛ salsa moꝛdicātia os stōi ꝛ cōmouētia ipsuȝ os stōi et lacertos eius ad expellendum quod in stomacho cōtinetur per superioꝛa ꝛ vomitum. vt sunt poꝛri sinapis alea cepe raffanꝰ ꝛ similia. Fit etiaȝ ex multitudine cibi fluidi grauantis stomachum qui ī eo non rectificatur: eo ꝙ hoꝛa digestionis inundat ꝛ mouetur ꝛ eicitur ad os stomachi et sic expellitur per vomitum. Fit aliquādo et materia expulsa ad stomachum a toto coꝛpoꝛe ꝛ epate mediantibꝰ meseraicis: ꝛ etiam ex splene: ꝛ h̄ vult. G. commento pꝛonosticoꝝ. c. de egestione. dicit ibi ꝙ intestina ꝛ stomachꝰ recipiunt a toto coꝛpoꝛe superflui-

tates mediātibus meseraicis ⁊ epate: ⁊ illa matia expulsa ad stõꝫ grauat: aut mordicat ipsuꝫ stõm et mouet ipꝫ ad vomitū ⁊ ista ē matia aliqñ colerica aliqñ flegmatica: aliqñ melācolica ⁊ aliñ sāguinea. Fit ēt ex matia ipsa ꝯgregata in ipo stõ q̄ generatᷓ i ipo ex in ordinato regimine ⁊ malo: ⁊ ēt ex malis cibarijs q̄ de natura i malas ⁊ diuersas materias mutanᷓ q̄ grauāt stõꝫ ⁊ ꝯturbāt ⁊ eū ad vomitum excitāt. Attēdēdū ē ꝙ differētia ē iter vomitum subuersionē ⁊ nauseā. Uomit⁹ dr̄ ⁊ fit qñ expellēs mouet ita ꝙ moueᷓ ⁊ eleuat illud qđ expelli dꝫ cū motu ei⁹ ad supiora ꝑ viā oris. Subuersio fit et dr̄ fieri qñ expellēs mouet ⁊ moueᷓ: sed ñ manifestaᷓ mot⁹ neqꝫ fit i re q̄ dꝫ expelli. Nausea fit qñ hõ renuit qđ representaᷓ tortura faciei ⁊ nasi: ⁊ cū h̄ excitaᷓ expellens sꝫ nõ moueᷓ id qđ expelli dꝫ. pꝫ ꝙ subuersio ⁊ nausea naturaliter antecedunt vomitum.

Signa vomit⁹ q̄ fit ꝑꝑ cibaria acuta ⁊ salsa satis nota sūt ex re ipa sꝫ tamē mordicatio sentiᷓ in stõ ⁊ ēt acuitas ⁊ agitatio ⁊ mot⁹. salsedo iueniᷓ i lingua ⁊ meri.

Signa vomit⁹ ex multitudie cibi fluidi silr manifesta sunt: sꝫ sentit infirmus inundationem ⁊ cõmotionem fluctuosam in stomacho subuersionēꝫ.

Signa vomit⁹ ꝑꝑ materiā expulsaꝫ ex mēbris ad stõꝫ sunt cõmotio labij inferioris ⁊ h̄ ē cõmune signū in omni vomitu añqꝫ eueniat ⁊ dolor ⁊ commotio in epate ⁊ mēbris si ab epate ꝓuenerit ⁊ mēbris: ⁊ si a splene dolor: commotio ⁊ agitatio circa splen: ⁊ rugitus in partibus in quib⁹ primo materia currens moueᷓ.

Si aūt materia colerica fuerit: erit cū amaritudine oris ⁊ siti ⁊ caliditate: ⁊ id ꝙ expelliᷓ erit fluidum nõ viscosuꝫ: ⁊ erit crocei coloris: nā nõ oē croceuꝫ vel viride qđ ore expelliᷓ dꝫ iudicari colericū nisi substātia matie ꝑuata fuerit viscositate ⁊ aquositate. Et si cū h̄ hõ fuissꝫ vsus herbis idigestibilibus ⁊ reb⁹ frigidis ⁊ viscosis ⁊ isipidis ei⁹ habitudo foret flegmatica silr ⁊ cõplexio quāuis vomit⁹ esset viridis vl̄ citrin⁹ nõ iudicareᷓ coleric⁹ sꝫ flegmaticus: ⁊ de cognitiõe illi⁹ humoris viridis vel citrini cui⁹ nature sit qñ ꝑ supiora vl̄ inferiora expelliᷓ satꝫ supi⁹ i dolore capitꝫ disputauim⁹. vñ ꝑ dicta illic ⁊ ꝑ signa posita hic si medicus recte ꝯsiderauerit veniet i ei⁹ ꝑfecta cognitiõeꝫ. Cõsiderāda ē vrina ēt vtrū sit alba vl̄ rubea: q: rubea dñium colere alba dominiū flegmatis significat. Et si pulsus pu⁹ debilis et mollis sentiaᷓ: verior erit significatio ꝙ matia vomit⁹ nõ ē colerica quāuis viridis vel citrina videatur. econtrario in ꝯtrium.

Si aūt vomit⁹ vl̄ materia ei⁹ fuerit flegmatica ⁊ substātia eius ſm plurimuꝫ alba viscosa ⁊ erit absqꝫ siti ⁊ caliditate. Et aliqñ erit color viridis et color succi lactucaꝝ: ⁊ talis color repiᷓ i humorib⁹ q̄ sunt in stõ generatis ꝑ viā idigestiõis ex herbis ⁊ fructib⁹ q̄ ñ digerūᷓ ⁊ sīt ipfecte maturatõis: ⁊ h̄ vult. G. cõmēto ꝓnosticoꝝ tractatu de vomitu: ⁊ ei⁹ sapor isipid⁹ vl̄ acetosus ⁊ vrina apparet spissa magis ⁊ pulsus paruus ⁊ mollis.

Si võ matia vomit⁹ melācolica fuerit erit sapor pontic⁹ mixt⁹ acetositati ⁊ eius substātia erit nigra aut cineritia ⁊ fluida in q̄ erit residētia grossa in modū fecis ⁊ amaritudo multotiēs acetositate ⁊ ponticitate et salsedine mixta erit. Et si fuerit habitudo patiētis melancolica ⁊ ei⁹ cõplexio: ⁊ vrina glauca ⁊ pulsus paruus ⁊ durus erūt ꝑdicta signa magis vera ⁊ magis necessaria sup h̄.

Si aūt materia vomit⁹ fuerit sanguinea manifesta erit ex colore suo ⁊ sapore q̄ erit dulcis. Si aūt sanguis fuerit coagulat⁹ ⁊ dolor ⁊ tēsio fuerit in epate vel splene signū erit ꝙ ab illis locis deriuaᷓ. sꝫ si fuerit a splene erit magis grossus niger ⁊ feculētus. Si aūt ꝑꝑ rupturā vene in stõ ꝯtigerit vomit⁹ sanguis: sanguis erit magis fluidus ⁊ dolor sentieᷓ in stõ: in epate aūt ⁊ splene nullū habebit dolorē nisi ꝑ quādā cõpassionē. Et si illđ qđ vomitu expelliᷓ fuerit durū filtrosuꝫ: vl̄ i modū frustri carnis ⁊ cū sanguine signū est ꝙ ꝓuenit a stõ in quo ē vlcus vl̄ craneū filtrosuꝫ fistulosuꝫ: ⁊ h̄ vult Auic. li. iij. c. de. vomitu sanguis. Et idem erit iudicium in carne q̄ expelliᷓ ꝑ intestina seu in carne filtrosa si cum sanguine per inferiora expellaᷓ.

Signa vomitus ex materia congregata in stomacho propter mala cibaria vt inordinato regimine sunt illa eadem que significant super materiam expulsam ad stomachum preter quia non sunt illa cum signis significantibus malum in epate neqꝫ in splene: illa võ sic.

Cura vomit⁹ q̄ fit ꝓpter cibaria acuta ⁊ salsa ē abstinētia ab eis ⁊ comedere portulacas cuꝫ vino: de granatis ⁊ agresta ⁊ ēt aceto: ⁊ bibere vinū limphatū stipticū cū aqua berberis ⁊ sumac vel mirtiloꝝ: vel cuꝫ aq̄ frigida vel cū aqua de cisterna: ⁊ comedere carneᷓ coctas cū sumac ⁊ mirtis: ⁊ ꝯdire eas cū agresta vel vino de granatis vel aceto ⁊ succo pomoꝝ acetosoꝝ vl̄ prunoꝝ imatu. acetosorum. sup stõꝫ ponat emplastrum ꝙ sic fit. R. mirtiloꝝ corticuꝫ granatoꝝ ciperi añ. ℥. ij. teranᷓ ⁊ cribelenᷓ misceāᷓ cū. ℥. iiij. farine ordei ⁊. ℥. ij. olei ro. ⁊ tāto aceto qđ sufficiat ad emplastꝝ faciēduꝫ et liget h̄ emplastꝝ circa os stõi fortiᷓ cū fassia. Curaᷓ h̄ vomit⁹ ⁊ oīs vomitus cū vomitu si ibi materia nocēs fuerit. ⁊ h̄ vult Auic. li. iij. c. de cura vomit⁹ absolute. purgeᷓ cū vomitu facto ex syrupo cõposito de radicib⁹ ⁊ aq̄ se. attriplicis ⁊ aneti ⁊ radicū raffani. Mundificetur per inferiora cū decoctione reubarbari et tamarindorum.

Cura vomitus ꝑꝑ cibū fluidū ⁊ inundāteꝫ est vt ꝓuoceᷓ vomit⁹ ⁊ mūdificeᷓ aquositas ⁊ exciteᷓ stomachus cū vomitiuo facto ex oximelle cõposito vel sqlitico ⁊ aq̄ raffani: aneti: ameos amomi ⁊ se. attriplicis. Nutriaᷓ cū reb⁹ assatis ꝯditis cuꝫ berberis ⁊ sumac ⁊ mirtilis ⁊ agresta ⁊ vino đ granatis in q̄bus addaᷓ ꝓ cõdimēto vitellus oui mixtus cū puluere de cardamomo galanga cinamomo pipe longo ⁊ croco. Bibat vinū forte odoriferum ru. stipticū in quo ponaᷓ aliq̄d aq̄ decoctiõis mirtiloꝝ: posset si debilis esset multum comedere iura carniū ꝯdita cū vitellis ouoꝝ in q̄b⁹ iuribus ponēᷓ puluis dictis ⁊ puluis mirtiloꝝ ⁊ maxime si in illis iuribus sumac ⁊ berberis coquerenᷓ cuꝫ carnibus.

Cura vomit⁹ ꝑꝑ materiā expulsam ad stomachum ex epate vel splene ⁊ alijs mēbris est vt ponatur sup epar si ꝓuenerit ab epate emplastꝝ cõfortatiuuꝫ epatis qđ sic fit. R. sandaloꝝ rubeoꝝ rosarum rubeaꝝ ciperi mirtilorum calami aromatici masticis añ. ℥. s. spice. ʒ. j. cere. ℥. s. olei de mastice. ℥. j. olei rosati. ℥. iij. liquefiat cera cum oleis quibus liquefactis deponatur ab igne ⁊ incorporetur cum puluere rerum ⁊ extendatur super petiam ⁊ aspergatur cuꝫ aceto forti ⁊ ponatur super epar ⁊ fassietur ⁊ ligetur bene super locum cū fassia.

Si autem ex splene materia deriuatur fiat aliud emplastrum super splenem ꝙ confortat euꝫ ꝙ sic fit. Recipe ciperi capari calami aromatici acori nucū cipressi añ. ℥. s. succi absinthij succi eupatorij añ. ℥. s. armo. ℥. ij. cere. ℥. iij. oli đ spica. ℥. iiij. dissoluaᷓ armoniacū i aceto forti ⁊ cū dissolutum fuerit ponaᷓ ad ignē i cazola cū aceto in quo fue-

rit dissolutum ⁊ cum ceperit dissolui addatur ce-
ra ⁊ oleū cuꝫ eo ⁊ dissoluant̄ qbus oibus dissolutꝫ
addat̄ puluis rez̄ p̄dictaꝝ ⁊ succi p̄dicti ⁊ incorpo
rentur: ⁊ fiat talis īcorporatio in vna scutella: ⁊ si
oleuꝫ ⁊ liquores p̄dicti nō suffecerint ad īcorpora-
tōeꝫ faciēdā addat̄ d̄ p̄dicto olō ita ꝙ fiat bōa īco-
poratio ⁊ mixtura ⁊ ponat̄ h̄ sup̱ coriū ⁊ postea su
p̱ splenem ⁊ liget̄ bn̄ cuꝫ fassia. hoc.n. emplastꝝ
splenē ꝯfortat ⁊ dissoluit ⁊ eiꝰ aperit opilationes:
⁊ superfluitates q̄ in ipso ꝯtinent̄ ⁊ resoluit ⁊ ꝯsu
mit. Sup̱ stōm vō ponat̄ emplastꝝ ꝙ ꝯfortat, ip-
suꝫ ita ꝙ sup̱fluitates ab alijs mēbris epate sple
ne nō recipiat quod sic fit. ℞. masticꝫ thuris ⁊ bo
li armeni terre sigillate an̄. ℥. s. sandali rubei cala
mi aro. ciperi mirtiloꝝ an̄. ℥. j. piperis lōgi galan
ge talk siue stelle terre croci curcume an̄. ʒ. ij. terā-
tur oīa ⁊ cribelent̄ ⁊ accipiant̄. ℥. vj. olei de masti
ce ⁊. ℥. j. cere ⁊ dissoluant̄ ad ignē ⁊ cum dissoluta
fuerit deponant̄ ab igne ⁊ cum eis puluis rez̄ su-
pradictaꝝ addat̄ ⁊ fiat emplastꝝ qd̄ ponat̄ sup̱ co
riuꝫ ⁊ postea sup̱ stōm: ⁊ ligetur bn̄ cum fassia fir-
miter.

Si vō materia currēs fuerit colera mūdificet̄
ex decoctōe facta ex mirobalanis citrinis reubar-
baro: mirtil̄ tamarīdis. post purgatōeꝫ bibat bis
ī die ante cenā ⁊ ante prandium p̱ vnā horā vnū d̄
trociscis stelle cū. ℥. j. syrupi de mirtꝫ vel de agre
sta: aut rosis ⁊ vino stiptico limphato cū aqua de-
coctionis mirtiloꝝ ꝙ meliꝰ erit. In dieta ⁊ potu
fiat vt dictum ē supra. Et in illo casu possent iura
pulloꝝ ⁊ galinaꝝ ⁊ edoꝝ dari comeder̄ ⁊ maxime
si fuerint alterata cum agresta vel vino de gra. ⁊
alijs rebꝰ acetosis ⁊ stipticis.

Si aūt mat̄ia currēs fuerit flegmatica mūdifi
cet̄ cū decoctōe facta ex mirobalanis kebulis reu
barbaro mirtil̄ sq̄nāto ⁊ zucharo rosꝭ. veteri. Nu
triat̄ vt dictū ē cū rebꝰ assatis simpl̄r vel coctis ī
testula vel pastillo ꝯfortatis cū spēbus ⁊ rebus sti
pticis ⁊ agrestis: ⁊ vinū eiꝰ sit rubeū odorifeꝝ pu
rū absq̄ aq̄ si ibi fe. nō ē: si vō eēt cū fe. ponat̄ mul
tū de aq̄ decoctōis mirtiloꝝ.

Sꝫ si materia currēs fuerit melācolica purge
tur ⁊ mūdificet̄ cū decoctōe q̄ fit ex mirobalanis ī
dis: reubarbaro: sene epithimo: mirtil̄ ⁊ polipo-
dio. Nutriat̄ ⁊ potet̄ vt dictū ē hic īmediate cum
vomitu colerico ⁊ potet̄ sil̄r siue fuerit cū feb. siue
absq̄ fe. ī isto ⁊ vomitu flegmatico det̄ an̄ cenaꝫ ⁊
an̄ prādiū semp̱ trocisci stelle cū melle ro. colato ⁊
vino rubeo stiptico.

Si aūt mat̄ia currēs fuerit sanguis flebotome
tur de vena īferiori brachij vel de saphena ī ma
nu dextra: ⁊ ligent̄ adiutoria fortiter cū corigijs ⁊
coxe sil̄r: ⁊ ponāt̄ vētose magne absq̄ icisione sup̱
epar ⁊ splenē. Sumat ter ī die cū syrupo de agre
sta trocꝫ. stelle cū syrupo de agresta vel mirtis vl̄
cū miua citonioꝝ vel aq̄ decoctionis mirtiloꝝ vel
berberis. Scias ꝙ ī omni vomitu ex q̄cūq̄ cā fiat
ligatio fortis adiutorioꝝ ⁊ coxaꝝ: ⁊ positio vēto-
saꝝ sup̱ epar ⁊ splenē absq̄ scarificatiōe sunt val-
de vtilia. Sil̄r attēdēdū ē ꝙ mordicatio cū vomi-
tu ī omni vomitu ē valde vtil̄ si mat̄ia ī stō ꝯtieret̄
⁊ dꝫ fieri vomitꝰ cū re ꝯueniēte ad humorē pec-
cātē vl̄ currētē. In vomitu vō q̄ fit ex mat̄ia ꝯgre
gata ī stō p̱cedat̄ ī oibꝰ s̄ꝫ diuersitatē mat̄ie vt di-
ctū ē supra ꝯ̄ colerā: fl̄a meł̄iaꝫ ⁊ sāguinē: ⁊ ꝯ̄ ꝯpo
sitā si cōposita fuerit: q: rōne ꝙ illa mat̄ia ꝯtinet̄ ī
stō eadē ē cura ⁊ idē regimē.

Capitulum. cxiij. de colerica passione.

p Assio colerica ē illa
in q̄ hō simul ⁊ eadē hora emittit p̱ vo
mitū ⁊ p̱ īferiora humores ⁊ cibaria ⁊
nihil retinet: ⁊ numerat̄ iter p̱ acutas p̱p̱ cōtinuū
motū expulsionis: ⁊ ꝙ naturā q̄si qescere nō p̱mit
tit nō expectat qn̄ ante septimū diē īterficiat: vel
curet̄ p̱se aut bn̄ficio medicinali. Fit aliqn̄ h̄ egri-
tudo post nauseaꝫ ⁊ fastidiū ex humoribꝰ fri. ⁊ vi-
scosis generatis ex piscibꝰ ex fructibꝰ frig. aut re-
bꝰ fri. ⁊ humi. q̄ cū multiplicant̄ in stō ⁊ intestinis
destruūt oēꝫ v̄tutē ⁊ retētiuā ī sup̱iori ⁊ īferiori.
Fit aliqn̄ ex multiplicatiōe colere rubee ī stō ⁊ ite-
stinis cū sup̱fluitate q̄ mordicat intestina ⁊ stōm ⁊
excitat vomitū eadē hora ⁊ secessuꝫ: ⁊ h̄ ē deterior
eaꝝ ⁊ peior ⁊ magis timorosa.

Signa passionis colerice ex fri. cā sūt
an̄cessio sacietatis ⁊ nausee: ⁊
multitudo vētositatū ī vētre ⁊ intestinis an̄ īfirmi
tatē p̱ dies aliquot: ⁊ ꝙ īcipit cū dolore vmbilici ⁊
punctura eiꝰ. deinde aduenit solutio plurima aut
absq̄ vomitu aut cū vomitu flegmatico: vel epati
co. ⁊ intelligas p̱ vomitū epaticū qn̄ emittit infir-
mus p̱ os aquositatē sil̄eꝫ aque ablutiōe carnis re
cētis ⁊ ꝙ comedit absq̄ lōgitudine t̄pis pisces fri
gidos aut cibaria fri. generātia ⁊ faciētia de p̱pri
etate nauseā ⁊ fastidiū ⁊ materiā frigidā ⁊ viscosā.

Signa colerice ex effusione colere rubee ad stōꝫ
⁊ īstina ē nausea vehemēs ⁊ sitis assidua: ⁊ cuꝫ bi-
bit aquā fri. sedat̄ nausea donec calefiat in stoma-
cho: deiñ euomit eam ē solutio vētris qn̄q̄ cū ea:
⁊ quādoq̄ sup̱fluit adeo ꝙ facit sup̱ueniēte in sy-
rupo sincopiꝫ: ⁊ pulsus eiꝰ cadit: ⁊ ē cū ea estuatio
⁊ moblititas ⁊ īflāmatio magna ⁊ vehemēs. ⁊ mul
totiēs turbatio mentis.

Cura colerice ex cā frig. ē vt bibat sepe
aquā calidā cū sentit puncturas ⁊
tortionē in vētre ⁊ ī intestinis ī q̄ bulita fuerint ci
minū ⁊ galāga ⁊ piper longuꝫ: ⁊ reqrat infirmus
somnū p̱posse. Et p̱hibeatur ab assellatōe quātū
possibile ē ⁊ infundat panē biscoctū vel siccū val-
de bene coctū in vino veteri: ⁊ eū comedat postq̄
bn̄ īfusꝰ erit ⁊ factꝰ mollis p̱ infusionē. Et si sentit
post h̄ grauitatē vel dolorē in capite suo dormiat
iteꝝ p̱ posse. Et cū euigilauerit ītret balneum aq̄
decoctionis floris camomille ⁊ absinthij ⁊ mellilo
ti ⁊ rosarum rubearum. Ungatur totus stoma-
chus cum oleo de mastice ⁊ oleo rosato ⁊ aliquan-
tulo aceti. Nutriatur post vomitum ⁊ mundifica
tionem aqua calida dicta superius vel cum aqua
calide mixta cum melle vel pipere longo cum per
dicibus fasianis et turturibus: et pullis vel gali-
nis assatis in ventre quoꝝ cocta sint grana mirti
loꝝ ⁊ piper longum vel ciminum. Bibat bonum
vinum odoriferꝝ in quo ponatur aqua decoctiōis
mirtiloꝝ ⁊ galange vel piperis lōgi. sepe ante prā
dium ⁊ ante cenā sumat trociscos stelle cum vino
decoctionis mirtiloꝝ vel aqua decoctionis pipe-
ris longi: ⁊ etiam post prādiū sepe sumat tyriacā
cū eisdē liquoribus. Si aūt h̄ mō nō mūdificaret̄
mūdificet̄ cū decoctione facta ex mirobalanis ke
bulis reubarbaro mirtil̄ ⁊ zucharo ro. ⁊ tūc post
mundificatōem maxime si esset infirmus debilis
posset cibari ex brodio galine bone in quo ponerē
tur vitelli ouoꝝ ⁊ puluis galāge ⁊ mirtiloꝝ: ⁊ bi-
bere vinū rubeū puꝝ mixtum cum aqua decoctio
nis mirtiloꝝ: ⁊ postea facere īfirmū redire ad suā
consuetudinem.

Cura passionis colerice ex cā calida est vt su-
mat cū incipit plurimum aque ca. ⁊ vt euomat eaꝫ
cum facilitate ⁊ egrediatur ab eo plurimum illius
colere. Cum ergo p̱uenit vomitꝰ vel assellatio ad
hoc vt virtꝰ cadat ⁊ sup̱fluit: tūc ligent̄ vtraq̄ ad
iutoria ⁊ coxe eiꝰ: ⁊ infrigidet̄ stomachꝰ eius cum
niue ponendo eā sup̱ ipsum: aut ponendo pānos ī
fusos ī aqua ro. mixta cū aceto: seu ī aqua fri. mi-

xta cum eodem sup ipsum stomachum ⁊ totuz ven
trē. fundatꝛ sup extrema aq̄ fri. aut ꝯspgantꝛ extre
ma. s. man⁹ ⁊ pedes cū aq̄ fri. ⁊ sepe vice post vicē
da ei ī potu rob granatoꝝ acetosoꝛuz purum: aut
agrestā purā: ⁊ aliqn̄ misceantꝛ ista cū aqua fri. si p
se illa bibere nō posset: ⁊ qn̄ illa euomit ista reitera
multotiēs ⁊ da ei in potu cū aliquo ex istis liquoꝛi
b⁹. si vomit⁹ nō cessauerit: spodiū ⁊ lutū armenū ⁊
ro. siccas vel dissolue ea ī aqua maloꝝ acetosoꝝ vł
da ei ī potu puluerē mirtiloꝝ p se vł cuz terra sigil
lata ⁊ cuz aqua maloꝝ acetosoꝝ vł cuz liquoꝛibus
dictis aut cū aqua berberis ⁊ puluere coꝛticū gra
nati ⁊ sanguine dꝛaconis: ⁊ da ei aliqn̄ cuz virtus
fuerit remanēs de aq̄ veri frigoꝛis vel p se vł cum
spodio aut cū bolo armeno. Et si euomit r̄itera do
nec videas vomitū aleuiari paꝝ p aut ꝫm aliqd ⁊ tē
fac eū soꝛbere aquā carnis assumptā ex pullulꝭ ꝯtri
tis ⁊ pistatꝫ: ⁊ funde sup illā aquā carniuz pulloꝝ
paꝝ aque citonioꝝ ⁊ paꝝ vini ⁊ pulueriza desuper
panē siccū ⁊ bn̄ coctū ⁊ bn̄ tritū. Et si euomit istud
reitera illud sup īfirmū donec recipiat illud: ⁊ da
ei ī potu aquā agreste ī q̄ īfusi sint pulli ⁊ pdices ⁊
pulli ⁊ colūbini assati ⁊ ꝯtriti ī vētre quoꝝ sint po
sita grana mirtiloꝝ ꝯtrita aut fruct⁹ berberis: ⁊
cū recipit cibū tunc da ei ī potu vinuz odoꝛiferꝝ sti
pticū: ⁊ cohopi euz vt doꝛmiat. nā nihil ē meli⁹ in
vomitu ⁊ vētris fluxu q̄ꝫ somn⁹. Et si post somnū
sentiret se aleuiatū ⁊ foꝛtē cōmode possꝫ poni ī bal
neo tepido aque decoctōis rosaꝝ ⁊ floꝝ camomil
le: ⁊ post exitū a balneo dꝫ iungi stomach⁹ ⁊ totus
vēter cuz oleo ro. ⁊ oleo de mastice mixtis eq̄liter
cū qb⁹ addatꝛ aliqd aceti vel vini de gra. acetosis.

Capitulum. cxiiij. de debilitate epatis.

Ebilitas epatis cō-
D
muniter vocatꝛ qn̄ vł epar nō rectifica
tur qd̄ a stō mādatꝛ: aut qn̄ diminuitꝛ di
gestio ī eo ⁊ q humoꝛes ꝯuenīētes nō
mādat ad mēbꝛa neq̄ꝫ mādare pōt: ⁊ h totū ē aliqn̄
vitio alicui⁹ q̄litatis ex q̄tuoꝛ q̄litatib⁹ absq̄ꝫ ma-
teria ⁊ cum materia.

Signa debilitatis ep̄is sunt egestio si
milis aque carnis recētꝫ cum
abluitꝛ: ⁊ paucitas appetit⁹ ⁊ extenuatio coꝛpoꝛis.
Sꝫ si fuerit cū caliditate ⁊ cū materia vł absq̄ꝫ ma
teria p̄dicta debilitas hēbit infirm⁹ ī facie ⁊ toto
coꝛpoꝛe coloꝛē rubeū mixtuz citrino vel citrinum
puꝝ cū mala foꝛma coꝛpoꝛis absq̄ꝫ ei⁹ īeq̄litate: ⁊
alteratōez cū doloꝛe sentiret ī dextro latere apud
costas posterioꝛes: ⁊ patietꝛ siccitatē ⁊ asperitatē ī
oꝛe ⁊ pallato ⁊ sitiz vehemētē. Et ei⁹ vꝛina erit ruf
fa vel rubea seu citrina itēsa subtilis vł spissa: sub
tilis cū fuerit caliditas absq̄ꝫ materia vł cuz opila
tōe. spissa cū materia ī epate fuerit multiplcata si-
ue p opilatōez aut p habūdātiā ei⁹ ī quantitate ex
cā generāte ipsaz. sꝫ si fuerit debilitas cum frigi-
ditate habebit patiens in facie ⁊ toto coꝛpoꝛe co-
loꝛem album vel palidum seu liuidum absq̄ꝫ ineq̄-
litate cutis: ⁊ grauitatez totius coꝛpoꝛis ⁊ lateris
dextri: ⁊ pigritiā ⁊ somnietatē. ⁊ ei⁹ vꝛina erit al-
ba subtilis vł glauca: seu palida si p̄dicta debilitas
fuerit absq̄ꝫ materia ⁊ cū opilatōe. Si v̄o cuz ma-
teria erit vꝛina lactea vel karopos vel palida spis-
sa ex mat̄ia multiplicata ī ep̄e aut pp opilatiōem q̄
īpedit ei⁹ trāsitū ad loca debita: aut ex reb⁹ gene-
rātib⁹ ipsaz materiā frigidā ī ipso: q̄ materie cali-
de vel fri. multiplicate ī ep̄e aut pp opilatiōez aut
pp aliā cāz faciēt tumoꝛē ī pedib⁹ ⁊ mēbꝛis post lō
gū tp̄s ⁊ finalitꝛ cacesiā ⁊ idropisim.

Cura dbilitatꝫ ep̄is pp caliditatē absq̄ꝫ
matia: fiat emplastꝝ sup epar qd̄
sic fit. ℞. sandali rubei ⁊ albi: rosaꝝ ru. ⁊ cāphoꝛe
añ. ʒ. j. terantꝛ ⁊ puluerizētur ⁊ misceantꝛ cuz aqua
ro. ⁊ aliquantulo aceti ⁊ infundatur filtꝝ vel pan
nus de lana in h toto cum fuerit calidum: ⁊ h cali-
dū supponatꝛ epati ⁊ cum tepꝫ ceperit remoueatꝛ:
⁊ alius loco eius ponatꝛ. Aliud ad idē. ℞. succū so
latri ⁊ misceatur cū puluere sandaloꝛuz ⁊ campho
re ⁊ ponatꝛ cū eis aliqd aceti ⁊ calefiat h totū ī quo
cuz calidum fuerit imponatur filtruz vel pannus
⁊ fiat iterando cum tepuerit vt dictum est supꝛa.
Aliud ad idem. ℞. succum semperuiue succuz ace
tose vel plantaginis ⁊ misceantur cum puluere ro
sarum rubearum camphoꝛe ⁊ aliquantulo aceti: ⁊
fiat cū fuerit calidum vt dictum est in allijs. Su-
mat in potu syrupum acetosum vel oxizacharam
vel vinum de granatis cum aqua decoctionis oꝛ-
dei endiuie vel solatri: cuscute acetose aut cicoꝛee
vel lactucarum. Agrestam etiam bibat vel succuz
berberis vel acetose cum aqua decoctionis lactu-
caꝝ vel endiuie. Abstineat a cibis calidis ⁊ vino ⁊
cofectionibus de melle. Comedat succum oꝛdei vł
auene ⁊ holus factum ex cucurbitis lactucis ⁊ bo
ragine in quo ponatur aliquid aceti. Comedat me
lones ⁊ psica ⁊ pꝛuna acetosa: ⁊ bibat cuz eis aquā
decoctionis berberis vel acetose aut aquam deco
ctionis granatoꝛum aut acetum cum aqua. Si au
tez esset debilis comedat carnes edi perdicuz pul
loꝝ castrati iuueuiꝭ ꝯcoctaꝭ cū cucurbitꝫ herba en
diuie vel herba lactucarum seu herba scariole: ⁊
condiantur ille carnes cū agresta vel vino de gra
natis aut succo berberis vel acetose: aut aliqua re
acetosa vel agresta ⁊ similibus. Si vero debilitas
epatis fuerit ex caliditate cum materia fiat ꝫm q
dictum est in omnibus. ⁊ purgetur cum decoctio
ne facta ex reubarbaro ⁊ aqua decoctionis pꝛuno
rum ⁊ tamarindoꝛum: ⁊ sit puluis reubarbari. ʒ.
. ij. vel. ʒ. j. s. ⁊ aqua decoctionis tamarindoꝛum
⁊ pꝛunoꝛum sit. ℥. iiij. detur ante diem in matuti-
nis ⁊ h sepe vice post vicem. Sumat post purgatō
nem quādo fuerit cum materia: ⁊ ante purgatio-
nem quādo fuerit absq̄ꝫ materia trocisci berberis
q sic fiūt. ℞. suc. berberꝫ. ʒ. x. se. endiuie se. citrul
li seminis potulace añ. ʒ. iij. rosarum. ʒ. ij. reubar
bari. ʒ. j. spice. ʒ. s. foꝛmentꝛ trocisci ponderis vni
us aurei: ex quibus detur vnus cum syrupo aceto
so aut cum succo granati. Cura debilitatis ex fri-
giditate absq̄ꝫ materia est vt recipiat cum oximel-
le omni mane vnum de trociscis de reubarbaro q
sic fiunt. ℞. spice macis: succi eupatoꝛij succi absin
thij seminis fenugreci anisi añ. ʒ. ij. reubarbari. ʒ
. x. foꝛmentur trocisci pondere auri vni⁹. Fiat em
plastrum tale super epar. ℞. ciperi masticis spice
calami aromatici squināti croci mirre añ. ℥. s. dis
soluantur mirra ⁊ mastix in vino ⁊ misceantur cū
alijs ⁊ fiat emplastrū super epar. Trocisci alij foꝛ
tioꝛes superioꝛibus q recipiuntur omni mane in
auroꝛa cum apozimate de radicibus sic fiunt. ℞.
lacce reubarbari añ. ʒ. iij. spice seminis apij: ame-
os masticis squinanti iuniperi: amigdalaruz ama
rum costi amari: rubee succi euapoꝛatoꝛij assari
aristologie rotunde gentiane añ. ʒ. j. s. foꝛmentꝛ
trocisci pondere vnius aurei. Apozima de radici
bus cum quo pꝛedicti trocisci recipiuntur sic fit.
℞. coꝛticum radicum apij fenureci añ. ʒ. x. semi-
nis apij seminis fenugreci floꝝ squinanti aut sq-
nanti ameos añ. ʒ. v. rosaꝝ rubeaꝝ spice añ. ʒ. iij.
pistentur ⁊ coquantur in. lt. j. aque donec ad ter-
tiam redeat ⁊ sumatur in potu cum trociscis post-
q̄ꝫ fuerit colata. Nutriatꝛ cum cibis digestibilib⁹
vt sūt carnes castrati ⁊ arietꝫ annualꝭ ⁊ carnes edo
rū ⁊ caponū gallinaꝝ pulloꝝ ⁊ oiuz auiū degētiū
ī arboꝛib⁹ ⁊ ī pꝛatꝫ ⁊ nō ī aqs. coquantꝛ cū herba fe
niculi ⁊ petrose. anisi aut ī testula vł pastillo ⁊ ī ve-

ru ⁊ vitellos ouoꝝ comedat etiam. Condiantur sua cibaria cū puluere q̄ sic fit. ℞. cinamomi. ʒ. ij. cardamomi gariofiloꝝ nucismus. galāge añ. ʒ. ij. croci. ʒ. j. fiat puluis cribelat⁹. Bibat vi. claꝝ odoriferꝝ puꝝ vel mirtū cū aq̄ decoctōis endiuie vl' cicoree. Si aūt materia fuerit peccās cū q̄litate fri. mūdificet̄ cuꝫ decoctōe q̄ fit ex mirobalanis kebulis ⁊ reubar. sene ⁊ epithimo: rosis ⁊ scolopēdria ⁊ melle ro. ⁊ zucharo ro. aut cū pillul' stomaticis alkindi vl' fetidis aut pigra q̄s faciem⁹. Idē ē modus curatōis cū caliditate ⁊ sicc. frigi. ⁊ sicci. absq̄ mat̄ia ⁊ cū mat̄ia. Scire hic ꝯuenit ꝙ q̄daꝫ sunt q̄ de ꝓpetate valēt ⁊ remouēt debilitatē oēꝫ ⁊ ipinguāt epar sicut sunt passule cū suis iterioribus qñ bñ masticāt̄ ⁊ comedūt̄ ⁊ sicut puluis epis adib qñ duo aurei ex eo sumūt̄ cū vino dulci vel cocto ī aurora ꝯfortat epar ⁊ sanat oēꝫ debilitatē ⁊ cōplexionē ī eo īductaꝫ ex q̄cunq̄ cā fiat.

Caplm̄. cxv. de apatibus ⁊ exituris epatis.

Posthema epatis

a qñq̄ ē calidū sāguineū aliqñ colericū: qñq̄ ē flegmaticū ⁊ aliqñ melicuꝫ. Attēde h̄ dr̄iaꝫ iter apa ⁊ exiturā. nā apa appellat̄ cū ē egritudo ꝑse ⁊ ꝑse icipit. Exitura vero cuꝫ ꝯseq̄t̄ ad aliā egritudinē: aut cū aliq̄ egritudo terminat̄ ꝑ apa: tūc apa a phis exitura appellatur īueritate.

Signa apatis calidi sanguinei sūt vrina ru. ⁊ spissa ⁊ pulsus magn⁹ lat⁹ ⁊ mollis: ⁊ color faciei rube⁹ mixt⁹ fuscedini. Et dolor sub costis aggrauatiu⁹ cū pulsatōe ⁊ motu. ⁊ ꝙ ex tactu īuenit̄ durities cuꝫ figura q̄si lunari suꝑ epar: ⁊ hītudo carnosa sanguinea: ⁊ ꝙ añ īfirmitatē vsus ē reb⁹ generātib⁹ sanguinē. ⁊ feb. īseparabilis ⁊ dulcedo ī ore ⁊ defectio appetit⁹ ⁊ sitis sꝫ nō vehemēs: ⁊ tussis nō multū sic. ⁊ singult⁹.

Signa apatis ca. colerici sunt vrina ru. acuta ī q̄ aliq̄ apparet spissitudo: eo ꝙ colera īpedimento apatis ⁊ ꝑꝑ duritiē ⁊ opilatōeꝫ ⁊ grossitiē īductā ī epe ad loca ꝓpa nō mādat̄ vñ cuꝫ remaneat ī modū suꝑfluitat̄ ī ipo epe miscet̄ cuꝫ vrina ⁊ ipsā quodāmō īspissat ⁊ pulsus velox ⁊ dur⁹ īquo multa reperit̄ diuersitas ⁊ febris īseparabil' ⁊ vehemētia sitis ⁊ oris amaritudo. ⁊ color faciei ⁊ toti⁹ corporis citrin⁹ ⁊ singult⁹ aliqñ ⁊ tussis sicca cuꝫ q̄ nō ē sputum ⁊ casus appetitus.

Signa apatis flegmatici cū icipit ē fe. īseparabil' lēta oculta defectio appetit⁹ cuꝫ nausea ⁊ singult⁹ sꝫ ē absq̄ siti. Et ei⁹ vrina ē citrina vl' palida spissa: ⁊ pulsus paru⁹ ⁊ moll: ⁊ tussis aliqñ ⁊ grauitas latis dextri ⁊ color toti⁹ corporis alb⁹ vl' liuidus ⁊ habitudo mollis vel pinguis ⁊ tumor sensibilis cum duritie multa.

Signa apatis melici sūt ꝙ apparet tactui sub cost̄ res dura ⁊ corrūpit̄ color toti⁹ corporis ⁊ faciei: ⁊ ꝯuertit̄ ad paliditatē vl' cinereitatē: ⁊ singultus q̄ ē de cōib⁹ signis ⁊ sitis vehemens ⁊ pōdus graue ī sinistro latere: ⁊ tussis ⁊ defectio appetit⁹ absq̄ nausea ⁊ vomitu: ⁊ vrina glauca subtil' ⁊ pulsus paruus strictus ⁊ durus.

Cura apatis calidi sāguinei ē vt fiat flebotomia d̄ basilica aut de saphena man⁹ sinistre ī ṗncipio ⁊ post illud ꝑ tres dies mūdificet̄ cū decoctōe q̄ fit ex reubarbaro tamarindus ⁊ prunis. Fiat flebotomia ī istis apatib⁹ ⁊ similib⁹ ī parte ꝯ̄ria ī ṗncipio cū corp⁹ fuerit repletuꝫ ⁊ carnosuꝫ: qñ vo nō īuenit̄ fit ex eadē et hvolunt oēs. Emplastret̄ epar cum sandal' cāphora ⁊ aq̄ ro. ⁊ īfrigidet̄ ꝯtinue cuꝫ succo solatri ⁊ acetose ⁊ semꝑuiue ⁊ aq̄ ro. ⁊ cū eis ponat aliq̄d aceti sēꝑ. Bibat ī aurora ⁊ añ cenā oxizacharā vel vinum de gra. vel syrupuꝫ acetosuꝫ cum aqua decoctionis endiuie lactucaꝝ vl' solatri aut semꝑuiue. Comedat vsq̄ quo febris fuerit diminuta succuꝫ ordei vl' farri vl' auene vl' lactucas coctas vel cucurbitas ꝯditas cū agresta vl' vino de gra. Bibat cuꝫ cibo aquā decoctōis granatoꝝ vl' agreste vl' aquā decoctōis pomoꝝ acetosoꝝ: ⁊ sit semꝑ larg⁹ s̄ꝫ vētrē aut ꝑse aut b̄ñficio clisteris lenitiui vel suppositorij. Et cū febris aleuiata fuerit ex carnib⁹ pullinis vel edinis ꝯditis ⁊ coctis cuꝫ berberis agresta vino de gra. vel pomis acetosis regat̄ ⁊ vsq̄ ad vltimuꝫ infirmitat̄ sit ꝯtēt⁹ ī potu dicto si est possibile. Si foret nimis debilis bibat vinū debile limphatū ita ꝙ aq̄ vīcat sapore ⁊ odore ī cōmixto.

Cura apatis colerici ī epate ē eadē cuꝫ supradicta ī oīb⁹. sꝫ ī colerico mūdificatio cuꝫ decoctōe dicta illic dꝫ sepi⁹ fieri q̄s flebotomia: ī suꝑiori flebotomia sepius dꝫ fieri q̄s mūdificatio.

Cura apatis flegmatici ī epate ē etiā flebotomia: ⁊ h̄ nō ē rōne materie et dispositiōe ipsi⁹ materie: sꝫ q̄ omne apa vbicūq̄ fiat semꝑ fit ex cursu materie ꝑ venas ad locuꝫ aposthemosuꝫ: et flebotomia oēꝫ mat̄iā ꝯtētā ī venis et currētē ꝑ venas eq̄lit̄ minuit et ꝓportōalr̄. Iō voluit. G. ī cōmēto regiminis acutoꝝ suꝑ v̄bo Hypo. vbi dicit Et si dolor ꝑ calefactoriū nō alleuiat⁹ fuerit et ad furculā ascēderit ⁊c. ꝙ flebotomia sit ꝯferēs ī omni apate et ē min⁹ timorosa q̄s medicina q̄uis medicina sit ꝯueniēs vt voluit Hypo. eodē. c. et in h̄ oēs ꝯueniūt. Purget̄ sepe cuꝫ medicamine d̄ turbit et aq̄ decoctōis endiuie vl' lactucaꝝ aut cicoree vel decoctōe facta ex mirobalanis kebulis et reubarbaro et sq̄nāto. Bibat ī mane et ī aurora et añ cenā de oximelle cōposito. ʒ. j. s. cuꝫ. ʒ. iij. aq̄ decoctōis ciperi aut capari: vel ameos aut amomi fiat īfirm⁹ larg⁹ s̄m vētrē: aut ꝑ clistere ꝙ meli⁹ ē: aut cū suppositorio. Emplastret̄ epar ī ṗncipio cū absinthio pistato et farina ordei vl' melice: et cum puluere facto ex ciperis: gall': cipss: sq̄nāto: caparis: mastice: vernice: et granis mirtiloꝝ et farina lupinoꝝ et buliāt ī aq̄ vsq̄ ad spissitudinē et addatur aliq̄d aceti ī fine. In ṗncipio vsq̄ ad q̄etē vl' sedatōeꝫ fe. bibat aquā decoctōis endiuie et scariole vl' cipi ī q̄ coq̄t̄ mel vl' zucharꝝ. Comedat aquaꝫ cauliuꝫ vel ciceris vel farinaꝫ ordei vel auene vel spelte vel bolus factum ex spinachijs et herba feniculi cuꝫ lacte amigdalarum. Ungatur epar cuꝫ oleo de mastice vel oleo de spica mirto cum oleo rosato et aliquantulo aceti. Cum vero febris incipit minui vel sedari: nutriatur ex carnibus edinis et pullinis alteratis cuꝫ lactucis et cucurbitis: spinachijs et attriplicibus. condiant̄ cum agresta vl' berberis aut vino de granatis et vitellis ouorum et puluere qui fit ex cinamomo galanga: gariofilis et croco. Bibat vinum album limphatum cuꝫ aqua decoctionis endiuie vel lactucarum vel portulacarum.

Cura aposthematis duri melancolici cum incipit. et cum febre: Curatur cum flebotomia de saphena eiusdem partis vel contrarie si corpus fuerit plectoricum: et parum in isto subtrahatur de sanguine. Mundificetur sepe cum decoctione facta ex mirobalanis indis sene epithimo ⁊ reubarbaro. ⁊ semper venter eius sit largus: aut per clistere q̄d melius est: aut per suppositorium. Ungatur cum oleis dictis in flegmatico et emplastretur et addatur in emplastro supradicto puluis farine fenugreci et seminis lini et herba floris camomille et mellilothi. In dieta et potibus fiat vt dictum est in apate flegmatico: et qñ est cum febre et hora qua fe. tepescit. Sciēdum est hic ꝙ apata calida et fri. epatis requirūt emplastra maturatiua cū ve-

ꝑtinet ad ſtomachum ⁊ non reſoluuntur que matu
rēt: ⁊ habeāt vtutē mollificatiuā ⁊ ꝯfoꝛtatiuā ⁊ re
ſolutiuā. nā oē apa vt vult. G. cōmēto ꝓnoſticoꝝ
particula. j. ſup verbo. ꝙ ſi tranſierit diē. xx. dicit
.n. ibi ꝙ omne apa poſtꝗ̃ nō interficit ſubito: aut
reſoluit̃ totalit̃ aut reſoluit̃ ſubtile ⁊ groſſū rema
net: aut ꝯuertit̃ in venenū vincēte caloꝛe accidē-
tali i ꝯuerſione. Emplaſtꝝ qd̄ facit in apatibꝰ ca.
in ſtatu ⁊ poſt ſtatū anteꝗ̃ apiant̃ ſic fit. ℞. fari-
ne oꝛdei. ℥. iiij. farie fenugreci ſe. lini an̄. ℥. ij. pin-
guedinis anſeris: anatis ⁊ poꝛci an̄. ℥. ij. ciperi ſq
nanti an̄. ℥. j. s. terbentine. ℥. iiij. maluauiſci cocti
mundati a ligno iterioꝛi iciſi fruſtrati ⁊ piſtati op-
time ita ꝙ reducꝰ ſit ꝑ piſtatōez ad naturā aſun-
gie. lī. j. olei de maſtice olei ro. an̄. ℥. iiij. cere. ℥. j.
diſſoluat̃ armoniacū terbētina ⁊ cera i cazola ad
ignē ⁊ cū diſſoluta fuerit incoꝛpoꝛēt̃ in moꝛtario
cū maluauiſco ꝑparato dicto ⁊ oībus alijs rebꝰ ⁊
icoꝛpoꝛēt̃ ⁊ reducāt̃ ad vnū cū piſtello ſm ꝙ meliꝰ
fieri pōt: poſtea ertēdat̃ ſr̄ coꝛiū ⁊ ponat̃ ſup epar
Emplaſtꝝ ac apata fri. ꝑꝑ cauſas dictas ꝯueniēs
ſic fit. ℞. bdelij ſerapini armoniaci opoponaci an̄
℥. s. cipi capari acoꝛi ſquināti an̄. ℥. s. farine ſe. li-
ni fenu. an̄. ℥. iij. maluauiſci ꝑparati. lī. j. olei d̄ ſpi
ca. ℥. ij. terbētine. lī. s. diſſoluant̃ gūme in vino ⁊
cū diſſoluta fuerint addat̃ cū eis terbētina ⁊ diſ-
ſoluat̃ cū eis: ⁊ cū diſſoluta fuerīt oīa ponāt̃ i moꝛ
tario ⁊ icoꝛpoꝛent̃ cuꝫ piſtello ita ꝙ vnū coꝛpꝰ fiat
⁊ ponat̃ ſup coꝛium ⁊ poſtea ſup epar: iſta. n. em-
plaſtra cū h̄ ꝙ maturāt ꝯfoꝛtāt ⁊ mollificāt: adiu-
uāt naturā ad mūdificatōez ſaniei ꝑꝑ apertiōez ⁊
rupturā. ſꝫ raro apata epis ꝯuertunt̃ ad ſaniē ita
ꝙ mūdificent̃ cuꝫ ſanitate ifirmi: imo ſm pluri-
muꝫ ⁊ q̄ſi ifirmꝰ ad moꝛtē ꝯuertit̃: eo ꝙ natura in
tā nobili mēbꝛo ꝑꝑ neceſſitatē ſue opatōis ad to-
tū coꝛpꝰ ſaniē cuꝫ vlcere lōgo tpe ſuſtinere nō pōt
⁊ cū tal' diſpoſitio neꝗ̃ ꝑ naturā neꝗ̃ bn̄ficio me-
dici leui tpe curari ⁊ remoueri nō poſſit ſeq̄t̃ ex ne
ceſſitate ꝯſideratōis ꝙ ſit cum ad ſaniē euenerit
incurabilis ⁊ moꝛtalis: ⁊ hoc firmiter credimus
abſꝗ̃ dubio.

Capl'm. cxvj. de opilatiōe ⁊ duritie epatis.

f Jt ex matia aduſta vl' flegmatica
groſſa viſcoſa ⁊ aliqn̄ ē cuꝫ
fe. ⁊ aliqn̄ ſine fe.

Signa opilatōis cōia ſūt ꝙ
aliqn̄ ē ſine fe. ⁊ gra
uitas quā ſētit vl' iuenit ifirmꝰ ſub latere dextro
ē abſꝗ̃ doloꝛe ⁊ pꝛauitas digeſtionis ⁊ vētris le-
nitas. Si aūt fuerit abſꝗ̃ fe. ⁊ fuerit ex matia adu
ſta vꝛina eiꝰ erit tīcta cuꝫ ſubtilitate: ⁊ coloꝛ totiꝰ
coꝛpoꝛis declinabit ad citrinitatē vl' nigredinē ⁊
erit ifirmꝰ cuꝫ ſiti vehemēti: ⁊ patiet̃ pꝛuritū ⁊ ar
doꝛē i carne ⁊ toto coꝛpoꝛe: ⁊ vꝛina iducet ardoꝛē i
virga ⁊ habitudo coꝛpoꝛis erit extenuata ⁊ ſubtil'
⁊ pulſus ſpiſſus cuꝫ q̄dā velocitate. Si aūt cuꝫ fe.
fuerit ſigna magis intēſa erunt.

Si vō ex matia viſcoſa ⁊ flegmatica ꝯtingeret
epis opilatio ⁊ abſꝗ̃ fe. erit vꝛina ſpiſſa nō coloꝛa
ta ⁊ hītudo totiꝰ coꝛꝑis ſq̄lida ⁊ diſcoloꝛata palida
vel liuida: ⁊ patiet̃ ſero iflatōez peduꝫ ⁊ pulſus eiꝰ
erit paruꝰ debilis cuꝫ q̄dā mollitie ⁊ erit ifirmus
abſꝗ̃ ſiti ⁊ defectuꝫ patiet̃ appetitꝰ ⁊ multiplicabi
tur ſputuꝫ iſipiduꝫ in eo: ⁊ fiet vomitꝰ vel nauſea
quandoꝗ̃.

Si vō cuꝫ fe. fuerit h̄ ſigna d̄bilioꝛa erūt ⁊ magꝫ
remiſſa. nā cali. febꝛilis minuēdo humi. vl' exiccā
do eā mitigat ſigna ꝑdicta: ſꝫ ea oīo nō deſtruit.

Cura opilatōis epis ex materia aduſta
abſꝗ̃ fe. ē vt ſumat̃ oximel cōpoſi
tuꝫ cuꝫ aqua decoctionis ſcariole cipi endi. ⁊ zu-
chari. Sumat de diacurcuma ſepe ante cenam.
Mundificetur cum aqua decoctionis reubarbari
ſene epithimi ⁊ ſq̄nāti ꝯdita cuꝫ melle ro. colato.
Bibat vinuꝫ albuꝫ odoꝛifeꝝ claꝝ i quo ponat̃ ali
q̄d aq̄ decoctiōis cipi ⁊ ſcariole vl' cicoꝛec. Come-
dat herbā feniculi petroſelini ⁊ boꝛaginis ⁊ car-
nes caſtrati: edi: pulloꝝ: ⁊ oiuꝫ auiuꝫ degētiuꝫ in
arboꝛibꝰ ⁊ i pꝛatꝫ ⁊ nō i aq̄s coctas cuꝫ herbis ⁊ i
veru: teſtula ⁊ paſtillo: ꝯdiāt̃ cuꝫ puluere cinamo
mi cardamomi galāge: gariofiloꝝ ⁊ croci ⁊ aliquā
tulo aceti. fiat ēt ꝯdimētuꝫ cum carnibꝰ qd̄ ſic fit.
℞. aliquātulū folioꝝ petroſelini: mēte: duos vi-
tellos oui ⁊ bolū panis: ⁊ ad iuicē piſtēt̃ ⁊ cum eis
ponat̃ aliq̄d de ſpēbꝰ dictis: ⁊ diſſoluat̃ h̄ totū pi
ſtatuꝫ ſil' cuꝫ aceto foꝛti vl' agreſta ⁊ buliat i lebete
ad ignē. hoc. n. opilatōes aperit ⁊ appetituꝫ ꝯfoꝛ
tat ⁊ ſtomachum.

Si āt cuꝫ fe. vl' caloꝛe fuerit opilatio. fiat flebo
tomia de ſaluatella manꝰ dextre ⁊ regat̃ cuꝫ alijs
rebꝰ vt dictuꝫ ē ꝑter ꝙ vbi ponit̃ mel i ſupioꝛi cu
ra ponat̃ hic zuchaꝝ: ⁊ qn̄ vinuꝫ dat̃ det̃ aq̄ deco
ctōis endiuie: zuchari: ciperi: ⁊ vini d̄ gra. vl' agre
ſte aut aceti: vl' det̃ aliq̄d vini debil' cuꝫ eadē aqua
mixti. Vngat̃ leuit̃ nō fricādo epar omni die cum
oleo de ſpica i quo ſit aliq̄d aceti ⁊ poſtea cohopia
tur cuꝫ pecia ca. de lino vel de filtro.

Cura opilatōis epis ex materia viſcoſa vel gip
ſea ē vt recipiat ifirmꝰ omni mane i auroꝛa vel an̄
cenā oximel ſq̄liticuꝫ vl' oximel cōpoſituꝫ cuꝫ aq̄ d̄
coctōis cipi capari ſe. ſcariole ⁊ endiuie aut cuꝫ vi
no albo odoꝛifero fri. eſtate ⁊ hyeme cali. Sumat
diacurcuma vel diatrion piꝑeon: ⁊ bibat poſt il-
lud vinuꝫ albuꝫ. purget̃ ſepe cuꝫ turbit ⁊ reubar
baro mixtꝫ ⁊ puluerizatꝫ cuꝫ melle ro. colato ⁊ aq̄
decoctōis endiuie ⁊ ſcariole. Vngat̃ epar cū oleo
de ſpica i quo ſit aliq̄d aceti: ⁊ poſt vnctōez ponat̃
pecia ſup epar vl' filtꝝ cal. Bibat vinuꝫ albuꝫ abſ
ꝗ̃ aq̄ odoꝛifeꝝ. Comedat carnes ⁊ herbas coctas
⁊ ꝯditas cuꝫ ſpēbꝰ vt dictuꝫ ē ſupꝛa. poſſet cōmo
de ⁊ bn̄ comedere alea cocta: nuces ⁊ ficꝰ ſiccas cuꝫ
eis. poſt purgatōes r̄cipiat i auroꝛa trociſcos ſtel
le cuꝫ vino ⁊ melle ro. colato: et aliqn̄. ℥. s. tyriace
cuꝫ vino. Attēde hic ꝙ ſi epar adib exiccet̃ i fur-
no vel ad ſolē et terat̃ et cribelet̃ et detur cuꝫ vi-
no cocto ſtomacho ieiuno poſt purgationem ꝙ ſa
nat omnem egritudinem epatis et idropiſim de
pꝛopꝛietate. et debꝫ eſſe quantitas pulueris. ℥. ij.
et vini. ℥. iij.

Capitulum. cxvij. de ventoſitate in epate.

b Ec egritudo que uē
toſitas epatis appellatur fit ſemꝑ ex
materia in q̄ caloꝛ naturalis nō ꝯſequi
tur vltimuꝫ digeſtionis: imo ꝯuertit
ipſaꝫ materiā i fumuꝫ et vapoꝛē vētoſuꝫ: q vapoꝛ
vētoſus ſua ſubtilitate et vapoꝛoſitate mobili in-
ducit̃ i meſaraicis et vacuitatibꝰ q̄ circha epar exi
ſtūt et mouēt̃ ſic vēti et nubes: et ſuo mō dilatant
loca illa et doloꝛē faciunt et toꝛtōez.

Signa vētoſitatꝫ i epe et partibꝰ eiꝰ
ſunt tēſio ſub latere dextro q̄
mouetur et agitatur hoꝛa digeſtionis cibi: et ſeda
tio per compꝛeſſionem vehementem cum manibꝰ
ſuper ipſuꝫ. Et exiſtimant ſtulti medici ex iſta cau
ſa vel modo doloris vel toꝛtionis ꝙ ſi opilatio vl'
apoſthema et rugitꝰ circha partem yliorum et cir
cha radices coſtarum ex parte dextra: et ſequitur
multotiens febꝛis doloꝛeꝫ talē. Et vꝛina apparet
valde ſpumoſa vl' ſpiſſa et alba vel glauca: et quā-

do ē cū fe. est vrina magis colorata et minus spissa: ⁊ pulsus magis frequēs ⁊ debilis magis.

Cura vētositatꝫ grosse sub epe ē vt vtatur reb⁹ carminātib⁹ vētositatē ⁊ ꝯfortātib⁹ epar: vt ē diaciminū diatrion pipeō ⁊ diacurcuma: ⁊ bibat vinū bonuꝫ claꝝ odoriferꝫ cui non admisceaꝶ aliqd aq̄. Comedat alea cocta ⁊ nuces cū ficub⁹ sic. ⁊ carnes castrati ⁊ edi ⁊ arietꝫ annualis ⁊ carnes caponū pdicū ⁊ fasia. ⁊ sitiuꝫ coctas i veru testula ⁊ pastillo ꝯditas cū spēb⁹ pipe ⁊ aleis coctꝫ ⁊ oua sorbilia ⁊ spāl'r vitellos ꝯditos eodē nō: ⁊ herbā feniculis aneti ⁊ petroselini conditam cum speciebus pipere oleo ⁊ aleis.

Si aūt eēt cū fe. ponaꝶ i vino de aq̄ decoctōis ameos vel anisi vel feniculi seu amomi: ⁊ tūc accipiat ꝑ electuario rosatā nouellā vel diaziziberos sup locū dolorosū vl' granatū ponaꝶ miliū calidū positū i saculo vel miliū cū sale ⁊ ameos: aut absinthiū pistatū ⁊ mixtū cū se. feniculi sisileos anisi ⁊ sale recipiaꝶ puluis bacharꝫ lauri ⁊ misceaꝶ cū cimino ⁊ furfure ⁊ vino: ⁊ ponaꝶ h̄ totū cal. sup locū Ungaꝶ loc⁹ oī die cū oleo d̄ spi. vl' d̄ li. ⁊ d̄ aneto.

Capl'm. cxviij. de malitia ⁊ corruptiōe hitudis ⁊ ē pncipiū idropisis: ⁊ vocatur cacesia.

Cacesia ē mala habitudo toti⁹ corporis añcedēs idropisiꝫ ⁊ fit pp malitiā vl' corruptōeꝫ cōplexionis cal. epis aut fri. absq̄ mat̄ia multa ⁊ cū mat̄ia: ꝑmutaꝶ tñ i cacesia color corporis ⁊ faciei ad albedinē ⁊ citrinitatē: ⁊ inflāꝶ palpebre ocu. ⁊ facies multotiēs ⁊ oēs extremitates. s. manus ⁊ pedes: ⁊ ꝯuertiꝶ totū corpus quasi in vna massa ⁊ ꝯsequtur ipsaꝫ corruptio digestionis.

Signa cacesie cōia sūt ꝙ qñq̄ fit appetit⁹ fortꝫ: ⁊ natura remanet i retētōe ⁊ ꝭm ordines: ⁊ fiūt sincopis qñq̄ ⁊ vigilie ⁊ qñq̄ nō: ⁊ minoraꝶ cū ea vrina ⁊ sudor ⁊ fit fortis inflatio mirach: ⁊ ventositas multiplicaꝶ qñq̄ ⁊ testiculi inflanꝶ multotiēs: ⁊ vlcera si ꝯtigerēt i ea eēnt difficil' ꝯsolidatōis pp corroptōeꝫ cōplexiōis ⁊ qñq̄ accidit i cōmesuris ⁊ gigiuis caliditas ⁊ prurit⁹ pp vaporē corruptuꝫ ascēdentem: ⁊ fit corpus debile molificatum.

Signa cacesie pp corruptōeꝫ cōplexionis cal'e epis sunt sitis ⁊ caliditas mēbroꝝ extremoꝝ q̄ sētiꝶ i plātis manuū ⁊ pedū: aliqñ cū fe. ⁊ aliqñ absq̄ fe. ⁊ vētris siccitas multa: ⁊ paruitas appetit⁹ ⁊ aspitas lingue absq̄ grauitate: ⁊ rubedo vrine absq̄ dolore forti sub costis dextris.

Signa cacesie ex corruptōe cōplexiōis fri. epis sūt solutio vētrꝫ cū mollitie corpis: ⁊ corruptio coloris cū tumore faciei: ⁊ paruitas appetit⁹ ⁊ digestiōis cū grauitate ⁊ dolor aliquo sub lateꝶ dxtro.

Cura cacesie ex cā cal. ē vt sumat patiēs bis i die i aurora ⁊ añ cenā syrupū aceto. vel oximel cū aq̄ decoctōis cicoree endiuie: scariole: solatri aut acetose vl' cucur. Comedat carnes assatas sup prunas vel in veru: ⁊ pisces de bonis aqs carnes quoꝝ sint absq̄ viscositate ⁊ sint frāgibiles ⁊ boni odoris. Et si cū istis differētijs pisces eēnt sq̄mosi: tūc carnes eoꝝ eēnt meliores: hee sūt ꝺrie bonoꝝ pisciū. Comedat carnes edi ⁊ castrati ⁊ arietꝫ annual's ⁊ pulloꝝ ⁊ vituloꝝ ꝯditas cū aceto vel agresta aut vino de gra. siue succo sumac aut berberis. Bibat vi. limphatū odoriferꝫ albū cū aq̄ decoctōis endi. cicoree aut lactuca. purgeꝶ sepe cū reubar. ⁊ turbit ⁊ aq̄ decoctōis pruno rū scariole vel solatri: endiuie aut portulace vl' ordei. Sup epar ponaꝶ empl'ꝫ factū ex absinthio solatro: acetosa flore camomille ⁊ farina ordei ⁊ suc. eupatorij vel herba eius. posset cōmode comedere herbas feniculi ⁊ petroselini: lactucarum atriplicis: portulacaꝝ vel scariole ⁊ aquā ciceris ⁊ farinam ordei: ⁊ debēt ista cibaria ꝯdiri cū puluere specieꝝ q̄ fit ex cardamomo cinamomo gariofilis folio galanga ⁊ croco.

Cura cacesie ex cā fri. ē vt sumat vinū odoriferū claꝝ absq̄ aq̄ pōticū: ⁊ comedat carnes assatas ⁊ frixas ⁊ alea cocta ⁊ nuces cū ficub⁹ siccis ⁊ herbā feniculi ⁊ petroselini: cerfolij anisi ⁊ aneti ⁊ vitellos ouoꝝ: ⁊ ꝯdianꝶ illa cū pipere lōgo ⁊ cardamomo: cinamomo: gariofilis nuce mus. ⁊ croco aut sinapi vel aliquo alio ꝯdimēto cal. recipiat oī mane i aurora ⁊ añ cenā oximel cōpositū vl' sq̄liticū cū aq̄ decoctōis ciperi capari acori ameos amomi aut assari seu eupatorij ⁊ mellis. Mūdificeꝶ cū pillulis fetidis vel stomaticis alkidi vel cū reubarbaro ⁊ turbit mixtis ⁊ icorporatis cū melle ⁊ aqua decoctōis ciperi acori vl' capari vel assari seu eupatorij aut ameos vl' amomi. Ungaꝶ epar cū oleo de spica ⁊ ponaꝶ empl'm sup epar q̄d sic fit. ℞. assari absinthij ciperi capari acori farine lupinoꝝ añ. ℳ. i terant ⁊ pistenꝶ ⁊ icorporenꝶ cū oleo d̄ spica ⁊ olo de se. lini. Sepe cōmedat de diacurcuma aut d̄ diatrion pipereon vel electuariū de cardamomo.

Sēp attēt⁹ sis ꝙ i cacesia siue fiat ex cā cal. seu fri. semp habūdat ibi mat̄ia fri. ⁊ opilatō. Et ꝑ h̄ ꝯuenit i alteratōe ⁊ mūdificatōe vt ꝑcedaꝶ cū apiētibus ⁊ remouētib⁹ materiā fri. ⁊ opilatōeꝫ.

Capitulum. cxix. de ictericia ⁊ speciebus eius.

Ictericia est defedatio cutis absq̄ ipsius i eq̄litate: ⁊ ē alia citrina vel viridis ⁊ alia nigra: ⁊ fit citrina vel viridis vitio epatis: nigra vero vt plurimū fit vitio splenis. Fit aūt ictericia vitio epatis quādoq̄ ꝑpter multā caliditatē epatis in seipso: aut q: calefactū ē ex cibis aut medicinis calidis vel apate calido: aut opilatōe aut pp multitudinem colere rubee: aut propterea q: natura expellit eā ad exteriora: aut ex morsione vermium venenosoꝝ aut propter debilitatem fellis ab attractione colere.

Signa ictericie propter multā caliditatē epatis i se ipso naturalis sunt colores citrini semp: ⁊ i albugine oculoꝝ eorū ē semper citrinitas: ⁊ nō accidit eis magnū nocumētum nisi cū illud superfluit in eis ⁊ eoꝝ vene sunt valde ample ⁊ manifeste. Et vrina semp valde incensa videtur.

Signa ictericie ꝑpter aposthema calidū sunt ꝙ fit ex cibis calidis vel medicinis calidis: vel potu vini fortis puri ⁊ ꝙ ad ipsuꝫ sequiꝶ feb. cōtinue ⁊ dolor in latere dextro sub costis ⁊ vrina ē rubea spissa vel viridis ⁊ pulsus diuersus velox frequēs cum quadam asperitate quam facit in pulpis digitoꝝ tangentis.

Signa ictericie ex multitudine colere in quantitate sunt ꝙ egreditur cum vomitu colera ipsa ⁊ solutione ventris: sed ictericia semper remanet i eodem statu: et vrina apparet rubea spissa et etiaꝫ viridis multotiens absq̄ feb. Ictericia vero que fit ex opilatione cum causatur a diuersis opilationibus varias habere debet significationes. nam opilatio que inducit ictericiā aut est in orificio cistis quod adheret epati et in ipso epate: aut ē i orificio per quod expellitur colera ad intestina: aut in orificio in quo colera mandatur ad stomachū.

Signa ictericie pp opil'ōnē factā i ipo epe sꝰ grauitas i latere dextro: et ꝙ egestio fit alba paulati: et vrina alba paulati: et ꝙ h̄ bꝫ locū cū epar reti-

net pp ſui debilitatem totam coleram: ita ꝙ nihil
de ea mittit cū vrina: aut q: virtꝰ diſcretiua ep̄is
nō facit vllā diſcretōem ī ſupfluitatibꝰ ita ꝙ tota
colera retinet ī ep̄e ⁊ venis cū humoribꝰ ⁊ nihil d̄
ea mādat cū vrina neq3 egeſtione. ſ3 qñ colera re-
tēta ī ep̄e mādat cū vrina ꝙ fit multotiēs ⁊ ſepe ī
illa opilatōe: ⁊ tūc vrina ī iſta ictericia ⁊ iſta opila-
tōe apparet ſpiſſa turbida rubea: ⁊ ē īfirmꝰ abſq3
vomitu ⁊ amaritudine oris: eo qd̄ nihil de colera
aut q̄ſi nihil vel paꝝ mādatur ad ſtōm.

Signa ictericie pp opilatōe3 meatꝰ quo colera
mādat ad īteſtina: ſūt ꝙ ſubito fit egeſtio ſilis ege
ſtioni canis: ⁊ ꝙ iſta ictericia fit fortis ſubito ⁊ dif
ficultas exitꝰ fecis ⁊ ītēſio ictericie. Et ſi epar re-
maneret multū debile ī expulſione ſupfluitatꝫ ad
loca alia: vel virtꝰ diſcretiua ep̄is nō diſcerneret ī
ſupfluitatibꝰ: tūc cū ill' ſignis fieret ⁊ videret ci-
trina remiſſa: ſ3 ſi p̄dicta duo nō ꝯtingerēt ī ep̄e fi
eret vrina valde tincta ⁊ ſpiſſa pp duplicatōe3 co-
lere q̄ mittit cū vrina q̄ ꝯſueuerat mādari ad īteſti
na ⁊ mō pp opilatōe3 nō mandat ſ3 remanet ī ep̄e
cū vrina: ⁊ apparet aliqñ vomitꝰ colere ⁊ oris ama
ritudo ī iſta ictericia: ſ3 minꝰ apparet de vomitu
colere ī iſta ictericia ⁊ oris amaritudine q̄3 ī icteri-
cia q̄ fit pp debilitatē corporis fellis ab attractiōe
de qua inferius dicemus.

Signa ictericie pp opilatōe3 meatꝰ quo colera
mādat ad ſtōm ſūt ꝙ vrina ⁊ egeſtio ſūt groſſe ru
bee ſicut bolū pp effuſionis multitudinē colere ad
īteſtia: ⁊ ꝙ īfirmꝰ ē abſq3 oī amaritudīe oris ⁊ ſine
vomitu colr̄e oīo qd̄ ñ ē ſic ī alijs ictericijs ex toto.

Signa ictericie q̄ fit ī modū criſis ſūt ꝙ fit pꝰ
fe. ⁊ ī die cretica: ⁊ fit ſubito ⁊ ſpargit p totū cor-
pꝰ: ⁊ fit aliqñ nō ī die cretica vel añ ſeptimā diē: ⁊
tūc ē malū ſignū ſpālit ī fe. acuta. ⁊ h̄ vult Hypo.
pticlā. iiij. vbi dic. Ictericia ī fe. añ ſeptimū malū
nā vt dicit. G. h̄ ictericia añ ſeptimū duo ſignifi-
cat. nature debilitatē ⁊ habūdatiā vel multitudi-
nē materie quā rectificare nō pōt ipſa natura.

Signa ictericie ex morſione vermiū ſūt mani-
feſta ex re ipſa: q: ſubito aduenit ⁊ infert leſionē ī
mēbris ⁊ dolorē ſm materiam vermiū.

Signa ictericie ex d̄bilitate corporis fellis ab
attractōe ſūt nauſea ⁊ vomitꝰ colere abſq3 graui-
tate ī ep̄e ⁊ amaritudo oris ⁊ ſitis ⁊ vrīa tīcta valde

Signa ictericie nigre cū nō fiat ſ3 plurimū aut
ex redunatōe melic ad epar pp opilatiōe3 factā in
meatibꝰ qbꝰ melia mādat ad ſplenē aut pp opila
tōe3 factā ī ipſo ſplene ⁊ aliqñ ictericia nigra fit ex
epate ēt ſicut manifeſtū erit īferiꝰ ſūt ꝙ ī ictericia
nigra ſūt durities ⁊ grauitas ſplenis: ⁊ īflatio vel
tumor ⁊ pōdus ī loco ſiniſtro ſub coſtis ⁊ vrina ap
paret nigra: ⁊ iſtā ictericiā veniētē vitio ſplenis vl'
meatuū eiꝰ nō añcedit niſi raro ictericia citrina vl'
viridis imo incipit per ſe.

Signa ictericie nigre q̄ fit vitio opilatōnu3 me
atꝰ colere vel ep̄is añcedūt eā ictericia citrina vel
viridis: ⁊ dolor lateri dextri ſum coſtꝫ ⁊ grauitas.
Et vrina citrina vel viridis añcedit vrinā nigrā q̄
ī illa ictericia nigra facta vitio ep̄is apparere ſolet
Scias vt vult Auic. li. iij. c. de ictericia ꝙ vrina vi
ridis vel nigra ī oī ictericia cuiuſcūq3 generꝫ fue-
rit q̄3to magꝫ ſpiſſa ⁊ nigra fuerit. tāto epar magꝫ
ſanū ⁊ forte ī expulſiōe malaꝝ ſupfluitatū ſignifi-
cat: ⁊ ita veꝝ ē ⁊ videbitur ſi ſapiens in h̄ rcte ꝯſi-
derauerit.

Cura ictericie pp caliditatē multiplica-
tā ī ipſo ep̄e p naturā ē ꝙ alteret
epar ⁊ īfrigidet cū rebꝰ acetoſis v3 cū vino d̄ gra
natꝫ ⁊ agre. vel ſuc. berberis aut aq̄ decoctōis eiꝰ
cū q̄ īfirmꝰ recipe d3 mane ⁊ ſepe orizacharā vel
ſyrupū acetoſū cōpoſitū vel aquā acetoſe. Bibat

vinum album debile limphatu3 valde ita ꝙ aqua
ſit dupla ad vinū. Comedat carnes coctas cū cu-
curbitis vl' lactucis aut portulacꝫ ⁊ ꝯditas cū agre
ſta vl' vino de granatis ſeu aceto vel ſumac vl' ber
beris: folia lactucaꝝ ſpinachioꝝ ⁊ feniculi come-
dat cū aceto ⁊ ēt elixata ⁊ vitellos ouoꝝ cu3 ſupra
dictis ꝯdimētis: ⁊ piſces valde bonos electos cō-
ditos vt dictū ē ī carnibꝰ: ſ3 piſces ī iſto caſu nō d̄
bēt elixari ſ3 aſſari ⁊ poſtea ꝯdiri vt dictū ē cū ace
toſis ⁊ rebꝰ hn̄tibꝰ acetoſitatē. Sup epar ꝯtinue
q̄ſi ponat oleū ro. mixtū cū aliquātulo aceti ⁊ epi-
thimet epar cū petia vl' filtro īfuſo in ſucco ſola-
tri aut acetoſe vel lactucaꝝ ī quo ſucco ponat pul-
uis ſandaloꝝ ⁊ roſaꝝ ⁊ aliqd aceti: vl' puluis alia-
rum reꝝ ⁊ ꝯſimiliū ⁊ erit h̄ valde vtile.

Cura ictericie pp ap̄a calidū ē p̄ncipalit fleboto
mia d̄ ſaluatella manꝰ ꝯrie ſi corpꝰ fuerit plectori
cu3. Si v̄o plectoricū nō fuerit fiat flebotomia de
eadē parte ⁊ mūdificatio cū reubarbaro ⁊ aq̄ de-
coctionis prunoꝝ. In dicta potu vnctionibꝰ ⁊ em
plaſtris fiat vt dictū ē ſupra in cura ap̄atis calidi
in epate:

Cura ictericie ex multitudine colere ē vt ſepe ſol
uatur cū decoctiōe q̄ ſic fit. ℞. nitro. ci. ℥. j. piſtet
⁊ buliāt cū decē prunis ī. ℥. vj. aq̄ donec ꝯſumpta
ſit medietas. coletur ⁊ in illa colatura ponat. ℥. j.
reubarbari ⁊ dimittat ſic p horas. vj. ⁊ poſtea co
letur ⁊ fortiter exprimat ⁊ in illa colatura addant
. ℥. ij. ſyrupi de nenufare vel ſyrupi roſati ⁊ det h̄
totū in matutinis. Et ſi reubarbaꝝ ponere nolue
ris ponas in decoctione loco eiꝰ. ℈. s. ſcamonee
electe vel grana. v. vel. vij. qd̄ melius ē: ⁊ ſi ſcamo
nea3 coq̄re nolueris pone de nō cocta duo grana
vel tria in decoctione ⁊ erit valde bonū ⁊ vtile.

Bibat mane ante prandiū ⁊ añ cenā; orizachara3
vel ſyrupū acetoſu3 cū aq̄ decoctiōis lactucaꝝ vel
endiuie vel ſcariole ſeu cicoree. Comedat ſuccū fa
ctum ex farina ordei vel auene ſup quē ponat ali
quid de agreſta vl' vino de granatis. Comedat ēt
cucurbitas: lactucas portulacas ꝯditas cū agreſta
vel vino de granatis vel ſumac aut berberis. co-
medat ēt carnes edi: vitulorū caſtrati iuuenis vel
pulloꝝ ꝯditas cū eiſdē ſuccis ⁊ coctas cu3 herbis
dictis. Bibat vi. al. debile mltū limphatū: aut bi
bat agreſtā vel vinū de granatis ſeu acetū cu3 aq̄
decoctionis ſcariole vel cicoree ⁊ ſiliū. pices bo-
nos ⁊ de bonis carnibꝰ aſſatos ⁊ ꝯditos cū aceto
vel agreſta vel aceto vel ſilibus comedere poteſt
In vnctionibꝰ ⁊ epithimatibus fiat vt ſcriptū eſt
ſupra in cura ictericie ꝓpter caliditatē multipli-
catā in ipſo epate.

Cura ictericie pp opilationē factā ī ipo ep̄e eſt ſi
fuerit cū caliditate febrili: aut alteriꝰ ꝯditiōis ⁊ cū
vrina valde rubea ⁊ virtute debili vt regat cū aq̄
decoctionis endiuie: cicoree: ſcariole: acetoſe latu
carum ⁊ ſiliū: ⁊ det talis aq̄ cū ſyrupo acetoſo cō-
poſito vel oximelle qd̄ melius erit: vel ſumat de
ſyrupo q ſic fit mane ⁊ ſero ante prādiū ⁊ añ cenā
cū. ℥. iij. aq̄ decoctōis herbarū p̄dictaꝝ. ℞. endi-
uie: ſcariole lactucaꝝ: cicoree: melliloti. añ. M. j.
ſcolopendrie: acetoſe: politrici: adiāti: capillis ve.
añ. M. j. pruna numero. xx. ſe. melonis: cucume-
ris cucurbite citrulli cipi capari acori añ. ℥. j. piſtē
tur ⁊ buliāt in. lī. iiij. aq̄ donec medietas ſit ꝯſum
pta. colet et in colatura illa addant. lī. ij. zuchari
vel mellis ⁊ reducat ad ignē ⁊ colet ⁊ poſtea ſyru
pizet. Purget ſepe cū reubarbaro ⁊ aq̄ dicta cū
quo ſemp ponat aliqd zuchari vel mellis. Come-
dat carnes edi caſtrati arietis anualis ⁊ pulloꝝ co
ctas ⁊ elixatas cū herbis predictis: vel in paſtillo
aut in teſtula ꝯditas cū aceto vel vino de gra. vel
ſucco berberꝫ: aut ſumac ⁊ puluere q ſic fit. ℞. ci-

namomi cardamomi añ. ℥. iiij. gariofilorum croci
galãge folij añ. ℈. j. fiat pulvis cribelatus. Come
dat ēt herbas spinachijs feniculi ꝛ cucurbitas suc
cũ farine ordei auene vel spelte ꝯditũ cũ vino de
granatis vel agresta: aut comedat aquã ciceris ĩ q̃
decocta sint semina herbaꝝ dictaꝝ. Bibat vinuz
albũ diureticũ odoriferꝝ limphatũ cũ aqua deco-
ctõis acetose vel cicoree. Comedat sepe de tria san
dalo mirto cũ rosata nouella. posset ēt bñ purga-
ri ꝛ vtiliter cũ reubarbaro ꝛ turbit mixtis ꝛ disso-
lutis cũ aqua decoctõis acetose cicoree ꝛ prunoꝝ.
Experimẽtũ qđ ꝓbauimꝰ ꝯ oẽm ictericiã de opila-
tõe ꝛ ĩ quo nõ repieꝶ aliq̃ descriptio sic fit. ℞. pra
sij viridis ortulani. lł. j. pisteꝶ bñ ꝛ ꝑfecte ꝛ decoq̃ꝶ
ĩ. lł. vij. vini albi donec. v. remaneat: coleꝶ ꝛ de ta
li colatura sumat patiẽs ĩ aurora. ℥. iiij. omni die ꝛ
añ cenã. ℥. iij. curabiꝶ ictericꝰ ĩ paucꝫ diebꝰ cũ ob-
seruatõe diete dicte ꝛ dicẽde. qdã addũt ꝑꝑ ama-
ritudinẽ ĩ decoctõe. lł. ij. mellis ꝛ non nocet: ꝯfor-
tat appetitũ ꝛ assellare facit: sꝫ aqua decoctõis po-
litrici ꝑse multũ valet ĩ h: seu vinũ decoctõis eius-
dẽ: vel vinũ aut aqua decoctõis politrici ꝛ adiãti ꝛ
epatice ꝛ scolopẽdrie ꝛ endiuie ꝛ eupatorij.

Si aũt ictericia ex opilatõe absq̷ fe. ꝛ calidita-
te manifesta fuerit: omni die sumat añ cenã ꝛ ĩ au-
rora. ℥. j. s. oximellis cõpositi cũ. ℥. iij. aque deco-
ctõis capari vel acori aut assari: vel cũ aqua deco-
ctõis sene epithimi vel polipodij ꝛ mellis. Purge
tur sepe cũ pillulis fetidis dissolutꝫ ꝛ mixtꝫ cũ mel
le aut melle ro. colato: aut cũ reubarbaro ꝛ turbit
mixtis cũ vino albo ꝛ melle aut melle rosa. colato:
aut cũ aqua decoctõis sene epithimi scolopendrie
polipodij ꝛ sq̃nãti ꝛ assari ꝛ reubarbaro. fiãt cliste
ria ex aqua sicle blete oleo melle coloq̃ntide. ℥. s. ꝛ
aliquãtulo salis. Comedat añte prandiũ ꝛ añ cenã
brodiũ cauliũ vel porroꝝ vel sicle calidũ actu: ꝛ sit
ĩ quãtitate circa. lł. s. ꝛ carnes coctas cũ eisdẽ ꝛ cũ
eis vtaꝶ sinapi: vel ex sapore facto ex aleis coctꝫ car
damomo ꝛ aceto fortissimo. Comedat etiã carnes
arietis coctas cũ feniculo ꝛ petroselino ꝛ porris vł
caulibꝰ: ꝑdices fasianos pullos colũbaꝝ ꝛ pullos
galinaꝝ ꝛ gallos coctos ĩ pastillo vel testula aut ve
ru ĩ qbꝰ cocta sint alea cũ passulis ꝛ se. feniculi. cõ
diãꝶ cũ puluere q̃ sic fit. ℞. cinamomi gariofilo-
rũ piꝑis: piꝑis lõgi nucismus. galãge folij añ. ʒ. j.
croci. ʒ. s. fiat puluis cribelatꝰ. semꝑ ĩ oĩbꝰ istis ꝛ
cũ silibꝰ ꝯdimẽtis ponaꝶ acetũ q: facit multũ pe-
netrare medicinas ꝛ ꝯdimẽta ad mẽbroꝝ ꝓfundi
tatẽ. Bibat vinũ albũ claꝝ odoriferꝝ ĩ quo nõ po-
naꝶ aliqd aque aut paꝝ ponaꝶ de aq̃ decoctõis fe-
niculi aut capari siue acori seu squinãti. Utaꝶ sepe
añ cenã ꝛ añ prãdiuz electuario de cardamomo vł
diacurcuma maiori. ꝯforteꝶ epar cũ emplastro fa-
cto ĩ cura apatis duri ĩ epate.

Cura ictericie facte ex opilatõe meatuũ qbꝰ co
lera mãdaꝶ ad ĩtestina ꝛ ad stõm ẽ vt fiat cũ cliste-
ribꝰ lenibꝰ ĩ ꝑncipio. ꝛ postea cũ acutis ꝛ spãliter
qñ opilatio ĩ istis meatibꝰ fuerit absq̷ feb. Cliste-
ria lenia ꝛ ꝯuenientia ad opilatõez ĩ istis meatibus
siue fuerit cũ febre siue absq̷ fe. fiũt ex aqua sicle vł
cauliũ ꝛ ex oleo oliue vel oleo vio. melle vel zucha
ro ꝛ aliquãtulo salis ꝛ medulla cassie fi. Si vo abs-
q̷ fe. fuerit fiũt ex aqua porri vel cauliuz seu sicle ꝛ
oleo oliue ꝛ melle ꝛ aliquãtulo salis ꝛ. ℥. s. agarici
ꝛ. ℥. s. coloq̃tide. Purgeꝶ ēt sepe cũ reubarbaro
cassia fi. ꝛ turbit: ꝛ aqua decocotiõis prunoꝝ: sene
ꝛ epithimi. vel aqua decoctõis politrici adiãti pol
lipodij: radicũ apij: petroselini asparagi ꝛ brusci.
In dieta ꝛ potu electuario ꝛ emplastris ꝛ sapori-
bus ꝛ puluuribꝰ qñ ẽ cũ fe. ꝛ qñ ẽ sine fe. fiat vt di-
ctũ ẽ ĩ cura ictericie. fiat ēt flebotomia ĩ omni icte-
ricia de saluatella manꝰ dextre q̃ ẽ inter anularẽ
ꝛ auricularẽ digitum: siue fuerit cum fe. siue absq̷
fe. postq̷ vrina ĩfirmi visa spissa colorata vel colo-
rata multuz quãuis spissa nõ fuerit: quia vtile erit
valde.

Cũ aũt cura ictericie facta fuerit cũ medicinis
intrinsecis ꝛ mũdificatõibꝰ ꝛ remanebit tĩctura ĩ
oculis ꝛ ĩ facie: cureꝶ illa tinctura q̃ remãsit ĩ oculꝭ
ꝛ facie cũ balneis decoctiõis camomille ꝛ rosaꝝ ꝛ
ablutõe cũ aqua ro. ꝛ aceto.

Cura ictericie q̃ fit ĩ die cretica vel ex expulsio
ne illiꝰ colere ad cuti ẽ vt iuueꝶ natura ad expulsio
nẽ illius colere ad exteriora vł eiꝰ extractõe cũ aq̃s
decoctõis floꝝ camomille ꝛ aneti: ꝛ sepe ꝛ ꝯtinuo
recipiat syrupũ acetosuz cõpositũ vel oxizacharã
cũ aqua ca. aut oximel cõpositũ cũ aqua decoctõis
prunoꝝ ꝛ radicũ feniculi ꝛ apij ꝛ purgetur cũ reu
barbaro ꝛ aqua decoctionis prunorum: ꝛ obserue
tur dieta cum potu dicto superius quando est cuz
febre.

Cura ictericie ex morsu venenosorum est sume
re in potu lac aut oleum amigdalinũ: deiñ aquam
granatoꝝ aut vinũ de granatis cuz aqua endiuie
vel cicoree qđ melior erit. Clisterizeꝶ cũ clisteri le-
ni dicto ꝛ mũdificeꝶ cũ reubarbaro: ꝛ regaꝶ sicut
ictericus absq̷ fe. sꝫ de cura ista li. iij. ĩ parte de ve
nenis largiꝰ ꝛ melius loq̃mur.

Cura ictericie ꝑꝑ debilitatẽ fellis ab attractio
ne ẽ eadẽ cũ illa q̃ ẽ ꝑꝑ opilatõez meatꝰ adherẽtꝫ
epati. nã oĩa q̃ ꝯfortãt epar ꝯfortãt fel ꝛ ecõuerso:
ꝛ q̃ ꝯferũt epati in h casu ꝯferũt felli ꝑꝑ alligatio
nẽ ꝛ affinitatẽ istoꝝ mẽbroꝝ ad inuicẽ. vñ in cura
icterici ꝓuenientis ex istis causis ĩ situ: q̃ ꝓsunt vni
ꝓsunt alteri ꝛ eꝯuerso ex natura affinitatꝫ ꝛ aliga
tionis ꝛ positionis.

Cura ictericie nigre vitio splenis fit ꝛ fieri dꝫ
ꝭm q̄ dictũ ẽ. c. de magnitudine ꝛ durite splenis
cũ fe. ꝛ absq̷. fe. fiant tamẽ sepe clisteria que valde
vtilia sunt ex aqua decoctionis porri vel cauliũ vł
sicle: sene epithimi: pollipodij cuscute ꝛ sq̃nãti cuz
melle ꝛ oleo oliue ꝛ aliquantulo salis. Fiat aliquã-
do flebotomia de saluatella manus sinistre. nã fle
botomia huius vene sanguinem minuit melanco
licum: ꝛ ꝑ h alleuiat ictericiã nigrã ꝛ ꝯfert egritu-
dinibus splenis spãlr cũ fuerit vrina rubea spissa
siue ibi fe. fuerit siue non.

Caplm. cxx. de idropisis cum febre ꝛ absq̷ fe.

Idropisis penes medicorũ

ĩtẽtõez ẽ egritudo matiaꝶ cuiꝰ cã ẽ ma
teria fri. exuberãs ꝛ ẽ mẽbra ĩgrediẽs
ꝛ crescũt ꝑ ipsaz materiã fri. aut mem
bra oĩa manifesta: aut loca partiũ ĩ qbꝰ sunt regi-
mẽ nutrimẽti ꝛ humores. Et fit h egritudo ex mul
tis causis primitiuis vꝫ ex potu aque fri. post labo
rẽ aut nimiũ coituz: aut ĩ ieiunio aut post balneũ:
cause aũt añcedẽtes sunt cõplexionales vel cõposi
tõales nutritiuoꝝ ꝛ epatis spãliter ex qbus ĩnasci
tur debilitas epatis q̃ ẽ potẽtissima cã ad idropi-
sim: ꝛ ex debilitate epatis fit error ĩ mutatiõe hu-
moꝝ ꝛ seq̃stratõe suꝑfluitatũ q̃ cũ nõ separanꝶ ne
q̷ sequestranꝶ retineꝶ ꝑter naturã ĩ epate ꝛ vacui
tatibꝰ eiꝰ ꝛ mẽbroꝝ adiacẽtiũ eidẽ: ꝛ replẽtur ve
ne ꝛ redeũt ad summũ cũ natura nõ ẽ potẽs ĩ ex-
pulsione suꝑfluitatũ ꝛ replenꝶ vacuitates q̃ sunt ĩ
ter mirach ꝛ sifac ꝛ fit idropisis. Apparet manife-
ste qũo debilitas epis ẽ potẽtissima cã ꝛ necessa-
ria ĩ generatõez idropisis quãuis aliq̃ spẽs idro-
pisis ĩcipiat fieri vitio digestionis stõi ꝛ ꝑꝑ debi-
litatẽ ꝑmo natã in stomacho ꝛ alia vitio digestio-
nis mẽbroꝝ: ꝛ. iij. vitio digestionis epis. tñ imedi
ate oꝫ q̄ vnaq̷q̷ cãꝝ dictaꝝ ĩducat debilitatem
ꝛ errorẽ ĩ epate ꝛ ex parte digestionis ꝛ sequestra-

tionis anteq̄ idropiſis ex ea generetur vel fiat: ⁊ ex h̄ erit manifeſtũ ꝙ ĩpoſſibile ē ꝙ curet̃ idropiſis abſqꝫ epis curatõe: ſunt tñ eiꝰ ſpẽs tres. Timpanites aſclites ⁊ ĩpoſarca.

Cauſe timpanitis añcedẽtes ſunt mala cõplexio fri. ſtõi vel calida excedẽs q̄ debilitat vĩtutẽ ita ꝙ cibos ĩconueniẽtẽ chilũ vel humidũ ꝯueniens ad nutrimẽtũ mẽbroꝝ mutare nõ põt: ⁊ cibi vẽtoſi ⁊ ĩdigeſtibiles ⁊ debilitas virtutꝫ ſtomachi reſpectu eiꝰ qđ ſumit̃: ſiue corruptio digeſtionis ſtomachi ⁊ opilatio viaꝝ qbꝰ cibi ⁊ ſuꝑfluitates mãdant̃ ad loca debita vel cõſueuerũt mãdari: ⁊ etiã apa calidũ ĩ epe: ⁊ colere recluſio ĩ ĩpo epe ex opilatõe viaꝝ qbus ſuꝑfluitates mãdant̃ ad loca ꝓpa.

Cã ꝯiuncta ad timpanitẽ ē vẽtoſitas q̄ reſoluitur a cibis cũ calor ſtomachi ē debilis ex dominio frigiditatꝫ ĩ ipſo ita ꝙ cibos ſupradictos rectificare nõ põt neqꝫ mutare ĩ debitã rẽ ꝯueniẽtẽ ad nutrimẽtũ: aut cũ calor accidẽtal̃ dñat̃ in ſtomacho ita ꝙ debilitat virtutẽ digeſtiuã eo ꝙ ex dñio illiꝰ caliditatꝫ fit diſtẽperãtia ĩ cõplexione ſtomachi vt apparet ĩ febricitãtibꝰ ⁊ debilitat̃ virtꝰ digeſtiua ſtomachi ex corruptõe cõplexionis ꝑ exceſſuꝫ caliditatis ſuꝑ ꝯueniẽtẽ cõplexionẽ ſtõi ⁊ ſic illa caliditas accidẽtalis reſoluit ĩ fumũ illud qđ a ſtõ nõ rectificat̃: ⁊ cũ iſta ſint cã quare ꝯueniẽs digeſtio nõ fit ĩ ſtõ ꝯuertit̃ illud qđ in ſtõ recipit̃ vt plurimuꝫ ĩ fumũ ⁊ vaporẽ ꝑ viã indigeſtionis ⁊ remanet ex neceſſitate aliqđ humoroſuꝫ qđ nõ ꝯuertit̃ in fumum neqꝫ vaporem ex via indigeſtionis ⁊ tranſit cũ fumo ⁊ vapore illđ humidũ ad loca ad q̄ ſuꝑfluitates natura ſolet mãdare: ⁊ ſic qñqꝫ expellit̃ extra corpus aut nõ mãdat̃ ad loca debita neqꝫ expellit̃ ꝓꝑ debilitatẽ virtutis regẽtis totũ corpꝰ ⁊ ſic ĩplẽtur vacuitates mẽbroꝝ ⁊ loca partiũ ĩ qbꝰ ſunt regimẽ nutrimẽti ſiue mẽbra nutritiua ⁊ ĩterponit̃ cũ ñ expellit̃ extra hic fumꝰ vel vapor mixtꝰ cũ aliquo humido inter mirac ⁊ ſiphach ĩteriꝰ ⁊ inflatur vẽter exterior manifeſte: ⁊ fit idropiſis timpanitica q̄ qñ percutit̃ cũ manu ſonat vt timpanũ humectatũ eo ꝙ nõ ſolũ ex fumo generato per viã indigeſtionis ꝑ dñiuꝫ calidi vel fri. ſupra ſtõm fit hec paſſio: ſꝫ ex fumo multiplicato mixto cũ aliq̃ parte humidi qđ nõ fuit rectificatũ neqꝫ expulſuꝫ extra a natura ſꝫ remãſit cũ fumo dicto: q fumꝰ vincit ĩ cõmixtione ⁊ ĩplẽtur ex eo loca partiũ nutritiuoꝝ: ⁊ ꝑ iſtã viã fit ſpẽs idropiſis.

Cauſe aſclitꝫ añcedẽtes ſunt mala cõplexio frigida vel ca. q̄ vincit cõplexionẽ naturalẽ epis ⁊ v̄tutẽ debilitat: ⁊ cõpoſitio ſicut opilatio ⁊ ſilia q̄ impediunt trãſitũ humoꝝ ⁊ ſuꝑfluitatũ ad ꝓpria loca ſicut pꝫ in ictericia de opilatõe meatuũ coler̃ ex qbꝰ expellit̃ ⁊ attrahit̃ colera.

Cã ꝯiũcta ad aſclitẽ ē ſuꝑfluitas aquoſa q̄ non egredit̃ ex parte ſui exitꝰ q2 reuertit̃ neceſſario ⁊ fluit ad aliũ locũ neceſſariũ ĩ quo cõprehẽdi ⁊ conſtringi nõ ſolet ⁊ h̄ ꝑ viã reſudatõis aut ꝓꝑ multitudinẽ materie: aut ꝓꝑ vehementiam expulſionis quã facit natura ex neceſſitate vincẽte ĩ vijs quas habẽt ſuꝑfluitates ad ſpatiũ vẽtris ⁊ ad vacuitatẽ vẽtris ĩ qua ſunt iteſtina ⁊ plurimũ ſtatõis ⁊ recluſionis iſtiꝰ aquoſitatis ⁊ ſuꝑfluitatis aquoſe q̄ ē cã ꝯiũcta aſcliti ē ĩter zirbũ ⁊ ĩter ſiphac ĩtrinſecũ: ⁊ redũdat ad ĩtrinſecã ſuꝑficiẽ mirach ſuꝑ ſiphac intrinſecuꝫ.

Cauſe antecẽdẽtes ĩpoſarce ſunt corruptio digeſtionis tertie q̄ ē in mẽbris q̄ digeſtio tertia nõ poteſt rectificare ſanguinẽ neqꝫ humores qui veniũt per venas ad membra ⁊ ita humores predicti cum remaneãt crudi declinãtes ad aquoſitatẽ vel flegmaticitatẽ nõ adherẽt mẽbris adherẽtia naturali: imo remanẽt ĩ vacuitatibus mẽbroꝝ ⁊ ĩculcantur in eis ⁊ eaſdeꝫ replent ⁊ humores mali qui in mẽbris nõ rectificant̃: ⁊ cuꝫ h̄ corruptio digeſtionis ꝑme ⁊ ſecũde. Silr̃ frigiditas multiplicata ĩ mẽbris ĩpediẽs digeſtionẽ humoꝝ ⁊ ſanguis ĩ mẽbris ⁊ adherẽtiam naturalẽ ⁊ ẽt caliditas liquefaciẽs mẽbra ⁊ humores ⁊ opilatio ĩ meatibꝰ ꝑ quos natura iſtas ſuꝑfluitates expellere ꝯſueuerat.

Cã ꝯiuncta ĩpoſarce ē humores ⁊ humiditates male nõ adherẽtes mẽbris q̄ poſtqꝫ impleuerint vacuitates mẽbroꝝ ⁊ ipſa tumefecerit mẽbra redeũt ad epar ⁊ ad vacuitates nutritiuoꝝ ⁊ ĩplẽt vacuitatẽ in qua ſũt ĩteſtina ⁊ zirbũ: ⁊ intrãt poſt iſtã impletõem mirach ⁊ ſiphac ĩtrinſecũ ⁊ ſic ĩflantur in illa ſpecie idropiſis oĩa mẽbra eq̃liter ⁊ totũ corpꝰ cuꝫ vẽtre vt manifeſtũ ē hic ex cauſis narratis ĩ cauſis añcedẽtibꝰ.

Signa idropiſis cõia ſunt ĩflatio pedũ ⁊ vẽtris tumor v̄ſis: ⁊ dolor ĩ latere dextro ⁊ ſiniſtro ⁊ corruptio coloris declinis ad citrinitatẽ ⁊ nigredinẽ ſeu fuſcitatẽ: ⁊ inflatio oculoꝝ ⁊ ſitis cũ deſtructione vel debilitate appetitus: ⁊ h̄ contingit v plurimum ex nimio potu.

Signa timpanitis ꝓpria ꝑter cõia ſunt egreſſio vmbilici plurima ⁊ tẽſio mirach ĩ modũ timpani ⁊ corde: ⁊ mẽbroꝝ arefactio cuꝫ aſꝑitate ⁊ cum percutit̃ vẽter manu ſonat q̄ſi vter ĩflatus non vt plenus aqua: ⁊ patiẽs eſt appetens eructuatõeꝫ ⁊ aleuiat̃ per eã ⁊ ꝑ exitũ vẽtoſitatis ⁊ nõ ĩflant̃ pedes ĩ timpanitate ſicut ĩ alijs: ⁊ ē eius pulſus lõgior qꝫ pulſus alioꝝ idropicoꝝ cuꝫ ĩ eo nõ ſit tãta debilitas queadmoduꝫ ĩ alijs cũ virtꝰ q̄litate ſua nõ ledat̃: ⁊ fit cuꝫ h̄ velox ex natura grauedinis cum neceſſitate: ⁊ eiꝰ vrina ē aliqñ multũ tincta ꝓꝑ apa aut ꝓꝑ caliditatẽ multiplicatã ĩ ipſo epe ex recluſione colere q̄ mãdat̃ ad loca ſua: ⁊ hec ē vna ex cauſis añcedẽtibus q̄ ꝓueniũt vitio epatis: ⁊ aliquãdo eiꝰ vrina nõ ē multuꝫ tincta ſꝫ ē habẽs ampulas magnas ⁊ groſſas.

Signa aſclitis ſunt grauitas ĩ vẽtre ſenſibilis: ⁊ cũ ꝑcutit̃ venter audit̃ ſonus ſicut ſonitꝰ aque cõmote ⁊ ẽt qñ mutat̃ de latere ĩ latꝰ: ⁊ eiꝰ tactꝰ ē ſic̃ tactꝰ vtris pleni nõ ſic̃ vtrꝫ pleni ĩflatõe: ⁊ nõ ĩflãtur mẽbra oĩa ſicut ĩpoſarca: ſꝫ collũ ⁊ extrema ꝑter pedes extenuãt̃ ⁊ ē ĩcute corporis ⁊ mẽbroꝝ tẽſio ſicut ē tẽſio cutis humide extẽſe: ⁊ apantur teſticuli ⁊ virga multotiẽs ⁊ pedes. ⁊ pulſus eiꝰ eſt paruus frequẽs declinis ad duritieꝫ ⁊ extẽſioneꝫ velaminis: ⁊ alqñ declinat ad mollitieꝫ ex lenitate humiditatis multiplicate: ⁊ euenit poſt duritiem epatis ⁊ lapideitatẽ: ⁊ fit vt plurimũ eiꝰ vrina colorata eo ꝙ natura nullã facit digeſtioneꝫ ĩ ſuꝑfluitatibꝰ colericis ⁊ melãcolicis: ſꝫ remanẽt cum vrina ⁊ ſic tingit̃ ⁊ añcedit eam ictericia citrina vel nigra: ⁊ ē patiẽs cũ fluxu vẽtrꝫ qñ idropiſis ĩcipit vitio apatis ĩteſtinoꝝ ⁊ qñ ĩcipit vl̃ fit vitio apatis epis ē cuꝫ ſtrictura vẽtris.

Signa ĩpoſarce ſunt v̄ſis ĩflatio oĩuꝫ mẽbroꝝ ⁊ faciei: q̄ſi accidit huic ſicut corpori mortuo: ⁊ facies ꝓprie ĩpinguat̃ ⁊ fit ĩflata vel tumoroſa: ⁊ eſt eiꝰ corpꝰ oĩo abſqꝫ arefactiõe: ⁊ cũ digitꝫ ꝑmunt̃ ĩ omni loco corporis eiꝰ locꝰ cõprimit̃ ⁊ nõ ĩflat̃ vẽter neqꝫ vmbilicꝰ vt ĩ aſclite. ⁊ plurimuꝫ ſequunt̃ eã fluxus vẽtris ⁊ lenitas nature tẽdens ad albedinẽ ⁊ fit pulſus eiꝰ vndoſus latus lenis: ⁊ h̄ ē ex multitudine humiditatis ĩ toto ⁊ ĩ lacertis. Et dicit̃ ꝙ qñ pruritus ĩ naſo accidit ⁊ cũ h̄ apparuerit mollities ĩ facie ⁊ ĩ manu ſiniſtra ꝙ hic idropicus morit̃ ĩ ſecũdo die: ⁊ vrina eiꝰ vt plurimũ eſt alba vel lactea ſpiſſa. Scire hic conuenit ꝙ qñ vrina fuerit rubea vel multuꝫ tincta ĩ aſclite ſpãliter ⁊ ĩ alijs ſpeciebus idropiſis ⁊ fuerit pauca in quanti-

tate ⁊ sepe mincta cum debilitate virtutis mortez
significat.

Cura idropisis timpanitis ē quādo fue
rit cū caliditate epis: aut apate ca
lido ī epe vt clisterizeꝛ cū clisteri ꝙ sic fit. ℞. floꝝ
camomille vel herbe mellitoti: anisi feniculi: tribu
loꝝ añ. M. j. pistenꝛ ⁊ buliant ī aqua ⁊ colenꝛ: acci
piaꝛ de illa colatura. lb. j. ⁊ addanꝛ ī ea. ℥. iij. olei d
camomilla vel de aneto vel de lilio. ⁊. ℥. iij. mellis
⁊. ʒ. ij. salis. h. n. resoluit vētositatē cuʒ humidita
te mixtā absqʒ aliq̄ calefactiōe. Aliud ad idem. ℞.
anisi: feniculi: mellitoti: floris camomille se. endi.
cicoree lactucaꝝ: se. portulacaꝝ cipi añ. M. j. pistē
tur ⁊ buliant ⁊ colenꝛ: ⁊ in. lb. j. colature addāꝛ. ℥.
iij. zucari vel mellis ⁊. ℥. iij. olei de aneto vel de ca
momilla aut de lilio: ⁊. ℥. iij. salis ⁊ supponaꝛ tepi
dū. h. n. de ꝓprietate alterat caliditatē ⁊ resoluit
vētositatē cū humiditate ⁊ ꝓuocat vrinā absqʒ ca
liditate aliq̄. Sup epar ponaꝛ emplastꝝ factuʒ ex
sandalis: rosis farina ordei ⁊ succo solatri cuʒ ali
quātulo aceti: aut fiat emplastꝝ ex succo absinthij
plantaginis ⁊ rosis: ciperis ⁊ farina ordei ⁊ aliquā
tulo aceti. sup stomachū fiat euaporatio cuʒ milio
calefacto aut cuʒ furfure: milio ⁊ aliquātulo salis.
purgeꝛ semel ī ebdomada cū pillulis q̄ sic fiūt. ℞.
reubarbari. ʒ. ij. carui: ameos añ. ʒ. j. coloquinti
de turbit: scamonee añ. ʒ. s. ꝯficianꝛ cū succo eupa
torij. deꝛ. ʒ. j. vel. ʒ. j. s. vel. ij. de ꝓprietate ꝯfor
tāt epar ⁊ stomachuʒ ⁊ resoluūt vētositatē expellē
do humidū. Bibat vinū albū odorifeꝝ limphatū
cū aqua decoctōis se. feniculi vel ameos seu amo
mi. Nō dormiat ī die vllomō: paꝝ comedat ⁊ ciba
ria valde digestibilia: vt sunt carnes castrati vl̓ edi
aut pulloꝝ vel galinaꝝ: ꝑdicū fasianoꝝ ⁊ oīuʒ aui
uʒ degētiuʒ ī arboribus ⁊ ī pratis ⁊ nō in aqs assa
tas vt plurimuʒ vel elixatas aliqñ cum feniculo vl̓
petroselino ꝯditas cum vino de gra. vel agresta
seu succo berberis: aut aceto ⁊ cinamomo carda
momo ⁊ croco: vel comedat vitellos ouoꝝ cuʒ cis
dē ꝯdimētis: aut holus factuʒ ex herba feniculi vl̓
petroselini. Si aūt fuerit absqʒ caliditate manife
sta epatis ⁊ sine fe. cureꝛ cuʒ clisteri qd̄ sic fit. ℞.
ameos amomi carui sisileos se. fenicli añ. ℥. s. mel
liloti camomille cētauree añ. M. j. cologntide aga
rici añ. ℥. s. pistenꝛ ⁊ buliāt ⁊ colenꝛ ⁊ in illa colatu
ra addanꝛ. ℥. iij. mellis ⁊. ℥. iij. olei de aneto ⁊. ℥.
s. salis. Aliud ad idē. ℞. centauree minoris her
be feniculi eupatorij camomille mellitoti se. endi
uie cicoree lactucaꝝ añ. M. j. cologntide. ℥. s. mel
lis. ℥. iij. olei de spica vel de lilio. ℥. iij. salis. ℥. s.
fiat vt dictuʒ ē ī alijs. Sup epar ponaꝛ emplastꝝ
qd̄ sic fit. ℞. succi absintij eupatorij aut solatri añ.
℥. iij. sandaloꝝ rubeoꝝ rosaꝝ rub. añ. ℥. s. olei de
mastice. ℥. iij. aque ro. aceti añ. ℥. j. terantur teren
da ⁊ pulucrizenꝛ ⁊ īcorporenꝛ oīa simul cū farina
ordei vl̓ lupinoꝝ ⁊ ponaꝛ tepiduʒ super epar. Ali
ud ad ideʒ. ℞. rosaꝝ ru. sandali albi citrini ⁊ ru
bei añ. ℥. s. succi plātagi. ⁊ eupatorij añ. ℥. iiij. ma
sticis mirre nucū cipressi añ. ʒ. iij. olei de spica. ℥. ij
aque ro. ⁊ aceti añ. ℥. s. farine lupinoꝝ qd̄ sufficit
vel ordei fiat vt dictū est superius. Emplastretur
stomachus vel vaporeꝛ cum se. carui: ameos feni
culi dauci amomi mixtis cum milio vel alio modo
vaporeꝛ cū milio furfure ⁊ sale mixtis sisileos dau
co carui ⁊ se. feniculi ⁊ anisi: purgetur cum pillulis
stomaticis alkindi vel fetidis que sic fiunt. ℞. her
modactiloꝝ cimini turbit añ. ʒ. s. reubarbari. ʒ. ij
sisileos carui dauci añ. ʒ. s. agarici coloquintide
scamonee añ. ʒ. s. fiant pillule cum succo eupatorij
aut succo cicoree. dosis earum est a. ʒ. j. vsqʒ ad. ij.
Scias ꝙ vsus camedreos ⁊ origani ⁊ sisileos sa
nant timpanitem ⁊ eam diminuunt de proprieta
te. Bibat patiens vinum album forte odoriferuʒ
clarum absqʒ aqua non dormiat in die: ⁊ paꝝ co
medat panis eius sit fermentatus salitus ⁊ bene
in quo semper si est possibile ponantur semina fe
niculi cimini carui aut puluis camedreos: ⁊ origa
ni vel ameos aut amomi. Scias ꝙ comestio carni
um assatarum absqʒ pane. ⁊ cum vino dicto ⁊ est
melior ꝙ̄ cum pane carnes dicta superius come
dat assatas preterqʒ in die medicine. In die vero
medicine comedat carnes elixatas cuʒ feniculo pe
troselino ⁊ amomo vel cimino ⁊ similibus resoluē
tibus ventositatem. Et condiantur sua cibaria
cum puluere qui sic fit. Recipe cinamomi. ℥. j.
cardamomi. ʒ. ij. cimini carui semi. feniculi anisi
añ. ʒ. s. gariofilorum: nucismus. piperis longi: pi
Cura Tenasmonis est vt sedeat infirmus ter vel quater in die in aqua calida decoctionis lentiū: ameos: floris camomille melliloti aneti ꝛ supponatur postq̄ exierit ab aqua licinū quod sic fit. ℞. croci thuris mirre licij. an̄. ʒ. j. opij. ʒ. ß. fiāt licinia paruar in pondere. ℈. j. ꝛ supponatur. hoc enim licinium dolorem sedat ꝛ somnū inducit. Et sciatis ꝙ sōnus in fluxu ꝛ tenasmone est de melioribus rebꝰ sumat etiam in mane vnum de troc. qui sic fiunt. ℞. se. iusq ami. ʒ. ij. se. anti. se. fenicli an̄. ʒ. v. ameos. ʒ. ii. ß. opij ʒ. j. se. apij. ʒ. x. fiant trocis. cū vino ponderis. ʒ. j. vel aurei. ꝛ administratur cum rob vel syrupo de citonijs Mundificetur cum clisteribus mundificatiuis dictis in disinteria ex flegmate salso ꝛ cum constrictiuis. sumat per os decoctionem que sic fit. ℞. mirabolanoꝝ citrinorum ꝛ emblicorū an̄. ʒ. vj. aneti feniculi: ameos an̄. ʒ. j. pistentur ꝛ bulliant in. ℥. viij. aque donec cōsumpte sint partes due: coletur ꝛ colatura illa addatur ʒ. ij. rob vel sirupi de citonijs ꝛ detur ante diem purgando causam constringente tenasmonem. Regatur cum dieta ꝛ potu dictis in cura disinterie ex flegmate salso.

Capitulum. cxxxvj. de vermibus in intestinis et ano.

Ermes quidam Sunt parui ꝛ quidā lati ꝛ alij longi. longi nascuntur in subtilibus ꝛ superioribus intestinis lati nascuntur in inferioribus ꝛ grossis intestinis: parui in ano ꝛ longatione. Vbicūq̄ fiant vel nascantur causa vel materia omnium est flegma viscosum ꝛ humiditates male que generātur e ;

fructibus ⁊ malis ⁊ grossis cibarijs per viam idigestionis ⁊ gulositas ⁊ multiplicatio ciborum in quantitate impediendo digestionem. dant causam ad hoc.

Signa Vermium paruorum qui sunt i ano ⁊ longationis fine sunt pruritũ in ano ⁊ commotio: ⁊ apparent aliquando extra in modum vermium casei.

Signa latorum ⁊ longorum qui in itestinis grossis lõgis nascunt̃ sunt citrinitas coloris vel palliditas ⁊ velocitas cõmotionis famis ⁊ ipsius tolerantie paruitas ⁊ vehementia mordicationis ⁊ sincopis ⁊ dolor in ventre tempore famis ⁊ sensibilitas eleuationis eorum ⁊ inuolutionis ipsorum in illa hora ⁊ aqua currens ex ore ⁊ egressio eorum ex inferiorum regiõe aut superiore cum labor adest aut fe. acuta: ⁊ cum accidit dolor in ventre vehemens facit incurrere rem similem epilensie ⁊ sincopi ⁊ spasmo ⁊ mortiimo multotiens interficiunt pp suam vehementiam ⁊ prurit⁹ nasi ⁊ fricatio inordinata ipsius ⁊ oculorum concauitas ⁊ sentitur odor vermium in anelitu manifeste.

Cura Vermium qui in fine longatiõis ⁊ ano nascuntur ⁊ apparent est vt abluat̃ locus cum aqua salsa vel marina cal. actu: ⁊ supponere oleum ablutũ quousq; fiat album aut vngere locu3 cu3 oleo de persicis vel de amigdalis amaris cõfert etiã multũ: lauare locũ cũ aqua rute vel absinthij aut calamenti vel lupinorum seu persicarie vel matricarie cõfert multum: ⁊ est conueniens tangere extra ⁊ intra cũ felle vacino ⁊ similibus aut cũ oleo ro. in quo sit aliquid de aloes aut cũ aloe mixto cũ oleo de amigdalis amaris aut nucleis persicoru3. mundificetur si est possibile cu3 clisteri facto ex aqua absinthij ⁊ oleo aliquo ex dictis ⁊ aloe vel pigra ⁊ aliquantulo salis. Bibat vinum album limphatum ⁊ comedat res assatas ⁊ aues bone carnis ⁊ alea cocta.

Cura vermium longorum ⁊ latorum q itestinis nascuntur est q: oportet in primis vt non cibetur ante tertiã ⁊ toleret famem donec laboret labore conuenienti super famẽ deinde sorbeat aliquid lactisica vt cum fecerit illud duobus aut tribus diebus dissoluat̃ medicamẽ in lacte cum aliquantulo aceti quod sic fit. ℞. corticis citri ⁊ se. git ⁊ nigelle turbit añ. ʒ. ij. farine lupinorum. ʒ. j. sticados arabici. ʒ. ß. conficiãtur oĩa illa cum aceto simul ⁊ dãtur. ʒ. iiij. cu3 lacte quando fames est valida Aliud quod est melius ⁊ leuius. ℞. farine lupinorum. ℥. ij. centonici. ℥. iiij. fiat puluis cribelatus ⁊ conficiantur cum melle et dantur. ℥. iiij. añ diem cum aqua vel vino. Abstineat ab vnctuosis ⁊ dulcibus ⁊ viscosis ⁊ grossis generantibus materia3 dictam sicut a pasta ⁊ cibarijs que fiunt ex ea piscibus ⁊ faseolis ⁊ fructibus humidis. Bibat vinum album limphatum odoriferum ⁊ bñ limphatũ si est cu3 fe. ĩfirmus. Vngatur venter quotidie cum oleo quod sic fit. ℞. olei ro. vel de ruta aut de amig. ama. vel de nucleis persicoꝝ. ℥. iij. aceti. ʒ: ß. pulpe coloquintide rute fellis vacini aloes añ. ʒ. iij. fit aũt hoc vnguentum solum ex aliquo oleorum vel oleo ro. mixto cũ aleo et aliquantulo aceti: ⁊ super vnctionẽ ponat̃ emplastrum quod sic fit. ℞. absinthij rute añ. m. j. pistẽtur ⁊ coquãtur cum aceto ⁊ cũ eis misceat̃ de farina lupinorũ ⁊ ponat̃ calidũ sup vẽtrẽ. purgant̃ ẽt pueri ⁊ maiores cum aqua que sic fit. ℞. medulle cassie fistule. ℥. j. dissoluatur cum. ℥. iij. aque decoctionis turbit in maioribus ⁊ colentur ⁊ datur ante diẽ. In infantibus ⁊ lactãtibus dissoluatur cũ. ℥. ij. aque decoctionis nucleorum persici vel amig. ama. sola aqua decoctionis amigd. ama. vel nucleorum psicoꝝ postq; bene pistata fuerint expellit vermes lactantiũ vel puerorum ⁊ inunctio dicta Comedat res assatas vel conditas cũ agresta aut aceto ⁊ sale ⁊ bibat vt dictũ est: vel bibat aquã decoctiõis nucleorum psici in qua aliquid aceti ponatur.

Capitulm. cxxxvij. de debilitate renum.

Debilitas renum fit aliquando ex alteratione cõplexionis aliquamdo ab extenuatione eorum: aliquãdo pp dilatationem viarum ita q superfluitates decurrunt plusq; debeãt ad ipsos: ⁊ sũt grosse albe mixte cum rubedine.

Signa Debilitatis renum ex cõplexione sunt signa significantia caliditatem aut frigiditatem renum vt loci caliditas vel frigi. cũ dolore: ⁊ quod vsus rerum calidaru3 aut fri. nocet aut cõfert: ⁊ coloratio aut discoloratio vrine cu3 multitudine vel paucitate: nã multa vrina ⁊ sitis continua caliditatem renum significant: ⁊ si cum hoc non humectatur os per potum aque: ⁊ semper mingit post potu3 aque: ⁊ vrina fuerit alba subtil' quasi aq̃ ⁊ caro minuit̃ ⁊ tunc verius caliditatẽ renũ significabũt: ⁊ est timendum ne iste ad eticham conuertatur contraria signa frigiditatem.

Singa debilitatis pp extenuationẽ sũt signa significantia extenuationem corporis sicut sitis ẽ extenuatio mẽbrorum ⁊ q vsus rerum impinguantium corpus confert: ⁊ q vrina ẽ multa limpida ⁊ alba ⁊ absq; superfluitatibus cõtentis in ipsa.

Signa debilitatis renum pp dilatationem viaꝝ p quas humores ⁊ superfluitates mãdant̃ ad renes sunt q vrina apparet cũ superfluitatibus albis vel rubeis in modũ loture carnis: ⁊ absq; dolore sensibili q̃si: s3 sentit in dorso aliquẽ dolorẽ non intensum: ⁊ paucitas appetitus coitus ⁊ q mingit sepe superfluitates dictas cũ vrina pauca vt plurimũ.

In cura debilitatis renum ex cõplexione sciendũ est q debilitas ex ista cã magis mãsiua ⁊ pseuerãs est q̃3 ex causis alijs: ⁊ deterius curatur. Si aute3 debilitas fuerit ex cõplexiõe fri. cõfortẽtur renes cũ oleo de spica ⁊ oleo d̃ mastice mixtis cũ cera ĩ modũ vnguẽti ⁊ nutriatur cum carnibus castrati arietis ⁊ edi cocti cum feniculo petroselino ⁊ borragine: ⁊ carnibus auiũ coctis in pastillo ⁊ testula aut veru conditis cum mẽta petroselino ⁊ sinapi factis cum rob aut puluere spẽrũ qui sic fit. ℞. piperis longi. ʒ. ij. cinamomi. ℥. j. ameos amomi añ. ℈. j. cardamomi garicfilorum nucismus. añ. ʒ. j. ß. croci. ʒ. ß. fiat puluis cribelatus. Bibat vinum album clarum odoriferum medie rubedinis limphatum cum aqua decoctionis mellis ⁊ galange. cõedat ẽt vitellos ouoꝝ cõditos cũ spẽbus dictis ⁊ de herbis feniculũ petrosilinu3 borragine3 ⁊ mẽta3 ⁊ sclarcã.

Si materia fuerit ibi frigida apparens vel peccans mundificetur cum aqua decoctionis torbit ⁊ reubarbari scolopendrie se. apij ⁊ ameos ⁊ dulcoretur cũ melle aut melle ro. Super renes fiat emplastrum cu3 cera ⁊ laudano: mastice mirra vernice ⁊ ture ⁊ oleo de mastice. Si aũt non curaretur per hoc fiat cauterium super locũ vbi sentitur dolor ⁊ non imprimatur multũ ⁊ dimittat̃ aptũ lõgo tpe. nã de pprietate tale cauteriũ alterat̃ cõplexionẽ frigidã cũ hũore ⁊ absq; hũore. Si vero debilitas fuerit ex cõplexione calida confortẽtur renes cum vnctione que fit ex oleo ro. ⁊ cera vel oleo de papauere aut oleo de mirtis ⁊ cera ponat̃ emplastrum factũ ex sandalis rosis camphora ⁊ farina ordei ⁊ oleo. ro. ⁊ aliquãtulo aceti super ipsos.

Si autem materia fuerit presens calida mũdificetur corpus cũ aqua decoctionis reubarbari latucarum ⁊ endiuie ro. ⁊ cicoree: vel se. cucurbitarum melo. ⁊ citrulli ⁊ dulcoretur illa aqua cum zucaro vel rob. Nutriatur cum carnibus dictis conditis ⁊ coctis cũ agresta ⁊ succo berberis vel de gra. uel cucurbitis lactucis enduijs ⁊ rapis. nã rape valde vtiles sũt in hoc casu Bibat vinum stipticum limphatũ cum aqua fri. aut cũ aqua decoctionis endiuie lactucarum rosaru3 mirtilorum cucurbitarum ⁊ similium. Comedat etia3 rapas ⁊ cucurbitas farrum rizum ⁊ vitellos ouoru3 cõ

ditos cũ lacte amigd. ⁊ agresta ⁊ vitellis ouoꝝ ⁊ vino de gra. vel succo berberis seu mirtiloꝝ. ⁊ de berberis comedat portulacas lactucas ⁊ endiuiã ⁊ cõdiãtur cũ eisdẽ reb⁹: ⁊ corpore supino iaceat sup terrã frigidã ita ꝙ renes tangãt terrã: ⁊ super lectos frigidos de rosis ⁊ psilio.

Cura Debilitatis ꝑꝑ extenuationem est eadẽ cum cura debilitatis stomaci ex domi nio siccitatis: preter ꝙ vnctiones que fiunt circa stõmn in cura ista fiunt circa renes ⁊ spinã in ista: ⁊ ꝑꝑ hec cura illius requiraꝫ illic. Vngat̃ sepe renes ⁊ spina tota cuꝫ populeone ⁊ oleo. ro. mirtis ⁊ comedat brodia gallinarum pinguiũ ⁊ similiũ sumat sepe restauratiuũ mixtum cũ diadraganto. ⁊ abstineat a coitu tãꝗ̃ a re mortali ⁊ destruente.

Curã debilitatis renũ propter dilatationẽ meatuũ est vt vngat̃ renes cũ oleo de mirtis ⁊ oleo de mastice mirtis cũ cera: ⁊ super renes ponatur emplastrũ factũ ex sandal' mumia bolo armeno ⁊ sandal' ⁊ rosis ⁊ oleo ro. ⁊ dragantis gummi arabico ⁊ farina ordei ⁊ aliquantulo aceti. Comedat carnes auium vel aĩaliuꝫ conditas cum agresta aut vino de gra. vel sumac berberis aut de mirtis ⁊ vitellis ouorũ ⁊ puluere de mirtis ⁊ cinamomo. Bibat vinum stipticum limphatuꝫ cum aqua veri frigoris: aut cum aqua mirtilorum vł berberis. Fiat flobotomia de pede ex eadeꝫ parte doloris si corpus non fuerit plectoricum: si vero corpus plectoricum fuerit fiat de contrario pede. Vtat̃ sepe trociscis stelle vel de spodio aut de berbere cum aquis dictis ⁊ vino. Comedat rizum farrum ⁊ farinaꝫ ordei ⁊ paucum de faba conditum cum agresta vel vino de granatis: ⁊ puluere supradicto. Abstineat a ꝓuocantibus vrina nã ⁊ coitu oĩo.

Capitulum: cxxxviij. de lapide in renibus.

Lapis in renibus et vbicunqꝫ fiat semper fit ex materia viscosa in qua calor agit fortiter ⁊ eam mutat in lapidem sicut apparet in lapide qui fit in fornace.

Signa lapis in renibus sunt dolor simul colice: ⁊ illud est quoniã natura cum eo constringitur ⁊ commouetur nausea vel sincopis: ⁊ sentitur dolor in ylijs ⁊ os vt distinguat̃ inter dolorẽ yliorum ꝑꝑ lapidem renũ ⁊ dolorem yliorum q fit ex ipsa yliaca per vrinam: cũ eniꝫ est in vrina sicut arena: aut õ ꝯsuetudine egri est vt mingat post talem dolorem harenã vel lapides: aut minxit añ illã per aliquos mẽses vrinã nigram cum qua fuit dolor in renibus vel turbulentia tũc est lapis in veritate. Si vero non fuerit aliquod istorum signorum tunc dolor postsacietatem nauseatiuã est significatio colice ⁊ etiam nausea quãuis antecedat lapidem: plus est cum colica ꝗ̃ cum lapide: ⁊ locus doloris vẽtris in colica est amplior ⁊ ad anteriora decliuior: sed in lapide q est ĩ renib⁹ est locus eius minor ⁊ ad posteriora decliuior ⁊ iterũ dolor colice permutatur dolor vero renũ nõ permutatur. Similiter significatio lapidis renũ est dolor in renibus ⁊ circa ⁊ ylijs ⁊ emũctorijs cum grauitate ⁊ opilatione ita vt quasi aliquid sit suspẽsum in eis.

Cura lapidis in renibus vel vijs venientibus ad vesicam est vt fiat clistere lentium de quo fecimus metioneꝫ tractatu de colica: ⁊ sit hoc clistere multũ vntuosuꝫ ⁊ pingue plusquã aquꝫ quia quãuis non vadat ꝑ loca aut ad loca in quib⁹ lapis continetur: vel per q̃ transit in aleuiando itestina a superfluitatibus que loca illa cõprimũt: melius dilatantur emunctoria ⁊ vie vrine ⁊ sic liberius ⁊ suauius descendente põt lapis ad vesicam ⁊ non est inconueniens iterare talia vsqꝫ ad doloris cessationem ⁊ lapidis descensionem. Ingrediatur eger balneum aq̃ decoctiõis aneti: florũ camomille melliloti apij ⁊ maluaruꝫ ⁊ mercorelle: dauci ⁊ ciceris sacerdotalis. Fiãt vnctiones circa renes ⁊ ventrem ⁊ loca dolorosa cuꝫ oleo de spica vel de lilio ⁊ oleo anetino ⁊ de camomilla ⁊ oleo de scorpionum: equitet equũ q nõ suauiter ãcedat ⁊ descendat de gradu in gradũ super scalam fortiter aut saltet fortiter sup vnũ suoꝝ pedũ. Sumat sepe cassiã fi. cũ aq̃ decoctionis cauliũ ⁊ se. apii lactucarũ scariole ⁊ cicore ⁊ petroselini ⁊ ciceris sacerdotalis. ⁊ saxifragie quia facit lubricare lapidem ad vesicaꝫ. ponat emplastruꝫ super ylia quod fit ex maluauisco preparato se. lini farina fenugreci ⁊ aneti mirtis ⁊ ĩcorporatis cum oleis de aneto ⁊ camomilla ⁊ mucillagine malee ⁊ mercorelle: sumat etiaꝫ aqua decoctiõis apij petroselini anisos amomi carui dauci milij solis saxifragie ciceris sacerdotalis lactucarum endiuie capari ciperi ⁊ cicoree: vel per se aut cũ aliqua de medicinis que frangunt lapidem quas ĩferius dicem⁹. Bibat vinũ album limphatũ cũ aqua dicta aut cũ aqua decoctionis apij milij sol' endiuie ⁊ ciceris sacerdotalis: ⁊ cicoree ⁊ mellis. Comedat carnes arietis anualis vel castrati aut edi vel auium decoctas cuꝫ feniculo ⁊ petroselino: spinachijs vel boragine. Comedat cuꝫ eis sinapim cõditũ cũ rob. moueatur pedibus continue ⁊ currat secundũ ꝙ est possibile: nã ista faciunt descendere lapidẽ ad vesicam cũ alijs dictis. Cuꝫ ergo egreditur lapis in vrina ⁊ non sequitur ipsum mictus sanguinis bonũ ẽ quia significat ꝙ lapis est leuis ⁊ paruus sed quando sequitur ipsum mict⁹ sanguinis tũc curetur cum medicamine quod faciemus in excoriatione emunctoriorum ⁊ vesice: ⁊ cuꝫ flebotomia saphene vel saluatelle.

Et si lapis peruenerit in meatib⁹ virge ⁊ est magnus ita ꝙ non exit aut est conuersus secũdũ latitudinẽ. ponatur tunc virga in aqua calida decotionis violarum ⁊ maluarum ⁊ olei violati ⁊ ponat̃ in foramine virge oleum violatum vel de aneto cum mucillagine altee vel se. lini: ⁊ fricetur locus in quo sentitur lapis vel continuetur ⁊ expellat̃ ad iteriora vice vna post aliam donec egrediatur: ꝙ si nõ egreditur per viam istam ⁊ sentiatur in virga ⁊ doloꝛ augmẽtatur ⁊ fit fortio ⁊ apostematur locus tunc scindatur locus ĩ quo cõtinetur lapis ⁊ extrahatur ⁊ postea conglutinetur loc⁹ incisus cum mastice ⁊ bolo ⁊ albumine oui ⁊ consolidetur.

Capitulum. cxxxix. de apostematibus renum.

Apostema in renbus et alijs locis semper fit ex materia currente per venas ad locum apostemosum.

Signa apostematis in renibus sunt ꝙ in principio sui sentitur fe. permixta ñ habens paroxismum cũ oripilatione vel rigore manifestum ⁊ sentit infirmus grauitatem cum iacet supin⁹ in renibus siue dorso ⁊ impeditur vrine transit⁹ ⁊ videtur post tẽpus ꝙ circa epar fiat aliqua eminentia.

Cura eius est vt in principio fiat flobotomia de vena pedis eiusdem lateris ad qð dolor magis inclinare videtur que est inter auricularẽ ⁊ anularem digitũ ⁊ sumat in potu aquã se. portulace endi. lactucaruꝫ ⁊ cucurbile dulcoratã cũ zucharo vio. aut cũ sirupo de nenufare ⁊ aqua citrulorum ⁊ melonũ ⁊ cucumaris ⁊ vngatur loc⁹ cũ oleo vio. vel de nenufare. Comedat portulacas lactucas endiuias cucurbitas ⁊ melones spinachias ⁊ attriplices ⁊ condiant̃ cũ oleo vio. vel de nenufare: aut cũ lacte amig. dulciũ aut aquã ordei vel cibarium factũ ex farina eius vel auene cum oleis dictis vel lacte amigdalarum dulcium. Cuꝫ ergo feceris illud vsqꝫ ad dies vij. vel. viij. ⁊ febris minuitur ⁊ non sanatur infirmus: aut etiã si a principio febris non fuerit multum intẽsa da ei in potu aqua decoctionis ordei ⁊ se. altee ⁊ malue ⁊ scariole vel cicoree ⁊ vnge locũ cũ oleo de camomilla ⁊ ane-

ro vel de semine lini. ꝛ pone: ꝛ emplastrum maturatiuum quod fit ex maluauisco ꝛ farina fenugreci ꝛ se. lini: ꝛ pinguedine porci vel butiro: vel fiat emplastrũ cum farina fenugreci se. lini. ꝛ ordei: ꝛ frumenti mixtis ꝛ pditis ꝛ coctis cum oleo camomellio ꝛ anetino ꝛ de semine lini. Mundificetur sepe cum aqua decoctõnis manne casie fistule: ꝛ reubarbari ꝛ se. lactucarum ꝛ cicoree ꝛ similium. Tunc sedatur dolor totius ꝛ remanet grauitas tunc precipe infirmo vt saltet super pedes ꝛ descendat per gradus scalarum ꝛ moue dorsũ renum vbi est grauitas leuiter cõprimendo etiam fortiter si saniem non inceperit mingere.

Si autem saniem mingere inceperit: eris excusatus a fricationibus ꝛ compressionibus fortibus ꝛ lenibus ꝛ tunc cum minxerit saniem da ei in potu mundificatiuũ vice vna ꝛ cõsolidatiuũ vice alia ꝛ fiat sic continue donec facta sit consolidatio ꝛ mundificatio: sicut mundificatiuum quod fit ex aqua mellis in quo ponitur semẽ apij ꝛ lactucaꝝ ꝛ ciceris sacerdotalis ꝛ gũmi arabicũ qđ datur cũ trocis. alkekengi ꝛ cõsolidatiuum sicut electuariũ de thure vel trociscos de bolo q dantur post mũdificationem cã consolidationis ꝛ etiã alia mundificatiua ꝛ cõsolidatiua que faciemus. c. de vlcere renum ꝛ vesice. Bibat vinũ limphatum albuꝫ cũ aqua decoctionis mellis ro. ꝛ gũmi ara. ꝛ milij solis ꝛ ameos ꝛ ciperi ꝛ ciceris sacerdotalis. Comedat carnes animalium ꝛ auium coctas ꝛ conditas cũ cucurbitis lactucis portulacis: aut cũ feniculo petroselino ꝛ borragine vel spinachijs: ꝛ condiantur: ꝛ cum puluere specierum ꝛ rob. vel cũ sinapi melle ꝛ rob. Utatur sepe lacte stomaco ieiunio in quo ponatur mel vel zucharũ Utatur rizo ꝛ rara ꝛ farina ordei cõditis cũ lacte amigda. vel lacte caprino super renes in extrinseco ponatur emplastruꝫ quod sic fit. ℞. boli armeni: mirre mumie: thuris masticis. pũueris nucis cipressi ꝛ mirtilorum añ. ʒ. ß. draganti gũmi arabici sang. dra. añ. ʒ. iij. misceantur cum oleo de mastice ꝛ cera ꝛ extendãtur super corium ꝛ postea cohoperiantur ex panno subtili valde ꝛ sumatur cũ corio bene ꝛ firmiter.

Capitulum. cxl. de duritie in renibus.

Durities in renibus fit

aut post apostema a quo resoluitur subtile aut ꝙ incipit ex se: ꝛ fit ex materia gipsea: vel melancolica vel composita ex his: ꝛ hec egritudo est deterior alijs quia aut male curatur. aut nullo modo curatur.

Signa duritiei in renibus sunt ꝙ minoratur quantitas vrine: ꝛ ꝙ ẽ grauitas renum ꝛ spine cum aliquo dolore: ꝛ incipit venter inflari post tempus ꝛ fit idropicus secundum dies: ꝛ vt plurimum fit talis durities post apostema calidũ in renibus ꝛ post febrem eius.

Cura duritiei in renibus est vt fiat emplastrꝫ de maluauisco dicto in. c. anteriori super renes ꝛ dorsum ꝛ fiat inunctio cum vnguento facto ex adipe anseris anatis ꝛ gallinarum ꝛ adipe renũ yrci vel edi arietis li. uefactis ꝛ mixtis cũ cera ꝛ oleo de camomilla: aut fiat inunctio super renes ꝛ dorsum cum medulla ossis cruris cauri vel vitulli aut cerui. Bibat bis in die ante prandium ꝛ ante cenaꝫ oximel compositũ cum aqua decoctionis ordei ꝛ mellis vel se. maluauisci ꝛ mellis. ꝛ hoc est melior. Mundificeẽ semel in ebdemoda cũ aqua decoctionis reubarbari se. malue ꝛ altee ꝛ apij ꝛ dulcoretur cum sirupo de nenufare vel sirupo vio. Regatur cũ dieta vt dictũ est in c. superiori in cura apostematis calidi tempore quo se. minuitur. vel remouetur.

Capitulum. cxlj. de vlceribus in instrumẽtis. s. intra virgam renes ꝛ minctoria.

Ulcera vesice et renũ

fiunt post apostemata cũ conuertuntur ad saniem: aut ex materia acuta vlcerãte: aut percussione ꝛ casu et fiunt in vesica ꝛ emunctorijs in renibus.

Signa Ulcerum in locis dictis sunt emissione sanguinis vel saniei. sed distinguitur. Si aũt vlcus fuerit i vesica sanies egreditur ante vrinam ꝛ sentitur dolor circa vesicam ꝛ femur ꝛ vrina cũ difficultate emittitur. Si aũt vlcus fuerit i emunctorijs vel renibus sanies emittitur mixta cuꝫ vrina: sed si venerit a renibus sentitur dolor in quodammodo spine versus caudã ꝛ i dorso. Si aũt fuerit in emunctorijs erit dolor circa partem in qua ẽ vlcus. Est ꝛ aliqua distinctio vel differentia vlcerũ renũ ꝛ vesice: quia quod egreditur ex vlceribus renũ est frustruꝫ carnis paruũ: sed ex vlcere vesice egrediuntur cortices vel squame ꝛ dolor vesice est fortior ꝙ que est in renibus ꝛ in ambobus lateribus renum est grauitas Quando vero vlcus est in meatu meus inter vesicã ꝛ renes distinguetur per dolorem loci vel punctionem vel ꝓpositionẽ signoꝝ dictorum in vlcerum vesice.

Cura Ulcerum renum ꝛ viarum vrinalium ꝛ vesice est eadem ꝛ cũ eisdem fit medicinis Mundificetur locus saniosus aut excoriatus cũ aqua mellis: aut cũ aqua mellis decoctionis se. endiuie lactucarum ꝛ cicore: ciperi ꝛ ciceris sacerdotalis ꝛ se. altee vel malue in qua dissoluantur trocisci alkekẽgi vice vna: ꝛ vice alia sumat trociscos cõsolidatiuos de bolo que sic fiunt. ℞. boliarmeni carabe añ. ʒ. v. acatie balaustie: gũmi arabici ypoquistidos añ. ʒ. j. ß. se. apij. iusquiami añ. ʒ. j. fiant trocisci cũ succo berberis vel mirtiloꝝ: ꝛ sit pondus vniuscuiusqꝫ. ʒ. ij. datur cum aqua decoctionis mirtilorum vel berberis. aut sumat: ꝛ scias ꝙ trocisci alkechengi ꝯsolidant ꝛ incarnãt cũ istis aqs quos iuenies bono mõ i ãtidotario.

Si aũt vlcus fuerit i vesica vel sanies iniciatẽ cũ lacte ꝑ siringã coliriũ albũ ꝙ sic fit. ℞. ceruse salcocole thuris gũmi: amilij opij sanguinis draconis añ. ʒ. j. fiant coliria cũ mucilagine altee: ꝛ facta primo mundificatione cum aqua mellis itromissa in vesicam cum siringa: ꝛ inimicaꝫ ẽt cũ siringa intra vesicã sepe causa mũdificationis aqua ficuum vel mellis. Scias hic ꝙ ea q̃ iniciuntur cũ siringa i vesicã magis valẽt in vlceribus vesice ꝙ ea q̃ sumũtur ꝑ os: ꝛ ea q̃ sumũtur ꝑ os magis valẽt in vlceribus renũ ꝙ meatuũ. Ungatẽ loca extrinseca q̃ sũt super vulnera cũ vnguẽtis dissolutiuis qꝛ multũ adiuuãt sicut vnguẽtũ de cerusa aut v. guencũ fuscũ ꝛ emplastra ẽt multũ cõferunt. Bibat vinum stipticũ rubeũ cũ aqua mell' liphatũ vel cũ aq ficuũ. Comedat lac cũ mele vel rizum coctuꝫ cũ lacte aut farrum cũ lacte aut fabã vel panicũ. Comedat ẽt carnes arietis vel castrati aut edi. perdicũ ꝛ similium conditas cũ lacte ꝛ puluere mirtilorum ꝛ cardamomi ꝛ cum rob aut vitellis ouorum. Comedat festicos auelanas ꝛ pineas mundatas ꝛ similia.

Capitulum. cxlij. de minctu saniei ꝛ sanguinis.

Hec egritudo fit aut pꝰ

casum ꝛ percussionẽ aut ex commixtiõe cibi acuti sicut alei sinapis nasturtij ꝛ similium aut ex humore acuto vel salso currente ad renes vel vias vrinalium. ꝓuenit aliquando a vesica: aliqñ a renibus ꝛ partibꝰ illis. Et scias ꝙ mictus saniei sequiẽ ad minctum sanguis ꝛ apata rupta ꝛ vlcera: ꝛ ad excoriatõꝫ viaꝝ vrie vt dictũ ẽ

Signa minctus sanguinis ꝛ saniei manifesta sunt ex visu: sed refert in distinctione per signa vtrum a renibus vel vesica: nam sanguis qui venit a renibus vel chili subito venit: ꝛ mul

tus in quantitate ⁊ fluidus ⁊ non trūbosus ⁊ infirmus sentit grauitatem vel dolorē in renibus vel in dorso ille qui a vesica descendit venit trūbosus ⁊ nō multꝰ in quantitate: ⁊ circa femur ⁊ vesicam sentit alterationem ⁊ grauitatem.

Cura minctus sanguinis siue veniat a renibus vel vesica aut aliunde est vt fiat flobotomia de basilica aut de vena manus q̄ est inter ānularem ⁊ auricularem sumat omni die vnum troc. de carabe cum aqua sumat vel mirtilorum aut berberis troc. sic fiunt. ℞. carabe gūmi arabici licij an̄. ʒ. ij. ſ. olibani. ʒ. ij. se. apij. opij. amborum. an̄. ℈. ſ. formētur troc. pondere aurei: vnius vel. ʒ. j. q est melius cū succo berberis aut mirtilorum: aut cuz vino rubeo stiptico: aut sumat troc. de spodio vel bolo cum aqua portulace vel cum succo citoniorum ⁊ similium. Cōedat carnes coctas ⁊ cōditas cuz agresta ⁊ vitellis ouorum aut cū succo berberis ⁊ mirtilorum aut citonioꝝ ⁊ similium. Bibat vinum ponticum limphatuz cum aqua sumac vel aqua citoniorum aut pirrorum nespilorum aut sorbarum super locum percusum vel attritum ponatur emplastrum quod fit ex bolo ar. acatia ⁊ aloe ⁊ licio confectis cum aceto ⁊ aqua.

Si autē minctus sanguinis fuerit ex materia acuta vel salsa curetur eodem mō ⁊ mūdificetur corpꝰ aliquādo cū aqua decoctionis reubarbari ⁊ māne ⁊ mirtilorum dulcorata cum miua citoniorum vl' sirupo .ro. Et dieta ⁊ potus sunt vt dictum est.

Si aūt sanies post minctū sanguinis mingeretur sumat patiens de troc. qui sic fiunt. ℞. se. mellonis citruli cucurbite excorticatorum an̄. ʒ. x. boli ar. gummi arabici thuris sanguis dra.. an̄. ʒ. v. opij. ʒ. iij. se. apij. ʒ. ij. formentur troc. pondere. ʒ. ij. vel. ʒ. j. ex qbus vnꝰ cum. ℥. j. sirupi de papauere sumatur oi die. Intra virgam iniciatur cum siringa de coliris quod sic fit. ℞. ceruse sarcocolle thuris gūmi arabici opij sanguis draconis an̄. ʒ. ij. fiant coliria cum lacte asine ⁊ cum lacte asine dissoluantur hora iniectiōis. Modus iniectiōe talis est primio fiat iniectum cum ydromelle ⁊ mingat eger ⁊ postea iniciatur colirium dissolutum cuz lacte asine. Dieta ⁊ regimen fit pꝫut dictum est. c. de vlceribus in renibus ⁊ vijs vrine.

Capitulū. cxliij. de retentiōe vrine ⁊ difficultate.

Rine retētio seu difficultas fit aut pp egritudinē in emunctorijs: aut ppter egritudinē in meatu virge: ⁊ hec egritudo que fit i predictis locis ambobus: aut est lapis aut caro nata in modū veruce: aut est opilatio sanguinis vl' saniei aut apā fit ēt ex alia causa difficultas vrine propter molitiem lacerti vesice seu palesim: ⁊ fit ppter vehemētem retentionem vrine.

Signa q iste egritudines sunt in emūctorijs sunt grauitas in dorso ⁊ repletō vesice ex vrina.

Si autem ibi fuerit opilatio paruz aut nihil miget infirmu:: ⁊ tunc dolor ⁊ :grauitas augmentantur circa dorsum ⁊ epar.

Si autem lapis ibi fuerit erit cuz nuasea ⁊ cū dolore yliorum ⁊ constringetur venter. Et si in vrina fuerit visa harenosa ante vel eodem tempore erit certiꝰ signum ad lapidem.

Si fiat ex carne nata in moduz veruce semp fiet minctus saniei aut sanguis ⁊ dolor ⁊ grauitas loci ⁊ ipedimentum vrine non remouetur sed potiꝰ augumētantur. Sed si fiat propter saniem vel sanguinem q mingitur hoc manifestum erit sensibus.

Si autem propter apā contingerit erunt dolores ⁊ tensio ⁊ grauitas augmentata in dorso cum fe. continua forti. Quando eedē infirmitates erunt in meatu vesica: verbi gratia. si opilatio fuerit in meatu virge erit sꝫ repletione vesice ⁊ inflatione tendente i modū corde ⁊ grauitate in pectine ⁊ ancha ⁊ dolore vehementi.

Si autem fuerit propter lapidem in vesica inferius. c. de lapide in vesica dicemus signa ⁊ curaz eius

Si autē retentio vrine fuerit pp sanguinē vel saniem: aut propter carnem natam in modū veruce antecedet p tps minctus sanguinis ⁊ saniei: ⁊ erit in loco ardor fortissimus ⁊ specialiter post expulsionē vrie ⁊ etiam hora expulsionis.

Si autem propter apā i vesica euenerit erit fe. valida ⁊ vehemētia doloris in pectine circa femur ⁊ alienatio. Quando vero difficultas cōtigerit pp mollitiem lacerti vesice signum est q patiens mingit leuiter quando super vesicam ⁊ femur fit cōpressio.

Signa difficultatis vrine propter vehementez retentiōem vrine sunt q si compressio fit super vesicaz egreditur vrina ⁊ q vrina fuit retenta vltra voluntatem per tempus.

Cura difficultatis vrine pp egritudines q̄ sunt in emūctorijs pp sicut opilationē aut pp lapidē est sumere in potu ea q̄ prouocāt vrinā ⁊ frangunt lapidē in renibus ⁊ vesica sicut medicamē quod sic fit. ℞. se. apij vitis rubee tinctorum seminis petrosilini macedonici: iuniperi: semi. ameos semi. feniculi: spice amigdala. ama. an̄. ʒ. x. assari se. mellonis an̄. ʒ iv. cantaridarū capita quarum ⁊ ille abscisce fuerint. ʒ. ſ. armoniaci. ʒ. j. ſ. dissoluatur armoniacuz in vino ⁊ alie species conficiantur ex illo: ex quibus fiāt forme similes auelanis de quibus sumatur. a. ʒ. j. v q ad. ij. cum vino albo vel aqua decoctionis apij ⁊ cicoree vel scariolē. hoc medicamen valde confert difficultati vrine que fit propter opilationem aut lapidē in emunctorijs vel vesica. Aliud medicamen quod frangit lapidem ⁊ aperit opilationem ponemus: c. de lapide inferius ⁊ est fortius isto ⁊ cum eo de alijs vtilibus ⁊ bonis in tali casu ⁊ similibus.

Si autem difficultas vrine fuerit propter opilationem inductam ex sanguine vel san e quod scietur q: hoc accidit post minctum sanguinis aut saniei: aut propter opilationē factā ex carne orta i modū veruce Si talis caro fuerit in emunctorijs non hꝫ curationez Iuuatur tamē qn̄ fuerit in emunctorijs: quando fuerit in virga cū vnctionibus factis extra super locum dolorosum vel grauē ⁊ cū balneis ⁊ rebus dictis. c. de luritie renum fiat ergo balneuz cū maluauisco se. fenugreci ⁊ lini mellilotо ⁊ flore camomille: ⁊ vngatur cuz vnguēto de pinguedinibꝰ facto superius. Si autē opilatio fuerit propter sanguinē vel saniem contingentez in virga vel vijs vrinalibus curet cū ꝓuocantibꝰ vrinam vt dictū est. c. de lapide in renibꝰ. Et cōedat aq̄ cicerum in qua decocte sint radices feniculi petrosilini: ⁊ semē ameos ⁊ amomi vl' cimini. ⁊ comedat herbam feniculi petroselini ⁊ boraginis: aut comedat brodium caulium ⁊ blete ⁊ herbas non posset comedere carnes coctas cū eisdē ꝯditas cū sirupo cōfecto cū rob ⁊ carnes auium etiam. Bibat vinum limphatum album cum aqua colata decoctionis graminis capari ⁊ mellis sumat cū eadē aqua oi mane. ʒ. j. de puluere q sic fit. ℞. saxifragie. ℥. j. se. apij ⁊ scariole an̄. ℥. ſ. zuchari. ʒ. iij. misceantur ⁊ puluerizentur ⁊ cribelentur Si autem retentio vrine fiat propter apā in renibus vel vesica curetur vt dictum est. c. de apostemate i renibus ⁊ vt dicetur. c. de apate in vesica: Si autem retentio vrine vel difficultas fuerit pp mollitiē lacerti vesice curetur cum in vnctione facta circa virgam vl' femur cū oleo de spica aut oleo de costo aut oleo de scorpionibus ⁊ cōfortetur locus cū emplastro facto ex castoreo oppoponaco calamo aromatico ⁊ oleo de spica: ⁊ sumat sepetiriacam cum vino decoctionis castorei ⁊ se. apij aut diatrion pipereon. Quando vero difficultas vrine fuerit post vehementem retentiōe vrine tunc curetur cū balneo aque decoctiōis apij fenicu

li melliloti: fenugreci caulium rubee tinctorum ⁊ croci ortulani ⁊ fiat emplastrum super pectinem vel femur cū eisdem herbis ⁊ oleo de camomilla ⁊ oleo de aneto sumat puluerem de saxifragia ⁊ se. apij ⁊ scariole dicto superius cū aqua dieta illic. cōprimat fortiter femur ⁊ vesica manibus ⁊ expelletur vrina per violentiam. Utatur dieta dicta superius. Scire hic cōuenit ꝙ introitus in balneū dictū superius aq̄ decoctionis herbarum multū vȝ in retentione oī vrine: sed vti rebus prouocantibus vrinaȝ vesica existente piena ē inconueniens ⁊ iutile q: multiplicando vrina ad vesicā addit in difficultatem vrine vehementiā retentionis ⁊ dolorem tūc cōpressio cū manibus est magis vtilis ⁊ bona Auic. li. iij. dicit ꝙ si intromittatur i capite virge pediculus vel cimex prouocatur vrinam.

Capitulum. cxliiij. de fluxu in sensibile vrīe ⁊ migentibus in lecto ⁊ diabetica vel diaria.

Fiant ex multitudīe caliditatis cū humiditate: aut ex mollificatione lacerti vesice aut ex nimio potu aque multiplicate vrinam in renibus ⁊ vesica sicut potus aq̄ vel potus diureticus: sed diaria proprie. i. diabetes fit ex caliditate renum excedēte cum materia: vel absq̄ materia que attrahit vehementem humiditatem ⁊ humidū a nutritiuis: ⁊ per hoc debilitatur retentiua ex grauedine illius ꝙ attractū est ⁊ cōfortatur expulsiua ⁊ multiplicatur per hoc voluntas migēdi ꝯtinue ex natura iꝯtinentie ⁊ sitis ⁊ exicatur corpus infirmi ita ꝙ qñq̄ conuertitur per viaȝ illam ad ethicam.

Signa in sensibilibus fluxus vrine ⁊ migētibus in lecto satis nota sūt ex narratione infirmi. Si aūt cōtigerit hoc propter caliditateȝ cū humiditate: tūc erit sitis aliqua ⁊ sensibilis caliditas in renibus non multū intensa: ⁊ aliqua mordicatio in vrina: ⁊ profunditas somni cum reuolutione in loco: ⁊ istud contingit multum in pueris. cū. n. profundantur in somno hora reuolutionis excitatur virtus expulsiua preter q̄ȝ excitetur ex grauedine vrine ⁊ expellitur ⁊ ex ista causa contingit in eisdem superfluitas prime digestionis in lecto aliqñ se emittere stercus.

Si aūt propter frigiditatem euenerit. tūc apparebūt sensibilis frigiditas renum ⁊ totius corporis ⁊ priuatio sitis: ⁊ erit in vigilijs vrina absq̄ mordicatione ⁊ profunditas somni cū reuolutionibꝰ in lecto ⁊ erit vrina spissa turbida. Si aūt ꝑꝑ mollificationē lacerti vesice vel paretesim euenerit cū mollificatio aliqñ ledit expulsiuam vt diximus superius. c. de difficultate vrine: qñq̄ ledat retentiuam vt in isto casu tūc in vigilijs emittet vrinā insensibiliter: sȝ si per nimium potum aut diurectica satis notum erit hoc q: abstinere a talibus erit sufficiens significatio super causam.

Signa diabetis vel diarie vrine sunt sitis intensa ⁊ exiccatio corporis: ⁊ ꝙ per potū aque non remouetur sitis: ⁊ secundū ꝙ bibit statim migit preter ꝙ q̄si aliq̄ imutatio i vrina in colore ⁊ sustantia sit facta.

Cura insensibilis fluxus vrine ⁊ migētiū in lecto qñ fuerit ex mollificatione lacerti vesice aut ꝑꝑ nimiū potū aut per vsuȝ diureticoꝝ est abstinere a rebus diureticis ⁊ nimio potu ⁊ vti potibꝰ ⁊ cibarijs stipticis vt est vinum rubeum limphatuȝ cū aqua decoctionis mirtorum aut sumac: seu balaustiarum aut ipoquistidos: ⁊ comedere carnes conditas ⁊ coctas cum agresta vel cū citonijs: nespilis ⁊ sorbis ⁊ similibus. Ungantur loca femoralia ⁊ virga ⁊ partes adiacentes illis cum oleo de costo aut de lilio in quo dissoluantur castoreum bolum armenuȝ ⁊ mustix mumia ⁊ mira. sumat aliqñ de tiriaca cum vino stiptico limphato cū aquis dictis superius.

Si autem migere in lecto in somno cōtingeret propter caliditatem habundantem cum humiditate fiat taler remedium quod sic fit. ℞. se. coriandri assati infusi in aceto vini in die ⁊ nocte emblicorum sticados boli armeni. glandiū siccarum: carabe lentiuȝ excorticatarum añ. ʒ. ij. fiat puluis cribellatus de quo patiens sumat omni mane. ʒ. ij. vel. iij. vel. j. cū miua citoniorum aut sirupo de agresta vel aqua sumat ⁊ similium: obseruet potum ⁊ dietam secūdum ꝙ superius dictuȝ est. comedat tamē sepe carnes ericij coctas cū sumac vel mirtis: conditas cum puluere dicto ⁊ miua citoniorum vel pirorum aut mirtorum.

Si vero in lecto migere contingerit ꝑꝑ frigiditatem dominantem cum humiditate curetur cū medicanine quod sic fit. ℞. glandium siccarum. ʒ. xx. thuris. ʒ. xv. mirre. ʒ. iij. coriandri: assati: acori ciperi añ. ʒ. v. terantur ⁊ cribellentur: ⁊ sumantur ꝺ isto puluere mãe stomaco ieiuno. ʒ. ij. vel. iij. vł. j. ſ. cū uino rubeo stiptico limphato cum aqua decoctionis piperis longe galãge cardamomi ⁊ croci: ⁊ cum isto eodem puluere condiantur cibaria sua et cum aqua decotionis istaꝝ rerū eius vinum limphet comendat carnes ericijs coctas cū sumac ꝯditas cum isto puluere ⁊ rob vel miua citomorum. sumat sepe tyriacam cum vino decoctionis pulueris pipi longi dicti: aut cum vino decotiōis mumie aut coriandri. scias hic quod carnes ericij quod ꝓprietate curant migentē in lecto vt volunt phīci et specialiter. Auic. li. ij. c. de ericio Et maxime si condiantur vt dictum est.

Cura diabetis vel diare vrine est quando fuerit ex caliditate absque materia vt sumat patiens de troc. que sic fiunt. ℞. spodii succi liquiritie añ. ʒ. xv. se. lactucaꝝ. ⁊. ʒ. x. se. portulace. ʒ. vij. ſ. rosaꝝ coriādri sicci añ. ʒ. vij. s. acatie: gūmi arabici sandali: lentium excorticataruȝ balaustie boli ar. añ. ʒ. j. cāphore. ℈. j. fiāt troc. pondere. ʒ. iij. cum aqua ro. detur vnus in potu in aurora cū aqua granatorum seu miua citoniorum ⁊ similium. Eplastrum quod ponitur supra renes cōtra diabetem vel diariam que cōperatur circulo qui incipit ab vno puncto ⁊ redit ad idem quod sic fit. ℞. se. portulace solatij ⁊ pinguedinis porci se. mellonis citruli aut rasure cucurbite ꝙ cūq̄ presto fuerit ⁊ permiscet qñ fit tepido. troc. ad idem ⁊ specialiter quādo fuerit inflāmatio ⁊ caliditas cū materia. ℞. spodij. ʒ. ij. carnis berberis. ʒ. v. boli armeni. ʒ. iij. thuris. ʒ. ij. se. portulace. ʒ. vj. sandali. ʒ. ij. ypoquistidos. ʒ. v. campbore. ʒ. i. lace. ʒ. iij. terantur ⁊ fiant trocis. cum aqua ro. pondere. iij. ⁊ detur vnus in potu cuȝ sirupo de papauere Comedat lentes excorticatas vel coctas vel prima aqua eiecta conditas cum aceto vł agresta Bibat vinum limphatum vt dictum est supra. Utatur dieta narrata in cura in sensibilis fluxus vrina.

Si aūt materia cuȝ caliditate ibi vila fuerit habundare mundificetur cum aqua decoctionis emblicorum reubarbari ⁊ mirtorum. nā talis decoctio mūdificando materiam constringit vrinam ⁊ fluxum vētris.

Capitulum. cxlv. de maci renum.

Macies renum ⁊ exiccatio vel extēuatio fit aut ꝑꝑ siccitatem vincentem in renibus: aut ex priuatione nutrimenti.

Signa extenuationis vel maciei renuȝ sūt dolor in dorso non fortis ⁊ extenuatio corporis ⁊ paucitas desiderij coitꝰ: ⁊ multitudo vrine ⁊ albedo eius.

Cura eius est vt impinguetur corpus vt dicemus li. iij. c. de his que impinguāt ⁊ īferius in isto primo li. c. de his que augent sperma.

Comedat pultes de farina frumenti ⁊ rixum coctum in lacte vel in aqua pingui. abstineat ab acetosis ⁊ salsis ⁊ agrestis vel cicutis oio nisi pre confortatione appetitus vel melioratione: quia talia destrunt fa-

stidium inductū a pinguibus. Comedat et micam panis cū brodijs pinguibus. ⁊ bibat vinum dulce nouū ⁊ vetus. Abstineat a coitu tāq̄ ab inimico interficiēte. Utatur in cibarijs suis puluere q̄ sic fit. ℞. cinamomi. ʒ. j. liquiritie. ʒ. ß. cardamomi. ℈. ij. croci. ℈. ß. Comedat sepe lactū zucharo: pineas fisticos vuas virides ⁊ passas: ⁊ fic⁹ virides ⁊ passas: ⁊ amigdalas dulces ⁊ auelanas. Comedat etiam cibariū quod fit ex farina frumenti vel risi. cū zucaro ⁊ lacte. Utatur aliquando balneo dulci tepido aque decoctionis rosarū ⁊ florum camomille ⁊ maluarum post prandium ⁊ cenam ⁊ paruam in eo faciat moram. Utatur qete ⁊ sōno tēporibus longis. Ungantur renes cum vnguento quod sic fit. ℞. oleı ro. ʒ. j. butiri. ʒ. ij. pinguedinis anseris anatis ⁊ gallinarū añ. ʒ. j. cere. ʒ. j. pinguedinis renū edi ⁊ arieti s añ. ʒ. ij. dissoluantur omnia i cazola: colentur ⁊ reseruentur. Abstineat a flobotomia solutione ventris nisi p̄ necessitate. oua sorbilia ⁊ nuces virides ⁊ caro arietina ⁊ gallinarum pinguium ⁊ castrati ⁊ similium rene impinguant ⁊ totum corpus. Scias q̄ hec egritudo nisi curetur ducit hominem ad ethicam.

Capitulum. cxlvj. de distillatione vrine.

Quandoque contigit q̄ homo emittit vrinā paulatim stillando ⁊ inuoluntarie ⁊ vocatur stranguria ⁊ aliquando nihil quasi emittit: ⁊ tūc vocat̄ suria: ⁊ q̄nq̄ tēporaliter inoluntarie ea emittit stillando: ⁊ vocatur tūc disuria. Et est sciendum q̄ de talibus nominibus sapiens curare nō d₃ dūmodo cām ⁊ infirmitatē i veritate cognoscat: q: tunc cōtra causa recte ⁊ naturaliter p̄cedere poterit. Et hec infirmitas q̄n hora emittit vrinam inolūtarie stillādo est q̄nq̄ cū adustione vrine: ⁊ aliq̄n absq̄ adustione: ⁊ illa q̄ est absq̄ adustione aut fit pp̄ humiditatē cōplexionalem ⁊ cum materia aut a debilitate vesice.

Signa distillationis vrine inuolūtarie q̄n fuerit cum adustiōe sunt dolor i virga ⁊ circa femur: ⁊ ardor ⁊ vrine paucitas cum distillatione inuoluntaria.

Signa distillationis pp̄ humiditatem q: vrina emittitur inuoluntarie secūdū tēpus aut paulatī stillādo absq̄ ardore ⁊ punctura ⁊ apparēt in ipsa vrina superfluitates albe longe vel rotunde.

Signa distillationis vrine pp̄ debilitatem vesice sunt q̄ patiens nihil emittit de vrina quasi: ⁊ illud quod emittitur inoluntarie emittit̄ ⁊ cū premitur vesica vl' femur exit vrina violenter.

Cura distillationis vrine inoluntarie cum adustione est vt sumat patiens de trocis. q̄ sic fiunt. ℞. glandium. ℈. v. mirtilorum rosarum añ. ℈. j. ß. acatie. ℈. j. amilli gūmi arabici boli ar. añ. ℈. j. lētium excorticatarum. ℈. v. fiant trocisci. pondere. ℈. ij. cū succo prunorum imaturatorum aut cū aqua ro. dat vn⁹ mane ⁊ secundo cū succo citoniorum aut cū succo nespillorū vel sorbarum. Bibat vinum rubeū stipticū limphatum cum aqua mirtilorum vel glandium aut sumac vel nespilorum similiū. Comedat lētes excorticatas vel biscoctas abiecta prima aqua conditas cū agresta vel sumac aut cū sorbis: ⁊ carnes auium vel animaliū coctas ⁊ cōditas cū agresta vel vino de granatis seu cū nespilis vel sorbis seu mirtis ⁊ citonijs pirris ⁊ minis eorū. Ungatur renes ⁊ virga ⁊ femur cū vnguēto quod sic fit. ℞. gumi arabici opij añ. ℈. j. mirtilorum ceruse boli ar. añ. ℈. ij. aceti. ʒ. ß. olei rosa. ʒ. iij. cere. ʒ. ß. terantur ⁊ incorporētur simul ad ignē. Comedat et risū farrū ⁊ farinam ordei conditam cū puluere mirtilorū vl' agresta aut succo berberis vl' granatorū ⁊ fabā fractā si voluerit ⁊ pirra cocta sub igne.

Cura distillationis vrine abq̄ ardore pp̄ complexionem humidum est vt sumat troc. qui sic fiunt. ℞. glandium thuris añ. ℈. j. granorum coriandri ciperi iuniperi mirre galange cinamomi enule acori añ. ℈. ij. ß. terantur ⁊ fiant troc. cū vino rubeo pondere. ℈. ij. vel. iij. datur vnus cum vino decoctionis ciperi ⁊ iuniperi in aurora ⁊ ante cenā. Ungantur renes ⁊ virga ⁊ femur cū oleo de ma. ⁊ o'lo. lilio ⁊ de camo. Ad idē. ℞. masticis. mirre mūie añ. ℈. ij. fiāt troc. pōdere. ℈. j. vl' ij. cum succo plantaginis. dat̄ vnus ante cenam ⁊ in aurora cum miua citoniorum vel sorborum ⁊ nespilorum ⁊ similibus. Bibat vinum rubeum odoriferum limphatum cū aqua ciperi vel iuniperi vel piperis lōgi. Comedat carnes animalium assatas ⁊ auiū aut coctas in pastillo vel testula conditas cū mēta ⁊ mirtis ⁊ agresta: vitelis ouorum ⁊ succo berberis vel mirtilorum: ⁊ puluere q̄ sic fit. ℞. galange piperis longi añ ʒ. ß. cinamomi. ʒ. j. cardamomi. ℈. ij. croci. ℈. j. fiat puluis cribellatus. comedat vitellos ouorum ⁊ risum cōditum cum lacte vel brodio carnium butiro ⁊ puluere specierum.

Cura distillationis vrine pp̄ debilitatem vesice est vt comedat diatrion piperi on vel diagalanga seu diacardamomum ⁊ similia: ⁊ vngat pectinē ⁊ virgā cū oleo de spica aut de costo: ⁊ faciat super pectinem emplastrum de castoreo: cera: spica cinamomo ⁊ ciperis ⁊ galia dissoluta ⁊ incorporata cum oleo de spica vel de lilio. Utatur dieta dicta in cura distillatiōis absq̄ ardore ⁊ bibat vt dictum est illic.

Capitulum. cxlvij. de adustione vrine.

Mictus vrine q̄nq̄ fit sine distillatione ⁊ egreditur volūtarie ⁊ cum ardore vehementi in fine ⁊ hora exitus ⁊ est duarum specierum aut cum sanie aut sine sanie.

Signa adustionis vrine siue cū sanie siue sine sanie manifesta sunt ex ipsa narratione infirmi ⁊ ex eo q̄ sanies in vrina apparet vel videtur in foramine virge ante exitum vrine vel post.

Cura adustionis vrine cum sanie satis sufficienter dictum est in curatione: vlcerum renum ⁊ virge ⁊ dicetur adhuc de ea i cura scabiei vesice: fiunt tamen troc. tales. ℞. se. mellonis excorticatorum. ℈. x. se. citruli. ℈. v. se. cucurbite. se. portulace se. iusquiami albi se. altee amigdalarum excor. draganti amilli succi liquiritie papaueris albi boli armēi se. adij añ. ℈. ij. incorporentur cum mucilagine psilij. Et fiant troc. pondere. ℈. ij. vel. iij. datur vnus in aurora ⁊ ante cenam cum. ʒ. j. sirupi vio. ⁊ aqua frigida vel vino albo limphato cum aqua decoctionis se. mellonis vel cucurbite: tales remouent ardorem ⁊ mundificant saniem ⁊ consolidant vlcus finaliter si ē possibile. Jn dieta ⁊ potu regatur vt dictum est. c. de vlceribus renū ⁊ viarum vrine ⁊ vesice.

Cura ardoris vel adustionis absq̄ sanie est vt comedat portulacas: lactucas: endiuias: cucurbitas cōditas cum vitellis ouorum ⁊ oleo amig. dulcium vel violato. Comedat oua sorbilia ⁊ ius gallinarum pinguium ⁊ pullorū: ⁊ pruna matura valde ⁊ persica ceresa dulcia: ⁊ mellones ⁊ ficus humidas ⁊ ius carnium porcorum ⁊ ipsas carnes ⁊ edorum ⁊ agni. Et bibat vinum multum limphatum cum aqua frigida vl' cum aqua decoctionis endiuie ⁊ prunorū aut se. citruli ⁊ similium. sepe intret balneum tepidum aque decoctionis maluarum ⁊ altee ⁊ psilij. Comedat etiā succum ordei vel farinam ordei ⁊ bibat aliq̄n ptisanam vel aq̄ ordei cū iure gallinarū piguiū vl' caniū porcorū piguiū sūato i māe vnū de troc. q̄ dictis sunt sup̄ imediate facti ex seminibus frigidis cum sirupo violato ⁊ aqua frigida aut aqua decoctionis prunorum ⁊ similium. Abstineat a rebus salsis acutis acetosis ⁊ coitu ⁊ labore ⁊ forti motu ⁊ itinere. De his que dantur in potu contra adustionē vrine ⁊ excoriationē vesice ē aqua

que sic fit. ℞. epatice. ℔. ß. adianti politrici: capilli veneris scolopẽdrie: foliorum lactucarum: endiuie lingue bouine boraginis. añ. ℥. iiij. mirtilorum liquiritie añ. ℥. j. pistẽtur omnia grosso mõ ⁊ bulliãt in. ℔. iij. aq̃ ⁊ duabus vini albi tã diu ꝙ due. ℔. resoluantur ⁊ tres remaneant: tunc colentur ⁊ addantur in illa aqua. ℥. vi. zuchari: ⁊ iterum bulliat aliquantulum ⁊ coletur ⁊ reseruetur. de hac aqua mane ⁊ sero ante cenam sumat patiens oĩ die. ℥. iij. De his que iniiciunt̃ cũ siringa in vesicam cõtra ardorẽ vrĩe ⁊ adustionẽ. ℞. se. papaueris albi. ℥. iij. pistent̃ pfecte ita ꝙ humidũ fiat in mõꝫ olei ⁊ adatur cũ eo. ʒ. j. opij boni: ⁊ misceantur cũ eis. ℥. xij. olei vio. ⁊ ponãt oĩa illa ad igneꝫ ⁊ calefiant bene ⁊ misceantur ꝯtinue cũ spatula ⁊ ponant̃ in saculo ⁊ fortiter exprimãt̃ cũ torculari ⁊ reseruetur: vel accipiãtur grana viridia aut recentia papaueris albi ⁊ fiat ex eis oleũ vt fit cũ torculari oleum de lino ⁊ erit vtile. vt superius ad operandũ cum siringa. ad idem valet ℞. se. papaueris albi. ℥. iij. se. mundarorum cucurbite melonis cucumeris añ. ℥. i. pistentur perfecte in mortario ⁊ fiat ex eis lac cũ aqua frigida ⁊ coletur ⁊ reseruetur in vase: omni mane ⁊ ante cenam sumat. ℥. ß. de electuario quod sic fit. ℞. zuchari vio. diapapaueris añ. ℔. ß. misceantur ⁊ post electuarium sumat. ℥. iij. de aqua supradicta. melius alijs rebus destruit ardorem vrine ⁊ renum scabiem ⁊ vesice.

Capitulum. cxlviij. de cautela ⁊ generatione lapidis ⁊ de custodia ne fiat.

Summa preuisionis ne lapis in vesica vel renibus generetur est abstinere a rebus grossis ⁊ viscosis ⁊ dulcibus sicut a vino nouo dulci nõ claro ⁊ aq̃s turbidis ⁊ aluminis et arenosis ⁊ que malũ habent colorem ⁊ saporeꝫ: ⁊ a caseo specialiter ⁊ a lacte ⁊ azimis rebus que fiũt ex eis carnibus siccis piscibus. carnibus bouinis ⁊ porcinis non assatis ⁊ leguminibus ⁊ fungis ⁊ similibus naꝫ omnia talia ⁊ similia generant materiam ⁊ humorem q immediate a calore in lapidem conuertitur secunduꝫ naturam loci ⁊ quantitatem materie q: impossibile videtur ⁊ est quod aliqua materia vel humor cõdem pseretur vel induretur in termino lapidis nisi ab agente calido vel frigido: sed impossibile est ꝙ in corpore viuo agens frigidũ in tantum intendatur in actu frigiditatis vita remanente ꝙ possit ex materia grossa lapidẽ generare: nã frigidum intensum actu in corpore ita ꝙ agere possit talem actionem imo virtutes naturales destruit ⁊ finaliter vitam: relinquitur ex necessitate ꝙ tale agens in viuo actu sit calidum ⁊ non frigidum ⁊ materia in qua agit sit frigida grossa viscosa q: materia si esset calida colerica resolueretur ab agente calido. Si aũt esset sicca quãuis frigida desiccaret a calido ⁊ dissolueretur preter ꝙ in substantiã lapideam conuerteretur nisi ammisceretur cum humido viscoso. Et signum huius est sabulum quod nũꝗ a caliditate fornacis in lapidem conuerteretur nisi cum aqua ⁊ terra habente viscositatem commisceretur; ⁊ per h patet ꝙ lateres nunꝗ fiunt nisi cum terra viscosa que admiscetur cum aqua in qua calor solis ⁊ fornacis inducit duritiem ⁊ finaliter lapideitatem: nam viscositas retinet partes siccas ne separentur a calido agente donec totum ⁊ partes in substantiam lapideaꝫ mutentur: apparet manifeste ꝙ lapis non generatur in viuo nec põt generari ⁊ fieri nisi ab agẽte calido ⁊ a materia viscosa; ergo summa preuisionis ne lapis fiat in renibus vesica hominis est custodia a rebus viscosis ⁊ calidis acutis vt dictum est: ⁊ per istam causã ⁊ causis que contrahuntur ex cibis ⁊ potibus voluerũt medici ⁊ specialiter Serapio. ꝙ custodia a generatiõe lapidis vt plurimum consistit in regimine cibi ⁊ potus dicit enim. c. de cautella generatione lapidis cibi aũt ⁊ potus grossi tarde digestionis: quoniam secũdũ plurimum sunt semper causa generationis lapidis tunc si non ascindimus eos: ⁊ non ponimus reginẽ in eis sanum: ⁊ secũdum ꝙ conuenit malitie cõplexionis ipsorum ⁊ discernimus virtutem ciborum ⁊ potuum est cornprio ex eis maior ꝙ iuuamentum cum medicinis cõuenietibus: quod ẽ quia comesta ⁊ bibita sumũtur omni die necessario: ⁊ non est de proprietate hominis vt accipiat eas semper: quod si possibile est illud quibusdam hominibus non est tamen in medicinis de virtute iuuatiua que stet cum opositione regiminis nocitiui. Ita ergo oportet vt caueatur a generatione lapidis donec nõ generetur omnino aut nõ moretur quãdo generatur: neqꝫ magnificetur penitus. Preter hoc scire cõuenit ꝙ de rebus nocibilioribus in generatiõe lapidis est gullositas ⁊ fastidiũ ⁊ multiplicatio cibarum in vna hora: ⁊ imediate dormire post repletiõꝫ ⁊ coitus et post repletiõꝫ nocet multũ ⁊ dat cãꝫ ad lapidis generatõnem impediendo digestionem. Abstinere a somno lõgo super collum ⁊ a longitudine stricture cinguli ⁊ multitudine equitationis ⁊ labore dorsi est vtile ⁊ conueniens valde. Uti vomitu sepe post repletionẽ destruit materiam ⁊ exiccat illam ex qua lapis solet generari bonum est ad defensionem sepe recipere sirupum acetosum de semine diureticis ⁊ frigidis ⁊ calidis ⁊ radicibus ⁊ bibere vinum album odoriferum diureticuꝫ limphatum cũ aqua decoctionis radicuꝫ feniculi petrosilini vel apij: melõis cucurbite: citruli coquere carnes suas ⁊ sua cibaria cum petrosilino ⁊ feniculo ⁊ cucurbitis ⁊ similibus. bonũ est recipere. ʒ. ß. tiriace bone electe semel in ebdomoda cum vino diuretico albo cum aqua decoctionis radicum vel se. calidoruꝫ ⁊ frigidorum: valde cõueniens ẽ sumere bis in mẽse de puluere qui sic fit. ʒ. j. cũ vino vel aqua dicta in aurora defendit ne lapis in renibus vel vesica nullomodo generetur. ℞. saxifragie se. apij: milij solis añ ℥. ß. zucari. ℥. j. ß. terantur ⁊ cribellentur ⁊ misceantur. Comedat melones ⁊ cucurbitas ⁊ citrulos ⁊ eorum se. ẽ laudabile ad defensionem lapidis ⁊ maxime si renes fuerint calidi: ⁊ in estate complexio hominis calida p naturam.

Capitulum. cxlviiij. de lapide in vesica.

vel colerica ē vt fiat flebotomia de manu dextra si fuerit dolor in pede dextro vel sinistra si fuerit in sinistro ꝛ econuerso: si fuerit dolor in manu dextra vel sinistra fiat flebotomia de pede dextro vel sinistro eiusdē partis ꝛ purgetur post flebotomiā specialiter si colera fuerit in causa cum pillulis de hermodactilo minoribus que non valentes incedere surgere faciunt ꝛ pedibus ambulare ꝛ tales pillule sic fiunt. ℞. aloes hermodactilorum alborum aā. ʒ.j. scamonee. ℈.j. rosarū rubearum tritarum vel semine apij. ℈.ß. conficiantur cum vino decoctionis hermodactilorum fiāt grosse ad modum ciceris. dosis ē. ʒ.j. vl'. ʒ.j.ß. aut mundificetur cum medicamine de hermodactilis quod sic fit. ℞. pulueris hermodactilorum alborum mundatorum a cortice exteriori. ʒ.j.ß. diagradij vel scamonee pondus granorum hordei quatuor zuchari. ʒ.ij.ß. zinziberis. ʒ.ß. pulnerizentur omnia ꝛ misceantur preter scamoneam. In fine addatur scamonea cum alijs ꝛ non puluerizetur vltime vt alia hoc enim medicamen de ꝓprietate humores calidos a nodos eradicat ꝛ remouet ꝛ facit incedere non valentes de lecto surgere ex ista causa comeditur in media nocte ꝛ post illud bibat aliquid vini albi limphati cū aqua calida ꝛ super ipsum dormiat infirmus per horas duas vel vsq ad horam in qua natura excitata fuerit ad sellam: ꝛ tunc surgat ꝛ nō dormiat neq comedat quousq mundificatio facta fuerit. bibat ante quā finiatur mundificatio ꝛ postq̄ sepe assellauerit de aqua simplici tepida bis vel ter q: lauat stomachum ꝛ intestina a superfluitatibus ꝛ medicina. ꝛ hec est regula generalis in omni medicina que datur i tali substantia conueniens sanis ꝛ infirmis. Ungatur locus dolorosus leuiter cū penna nō fricando neq tangendo locum cū manu omni die bis vel ter cū oleo ro. vel oleo de mirtis vel oleo d̄ nenufare: ꝛ epithimetur cū succo solatri semp̄uiue ꝛ plantaginis: ꝛ hoc vsq ad cessationem doloris vel mitigationem. cū vero dolor cessauerit vel mitigatus fuerit vngatur locus leuiter vt dictum est cū oleo de aneto: aut oleo de camomilla ꝛ d̄ semine lini. ꝛ emplastretur locus cū emplastro facto ex farina fenugreci: se. lini: aneti mixta ꝛ incorporata cum maluauisco decocto mundificato a ligno suo interiori ꝛ pistato ꝛ preperato vt diximus in cyrugia ꝛ cum eis addantur. ℥. ij. vel. iij. vnctuositatis pinguedinum anatis anseris ꝛ gallinarum hec sedat dolores resoluēdo absq attractione ꝛ maturando materiam sicut superior epithimatio dolorem sedat locū ꝯfortando ne materiā reprimat repercutiendo. Nullomodo vinum bibat ꝛ specialiter hora acessionis neq ante per tempus ꝫ bibat horis doloris ꝛ ante aquam decoctionis prunorū: aut ante quam decoc. prunorum ꝛ zuchari ro. ventris vel aquam decoc. ordei. Comedat succū ordei factum cum lacte amigdalarum aut succum a vene vel spelte qđ erit melius. Si autē esset debilis posset comedere predicta cōdita cū vitellis ouorum aut carnes edi vel pullorum cōditas cū lactucis vel portulacis seu cucurbitis boragine spinachijs ꝛ similibus ꝛ conditas cū agresta vel vino de granatis: seu cum rob pomorum ꝛ aqua ro. ꝛ puluere cardamomi ꝛ cinamo. ꝛ croci. post cessationem doloris ꝛ eius curationem bibere posset vinum debile valde limphatum ꝛ vti dieta etiam bona: carnibus auium ꝛ pullorum gallinarum ꝛ arietis castrati ꝛ caponum ꝛ omnium auium degentium in arboribus ꝛ in pratis ꝛ non in aquis. Scias ꝙ nihil deterius est i egritudinibus neruorum articulorum ꝛ cerebri quam omne vinum: siue egritudines fuerint ex materia calida seu frigida quia de proprietate portat superfluitates ad neruos nodos ꝛ cerebrum. ꝛ hoc est sensibile ꝛ manifestum considerantibus in operationibus vini ꝛ eius effectibus diurnis. conuenit omni habenti dolorem articulorum ex quacunq causa contingat vt post curationem ꝛ ante aduentum perorismi vtatur mundificatione ꝛ flebotomia ꝛ preuisione ante dicta. Cura doloris articulorum hora perorismi si fuerit ex materia frigida flegmatica aut melancolia mixta est vt mundificetur cum pillulis de hermodactilo maioribus que sic fiunt. ℞. hermodactilorum alborum mundatorū a corticibus suis satirion sene ana. ʒ. v. eufor bij. ʒ. ij. turbit pulnis pigre. ʒ. x. cologntide cētauree miorꝭ aā. ʒ. v euforbij. ʒ. ij. turbit. ʒ. x. tapsie zinziberis sinapis pipis castorei' aā. ʒ. i. informent pille cū vio decoctiōis hermodactilorꝫ vl' tapsie grosse ad mōm ciceris dosis ex eꝭ. ʒ i. vsq ad. ij. pulnis pigre qui intrat i istis pillulis sic fit. ℞. rosarum rubearum spice masticis xilobalsami carpobalsami cinamomi: cassie lignee: assari ana. ʒ. i. aloes. ʒ. xvi. fiat puluis optime cribellatus. Alie pillule fortiores ꝛ nobiliores de hermodactilis que non valentes surgere incedere faciunt ꝛ pedibus ambulare sic fiunt. ℞. hermodactilorum alborum mundatorum a corticibus suis satirion arnoglose aā. ʒ.ß. ꝛ coloquintide: bdelij ana. ʒ. i. cētauree minoris. ʒ.ß. euforbij: castorei: opoponaci. asse: galbani ana quartam. ʒ. i. scamonee zinziberis: sinapis. cassie: piperis ana ℈.ß. pulnis pigre ʒ. i. informentur pillule cum vino decoctionis hermodactilorum alborum: ꝛ fiant grosse ad modum ciceris: dosis earum est. ʒ. i: vel. ʒ. i.ß. ꝛ plus vel minus secundum virtutem. Auic. li. iij. in cura dolorum iuncturarum ponit ꝙ tyriaca post purgationem confert ꝛ specialiter in causa frigida. aliud medicamen vt dicitur valde bonum erradicans podagram flegmaticam: sed nō vsi fuimus eo temporibus nostris ꝙ sic fit. ℞. camedreos camepitheos aristologie gentiane valeriā ematorane dauci petrosilini foliorum rute foliorum cucurbite rubee tinctorum assari sauine anteos ana. ʒ. ij. terantur ꝛ cribellent ꝛ fiat pulnis. detur omni mane in aurora. ʒ. i. cum aq̄ calida ꝑ totum hyeme ꝛ non comedat nisi post. vij. horas ꝛ erit vtile ꝛ bonum valde. Aliud erradicans arteticam ꝛ podagram quo vsi fuimus tēporibus nostris in multis ꝛ bene successit eis ꝙ sic fit. ℞. pulueris hermodactilorum alborum mundatorum ʒ. i. turbit. ℈. i. diagradij. grana. iij. ꝛ in fortibus. iiij. zinziberis. ℈. ij. zuchari. ʒ. ij. incorporentur ad inuicem datur media nocte cum vino limphato calido ꝛ potest aliomodo dari primo comedatur per se medicamen ꝛ post illud bibatur vinum limphatum calidum ꝛ faciat vt dictum est supra in regula generali. Si autem excitaretur vomitus hora assellationis: confortetur natura super ipsum cum aqua tepida psiteone penne iniuncte i oleo intra gullam. Scire hic conuenit ꝙ nihil est melius ꝛ nobilius in podagra ꝛ doloribus articulorum quā vomitus siue fuerit medecialis seu naturalis aut spōtaneus. Uomitus cōmunis articulorum ꝛ podagra sic fit. ℞. radicum raffani. ℥. i. se. aneti attriplicis sinapis ceparum aā. ℥.ß. pistentur ꝛ bulliant in. ℥. viij. aque donec. ℥. ij. sint consumpte. collentur ꝛ cum illa collatura addantur. ℥. ij. oximellis compositi vel squilitici. datur hoc tepidum vel calidum postquam venter fuerit repletus per horam ex faseolis ciceribus cepis ꝛ porris piscibus salitis ꝛ sinapi ꝛ vino acuto. addatur in fortibus in aqua decoctionis. ʒ. i. elebori albi ligati inpetia ita ꝙ dissoluatur virtus eis in ipsa decoctione. hora doloris ꝛ antequam fiat perorismus vngat' locus cum olo de mirtis vel oleo ro. mirtis cum oleo de absinthio ꝛ fiat ēplo ex roꝭ. absinthio ꝛ faria hor. mixtis ꝛ decoctis i aq̄. Si aūt dolor intolerbilis fuerit ꝛ spēalit' qn̄ mā fuerit calida ponatur in suis vnctionibus ꝛ emplastris vel epithimatibus aliquid opij vel iusquiami mādragore ꝛ papaueris ꝛ nenufaris: quia locum stupefaciunt ꝛ dolorem sedant ꝛ eius acuitate verum tamen talia nacotrica stupefactiua non sunt continuanda in operationibus medicinalibus: ꝛ quia compactam ꝛ duram faciūt materiam ꝛ inobedientem in fine ad resolutionem post cessationem doloris ꝛ eius resolutionem vngatur locus cum oleo de spica vel de lilio aut de absinthio vel d̄ costo: ꝛ emplastretur locus cum emplastro facto ex se-

rapino bdelio armoniaco dissolutis in vino ⁊ mixtis
cum farina fenugreci ⁊ semine lini ⁊ succo absinthij ⁊
pinguedinibus auium vel cuꝫ alijs emplastris que fa
ciemus ad hoc in antidotario. resoluit enim hoc ma
teriam frigidam ⁊ mollificando maturat. hora perori
smi vinum nullomodo bibat: sed aquam mellis tantū
quia omne vinuꝫ neruos ⁊ articulos debilitat ⁊ ad eos
materiam currere facit. post peroxismum bibat vinuꝫ
limpatum plus ⁊ minus secundum naturam vini: ⁊ si
esset senex posset bibere vinum purum ⁊ acutum non
multum in quantitate: ⁊ comedat vitellos ouorū ⁊ car
nes assatas ⁊ elixatas arietis ānualis. castrati edi pul
lorum gallinarum: caponum ⁊ omnium auium degen
tium in arboribus ⁊ pratis ⁊ non in aquis: ⁊ condian
tur cum speciebus pipere ⁊ croco ⁊ aleis coctis mixtis
cum agresta ⁊ vino de granatis ⁊ similibus sed non cū
aceto. Sunt quidam qui post purgationes ⁊ cum inue
terata fuerit egritudo ⁊ non curantur volūt facere cau
terium infra nodos: sed hoc nolunt philosophi nec su
mus vsi istio nostris temporibus nisi in sciatica vt infe
rius dicetur. Et si fieret cauteriuꝫ infra nodos nō debet
fieri vt tangat neruos neqꝫ impediatur eius consolida
tio ⁊ debet profundari vsqꝫ ad os: ⁊ hoc est illud cauteri
um quod intelligitur a philosophis.

Capitulum. clxxxxiij. de sciatica ⁊ dolore anche.

p

Ropterea ꝙ iunctura anche profūda est vt super ipsam est pluri
ma caro super quam non apparet signuꝫ apo
sthematis manifeste si contingat vt fiat do
lor in ea ex aliqua causa aliqua preter quam
ex re extrinseca cum dolor eius sit species vna ex speci
ebus doloris iuncturarum non est existimandum ꝙ lo
cus sit aposthemosus qui dolor fit ex duabus causis cō
munibus: materia videlicet calida ⁊ frigida.

Signa doloris anche cōmunia sunt ꝙ locus doloris est priuatus signi
ficationibus aposthematis quia locus nō est durus ſꝫ
tractabilis neqꝫ eminens manifeste ⁊ dolor tendit pre
ter hoc ad coxam ⁊ lacertum cruris ⁊ ad pedeꝫ ex par
te extrinseca in noduꝫ virge ⁊ conuertitur pes in itine
re ad intrinseca vt plurimum ⁊ aliquando ad extrinse
ca. Si vero fuerit materia frigida erit color cutis de
clinans ad albedinem vel plumbeitatem: ⁊ locus cuꝫ
tangitur frigidus inuenitur ⁊ si vsus fuerit ante aduen
tum doloris rebus frigidis ⁊ viscosis erit verior signa
aliorum ⁊ specialiter si passus fuerit fastidium ⁊ abho
minationem. Et si habuerit cum hoc habitudinem
humidam ⁊ frigidam seu melancolicam ⁊ dolor poti
us cum grauitate fuerit ⁊ loci fricatione quam cuꝫ acu
itate ⁊ punctura: ⁊ vrina in tali erit discolorata spissa
nisi dolor per irritationē caloris eam immutauerit tūc
verificata erit signa super materiam frigidaꝫ. Si aūt
materia calida fuerit vrina erit rubea spissa vel subti
lis ⁊ habitudo carnosa vel tenuis ⁊ locus rubeus ⁊ cali
dis: ⁊ dolor acutus terribilis cū febre ⁊ acuitate ⁊ oris
amaritudine ⁊ si vsus fuerit ante infirmitatem rebus
colericis vel sanguineis erit verior signa.

Cura Sciatice differt in quibusdam a dolo ribus iuncturarum: eo ꝙ locus magis
ꝓfund⁹ ⁊ magis spissus ⁊ carnos⁹ locis alijs repit ⁊ re
cipit eius ligamentum quasi ex omni causa debili ⁊ for
ti ⁊ mollificationem ⁊ resilit vertebrum ex ea in alijs
non sic euenit. Si materia fuerit frigida introducatur
vomitus pro posse multotiens secundum moduꝫ dictū
superius qui euacuando stomachum cum vomitu erra
dicat humores viscosos ⁊ omnes malas humiditates
decurrētes. ad nodos inferiores post vomitum. fiat
inunctio hora peroxismi ⁊ ante cum oleo rosato vel de
mirtis: aut de absinthio fortiter calido tangendo locū
cum penna suauiter ⁊ nō fricando quia omnis fricatio
materiam trahit ad locum: ⁊ epithimetur locus dū ma
teria est in cursu cum succo solatri semperuiue ⁊ absin
thij: vel emplastretur cum eisdem herbis pistatis de
coctis ⁊ incorporatis cum farina fenugreci se. lini ⁊ or
dei ⁊ aliquantulo trium olerum dictorum. Non presu
mat aliquis ante purgationem ⁊ dū materia est in cur
su vti medicis calidis i moꝫ vnctōis epithimatōis vl
emplastratōis i dolore anche etiam aliorum: quia vt
volunt omnes ⁊ specialiter. Almansor li. diuisionuꝫ. c.
de sciatica ⁊ dolore iuncture anche per tales vnctiōes
⁊ res calidas super locū putrefit super fluitas ⁊ fit egri
tudo difficilis sanationis valde. nam materia inspissa
tur ⁊ fit sicut res cocta super ignem quem ingrossatur
⁊ induratur posset etiam mundificari corpus totum
pillulis fetidis vel de hermodactilis maioribus et re
bus similibus. Post vomitus et mundificationes
vngatur locus cum oleo de spica vel de lilio vel de co
sto: ⁊ emplastretur ancha cum emplastro facto ex mal
uauisco preparato farina fenugreci semine lini mixtis
⁊ incorporatis cum butiro vel pinguedinibus auium.
Bibat hora doloris aquam mellis tantum: vl aquam
decoctionis mellis ⁊ mirtillorum. Comedat vitellos
ouorum ⁊ carnes arietis annualis castrati: edi: capreo
li: caponum gallinarum pullorum perdicum fasianorū
⁊ omnium auium degentium in arboribus ⁊ in pratis
⁊ non in aquis coctas in veru ⁊ in testula ⁊ in aqua cuꝫ
feniculo petrosillino ⁊ spinachijs conditis cum specie
bus ⁊ pipere ⁊ agresta vel succo berberis ⁊ vino de gra
natis inspissato cum vitellis ouorum.

Si vero non sedatur dolor neqꝫ curatur per illud
reiteretur cura ⁊ fac infirmum pati famem ⁊ sitiꝫ ⁊ ab
stinere a balneo ⁊ motu difficili quia inducit lassitudi
nem ⁊ debilitatem in membro: ⁊ pone super locū em
plastrum quod fit ex sinapi mixto cum stercore colum
bino ⁊ ficubus quod habet vesicare locum vel empla
strum factum ex herba que vocatur tapisia vel vacha
ria apud veronam ⁊ est similis donaiere in suis folijs:
⁊ eius folia sunt pilosa ⁊ magis alba ꝙ̄ folia donaiere pi
stata ⁊ contusa ⁊ mixta cum sinapi ⁊ ficubus pistatis ad
inuicem: aut ex emplastro facto ex sinapi euforbio ⁊ ficu
bus pistatis mixtis ad inuicem: ⁊ cum locus fuerit ve
sicatus aperiantur vesice ⁊ currat aquam deinde eua
poretur locus vesicatus de aqua calida vel aqua deco
ctionis florum camomille ⁊ seminis lini. Si vero do
lor sedatur bonum erit: si autem non reiterata.

Si autem egritudo fiat vetus ⁊ induretur locus fiat
cauterium triangulatum comprehendens intra se no
dum anche totaliter ⁊ profundetur cauterium quasi vs
qꝫ ad os ⁊ non dimittatur consolidari quasi vsqꝫ ad tē
pus magnum: sed maneat apertum ponendo intra vul
nera ea que impediunt consolidationem aut ponendo
super ipsa cepas ipsas crudas contusas cum butiro: ita
ꝙ a vulneribus emanat vel possit emanare sanies et
venenum in loco contentum. Usus clisteris acuti et
fortis in illo casu multum valet ⁊ ante vomitum ⁊ post
sed nihil est ꝙ equetur vomitui in doloribus ancharū
siue fuerit in ambabus anchis siue in vna tantum: et
etiam in podagra siue fuerit vniuersalis aut particula
ris. p⁹ cessationem ⁊ remotionem doloris potest bibe
re vinum vetus limphatum: ⁊ obseruare dietam dictā
⁊ consuetudinem absqꝫ legumine.

Cura sciatice tempore peroxismi quādo fuerit ex ma
teria calida est vt bibat aquam decoctionis prunorum
aut aquam decoctionis zuchari ⁊ mirtorum vel berbe
ris seu aquam frigidam cum agresta vel vino granato
rū. ⁊ comedat cucurbitas portulacas lactucas spina
chias ⁊ boraginem coctas ⁊ conditas cum lacte amig
dalarum zuchari ⁊ agresta: vel vino de granatis: come
dat succum hordei conditum cum lacte amigdalarum
⁊ zucharo. comedat pullos paruos coctos cum herbis
predictis ⁊ carnes edi ⁊ gallinarum conditas cum vi
tellis ouorum ⁊ agresta: cum sumac vino de granatis ⁊
succo berberis ⁊ similibus. statim cuꝫ incipit dolor au

geri fiat flebotomia de basilica manus illius partis in qua est dolor: ⁊ si in ambabus partib⁹ fuerit dolor fiat flebotomia ex ambabus partibus ⁊ post flebotomiam fiat inunctio leuiter cum penna ex oleo rosato tepido: vel oleo de mirtis vel oleo de neufare in quo aliquid aceti ponatur. epithimetur locus cum fuerit cursu materia cum succo plantaginis solatri ⁊ semperuiue ⁊ similium. Si autem dolor per istam non diminueretur neqꝫ cessaret fiat flebotomia de sciatica ⁊ que est inter annularem ⁊ auricularem digitum partis pedis infirme: vel que est infra cauiculam exteriorem vel que est supra curuaturam geniculi vel infra in parte exteriori partis lese: ⁊ fiat in ambabus partibus si dolor fuerit in vtraqꝫ sciatica fiat etiam vomitus post omnia ista si dolor perseueraret hoc modo postq̃ venter fuerit bene repletus ⁊ hora repletiõis per aliquod tempus trãsierit: sumat aquam decoctionis semine aneti attriplicis raffani ⁊ ceparum cum. ℥. ij. oximellis compositi ⁊ sit quantitas aque. ℥. vj: in qua si esset fortis posset decoqui. ʒ. j. elebori albi: si vero non. Si vero vomitus post illud nimis tardaretur: excitetur natura cum penna posita in gulam inunctaꝫ in oleo violato ⁊ erit vtile ⁊ infirmus hora vomitus ⁊ positionis penne in gulam iaceat super stomachum facie inclinata versus terram. post vomitum tardetur comestio ⁊ potus per diem mediam ⁊ plus secundum ꝙ possibile fuerit. fiat post quietem doloris inunctio cum oleo de aneto ⁊ oleo de camomilla calidis ⁊ emplastretur locus cum emplastro facto ex farina fenugreci ⁊ seminis lini vel hordei floribus camomille semine aneto melliloto vel maluauisco preparato ⁊ incorporentur simul cum butiro vel pinguedinibus auium ⁊ tunc incipiat comedere dietam magis siccam videlicet carnes assatas conditas cum similibus speciebus ⁊ vitellis ouorum vel coctas in testula vel pastillo conditas cum succo berberis ⁊ vino de granatis ⁊ sumac ⁊ similibus: ⁊ bibere vinum album valde limphatum. posset infirmus mũdificari cum pillulis de hermodactilis minoribus que fiunt de quatuor rebus quas superius in dolore articulorum ex causa calida fecimus. Si autem post vehementiam doloris infirmus indigeret rebus natura corticis ⁊ stupefactiuis ponatur super locum cum oleis ⁊ vngentis vt dictum est superius i cura arthetice ⁊ podagre. ⁊ si remaneret grauitas in loco cum aliqua claudatione fiat cauterium in fine secundum ꝙ diximus in sciatica frigida: quia tale cauterium in tali casu vtile ẽ valde secundum ꝙ sapiens operatores affirmant.

Capitulum. clxxxiiij. de doloribus dorsi.

b Ec egritudo fit ex repletione vene magne quamuis raro existens super dorsum que vena nota est considerantibus in anothomia quia transit super spinam interius super superficieꝫ spine a collo vsqꝫ ad caudam ⁊ est grossa vt digitus magnus ⁊ valde manifesta fit etiam ex frigore alterante dorsum ꝙ est neruosum ⁊ frigidum valde ex natura sue compositionis ⁊ ex humore crudo decurrente illuc alterante ⁊ replente loca illa: ⁊ fit etiaꝫ ex labore vel itinere multo ⁊ ex multitudine coytus ⁊ ex debilitate vel infirmitatibus renum.

Signa doloris dorsi ex repletione sunt habitudo pinguis valde ⁊ carnosa ⁊ repletio cibi et potus generatiui sanguinis ⁊ rubedo faciei ⁊ toti⁹ corporis ⁊ inflatio maxillarum ⁊ faciei ⁊ extensio sensibilis in dorso toto cum dolore ⁊ pulsatione ⁊ caliditate manifesta quantum ad tactum: ⁊ vrina ruffa ⁊ spissa.

Signa doloris dorsi propter frigiditatem ⁊ materiã frigidam sunt ꝙ sedatur per ambulationem ⁊ calefactionem ⁊ ꝙ paulatim fit ⁊ sepe: ⁊ ꝙ patiens vsus est rebus frigidis vel aere frigido ⁊ ventoso ⁊ vrina discolorata ⁊ spissa ⁊ tenuis.

Signa doloris dorsi qui fit ex labore vel itinere manifesta sunt ex re ipsa: quia post laborem ⁊ iter sentitur dolor in dorso semper.

Signa eius qui fit ex coytu manifesta sunt etiam per visum coytus: nam post coytum sentitur dolor in dorso maniefeste semper.

Signa doloris dorsi qui fit ex debilitate renum vel infirmitatibus renum ⁊ eius cura requiri debet in capitulo de egritudinibus renuꝫ dicto superius.

Cura doloris dorsi contingenteꝫ propter repletionem vene ante dicte est vt fiat flebotomia ꝺ basilica in cubito vel manu subtrahatur sanguis vsqꝫ ad sincopim si possibile fuerit vel fiat ventosatio in corpis naticis ⁊ pulpis crurium si flebotomia fieri nõ posset. Utatur pauco cibo condito cũ agresta vino de granatis vel succo berberis aut acetoso aut cuꝫ aceto. fundatur super spinam totam sepe aqua rosata ⁊ pannus infusus in ea deferatur super spinam ⁊ collum vel aqua frigida. iaceat super terram madidam ⁊ bibat cum comedit vinum debile ⁊ agrestum limphatum cuꝫ aqua frigida: ⁊ quando vero non comedit bibat aquam frigidam cum vino de granatis aut cum sirupo rosato vel agresta. qui enim patitur dolorem in dorso propter materiam frigidam aut frigiditateꝫ vel propter repletionem antedictam: non tardet in eius cura: quia aut incurreret ⁊ mortem subitanem vel paralesim vel appoplesiam in breui tempore forsan eadem die vel hora purgetur ⁊ mundificetur corpus infirmi cum pillulis fetidis vel cochijs: vel de hermodactilo maioribus aut cum medicamine de turbit vel de hermodactilo quod sic fit. ℞. hermodactili albi mundati. ʒ. j. turbit. ℈. j. scamonee grana. iij. vel. iiij. diaꝫiꝫiberis. ʒ. iij. dat totũ istud ante diem ⁊ post illud bibitur aliquid boni vini limphati calidi clisterizetur etiaꝫ cum clisteri acuto: quia erit valde vtile ⁊ conueniẽs. post mundificationẽ fiat inunctio a collo vsqꝫ ad caudam super dorsuꝫ cum oleo de spica vel de costo aut de lilio. Bibat vinum acutuꝫ vetus bene limphatum. comedat carnes assatas castrati ⁊ arietis annualis ⁊ auium conditas cum pipere alleis de speciebus ⁊ rob: vel conditas cum sinapi ⁊ pipere. sumat etiam vitellos ouoruꝫ cum carnes non assaerint conditos eodem modo. In fine intrat tinam aque decoctionis sulfuris calamenti: pulegij: sauine et similium.

Cura eius qui fit ex labore vel itinere est vt quiescat vt vult. Hypo. secunda particula amphorismorum. In motione corporis cum ceperit quis dolore quiescere statim remedium est. Balneetur sepe in aqua calida decoctionis florum camomille rosarum ⁊ maluauisci. Ungatur dorsum ⁊ totum corpus cum oleo de aneto ⁊ de camomilla mixtis. Comedat brodia gallinarum ĩspissata cum vitellis ouorum in quibus aliquid macis ⁊ croci ponatur. Bibat vinum odoriferum limphatum.

Cura illius qui fit ex nimio coytu dicta est superius capitulo de illo qui ex nimio coytu debilitatus est. Utatur brodijs gallinarum ⁊ caponum ⁊ pinguibus ⁊ vino rubeo dulci ⁊ condimentis specierum ⁊ rob: ⁊ a coytu longo abstineat tempore ⁊ erit vtile.

Capitulum. clxxxv. de gibbositate ⁊ ventositate gibbositatis.

g Ibbositas fit semper aut ex exitu spine de loco ⁊ plicatione ossium pectoris eo ꝙ ligamenta spondilium colli ⁊ spatularum ⁊ ossium pectoris mollificantur ⁊ relaxantur aut impelluntur a materia currente illuc: aut propter apostema natum in loco ex percussione vel ex se: aut propter ventositatem impellentem ⁊ mouentem ipsa ossa ⁊ ligamẽta violent ita ꝙ facit ea resilire ꝺ loco ⁊ sic fit gibbositas

Signa gibbositatis propter exitum spondilium dorsi sunt dolores antecedentes in dorso

cum febribus acutis vel fortibus vt sunt febres apo-
stematum ⁊ pulsus magnitudo ⁊ vehementia calidita
tis ⁊ continuitas ⁊ adherentia febris inseparabilis et
cum febris separatur vel incipit separari: post illud pa
rum remanet dolor ⁊ grauitas in dorso ⁊ fit gibbosi-
tas.

Signa gibbositatis ex ventositatibus sunt ꝙ contin
git post dolorem dorsi ⁊ absꝫ febre ⁊ ꝙ īfirmus sentie
rit commotionem ⁊ tensionem post longum tempus
in dorso anteꝗ̄ gibbositas adueniat ⁊ tunc incipiunt
natice diminui ⁊ caro ipsarū exiccari: ⁊ hoc est propter
curationē ⁊ extensionem lacertorum dorsi qui cum na
ticis ⁊ carnositate naticarum continuantur. vnde con
trahuntur superius violenter propter gibbum amit-
tunt lacerti ⁊ musculi naticarum latitudinem ⁊ fundi-
tatem ⁊ spissitudinem ex quibus natice substentantur
⁊ fiebant ita ꝙ non remanet in locis naticarum nisi lō-
gitudo musculorum vel lacertorum ⁊ sic extenuantur
⁊ diminuūtur natice: ⁊ hec est communis significatio
omnibus gibbositatis.

Cura gibbositatis post eius confirmationē
ex quacunꝫ causa cōtingat nullo mo
do curatur: sed in principio cū est in via fiendi potest be
neficio medici curari. Si autē gibbositas prouenerit
propter asma ⁊ tussim interficit ante iuuentutem ⁊ hoc
vult. Ypo. quinta particula amphorismorum vbi di
cit. Quicūꝫ gibbi fiūt ex asmate aut tussi ante iuuentu
tem pereunt: ⁊ hoc est propter duas causas quarū vna
est ꝙ tussis ⁊ asma motibus suis mouent ossa pectoris
⁊ spōdiles dorsi taliter ꝙ inducunt maiorē ⁊ magis pro
fundam ⁊ eminentem gibbositatem ante ⁊ retro ⁊ intꝰ
⁊ extra. Secunda causa est cum enim propter hanc emi
nentiam multiplicatam ante ⁊ retro intus ⁊ extra mul-
tiplicetur impedimentum in spiritalibus ⁊ anhelitu
ex quo impedimento impeditur thorax tempore cali
ditatis aucte propter etatem vt non sit capax ad susci-
piendum sufficientem aerem ad euentationem caloris
multiplicati vel intensi secundum etatem iuuentutis
necessario deficiēte loco a capacitate aeris necessarij
ad euentationem caliditatis intense per etatem vita
finietur ⁊ fiet mors.

Si autem contingerit gibbositas propter apostema
calidum natam ex percussione vel ex causa intrinseca
absꝫ percussione cum febre vel absꝫ febre fiat fleboto-
mia de basilica si possibile est aut subtrahatur sanguis
cum ventosis positis super naticas ⁊ pulpas crurium
⁊ vngatur locus cum oleo rosato vel de mirtis aut de
neufare ⁊ emplastretur locus cum rosis mirtis sanda-
lis farina hordei ⁊ similibus mundificetur etiam si est
possibile cum manna ⁊ cassia fistula ⁊ aqua prunorum
⁊ similibus. Nutriatur cum succo farine hordei: hane
ne farri conditi cum lacte amigdalarum vel cum oleo
rosati. Bibat aquam hordei vel aquam decoctionis
prunorum ⁊ lactucarū vel cucurbitarum vel scariolarū
⁊ similium deficiente febre vngatur cum oleo de camo
milla vel de aneto: aut de lilio mirtis vel per se ⁊ po-
natur sup locum emplastrum factū ex maluauisco pre
parato farina fenugreci ⁊ semine lini ⁊ pinguedinibus
auium scilicet anseris anatis ⁊ gallinarum proprie pos
sent addi in fine propter maiorem resolutionem ⁊ for-
tificationem loci armoniacum: bdelium: oppoponacū
dissoluta in oleo de camomilla vel aliquantulo alterꝰ
olei ex dictis mixta ⁊ incorporata cum alijs rebus ad
inuicem confortentur spondiles posteriores ⁊ ossa pe-
ctoris cum ligaturis ⁊ plumaceolis vel substentaculis
factis ex stupa madefacta ⁊ petijs inuolutis in albumi
ne oui positis ⁊ colatis super emplastrum dictū ⁊ tūc
comedat carnes ⁊ res assatas aut coctas in aqua con-
ditas cum rob aut cum succo berberis: agresta ⁊ succo
mirtillorum ⁊ sumach ⁊ similium ⁊ cum speciebus ⁊ vi
tellis ouorum. Bibat vinum rubeum acutum vel ve-
tus limphatum cum aqua decoctionis mirtorum vel
sumach.

Si vero materia frigida fuerit aut apā frigidū mū
mūdificetur corpꝰ totaliter cū pillulis fetidis vel de
hermodactilo maioribus: aut cum pillulis cochijs aut
cum medicamine de turbit vel de hermodactilo facto
in sciatica ⁊ dolore articulorum. super locum continue
feratur emplasturm quod fit ex armoniaco ⁊ laudano
dissolutis ⁊ incorporatis ad inuicem cum pistello in mor
tario: aut emplastrum quod fit ex bdelio oppoponaco
armoniaco ⁊ serapino dissolutis in vino mixtis ⁊ incor
poratis cum pinguedinibus auium ⁊ farina seminis li
ni: fenugreci: ⁊ vngatur locus cum oleo de spica ⁊ oleo
de mastice mixtis vel oleo de costo. Confortetur locus
⁊ firmetur cum bindis ⁊ substentaculis dictis superiꝰ.
Jaceat vt plurimum suppino corpore vel super aliqd
lacertum. Comedat carnes assatas vel coctas in testu
la ⁊ pastillo ⁊ vitellos ouorum ⁊ cicera fracta ⁊ farrū
⁊ rizum condita cum lacte amigdalarū ⁊ eius carnes
condiantur cum pipere ⁊ speciebus vel cum sinapi.
Bibat vinum rubeum clarum acutum limphatū: aut
bibat claretam factam cum vino melle ⁊ speciebus. et
in omnibus suis condimentis: cibaris: emplastris et
vnctionibus pro posse ponatur ysopus quia de proprie
tate valet ad hanc passionem a quacunꝫ causa fiat: et
specialiter quando cum ficubus siccis ⁊ liquiritia com
ponitur.

Cura gibbositatis ex ventositate impellente est vt
procedatur a principio cum rebus carminantibus vē
tositatem ⁊ specialiter post purgationem cum pillulis
fetidis maioribus aut cum medicamine de hermoda
ctilis quod sic fit. Recipe pulueris hermodactilorum
alborum. ʒ. j. turbit. ℈. j. diagradij. j. scamonee grana.
iij. diazinziberos. ʒ. ij. melli rosati. ℥. j. misceantur. da
tur ante diem per horas duas cum aqua calida decoc-
tionis cimini ⁊ mellis. medietas istius medicaminis
datur in pueris. Jn adultis datur totum plus ⁊ minus
secundum virtutem ⁊ infirmi conditionem continue
super locum in quo apparet vestigium gibbositatis po
natur emplastrum quod fit ex sinapis stercore colum-
bino ⁊ ficubus siccis equaliter mixtis simul ⁊ incorpo-
ratis. si feruor ⁊ vesicatio vel rubor factus in loco per
illud emplastrum infirmū lederet remoueatur empla
strum ⁊ vngatur locus cum oleo rosato vel de mirtis
vsꝫ ad feruoris cessationem. postea vngatur locus
cum oleo de costo in quo puluis cimini dissoluatur.
Emplastretur locus cum emplastro facto ex calamen-
to: pulegio: origano: carui ⁊ cimini ⁊ farina lupini: semi-
nis lini ⁊ fenugreci mixtis decoctis ⁊ incorporatis simꝉ
Solum armoniacum per se extensum super petiam ⁊
cum oleo de costo vel de lilio mollificatū perfecte ope
ratur in hoc resoluit ventositatem ⁊ ossa suis proprijs
locis firmat exiccando loca lesa. Jn omnibꝰ alijs dieta
⁊ potu vnctionibus ⁊ emplastris ligationibus ⁊ alijs
regulis fiat vt superius narratum est in cura gibbosita
tis propter materiam frigidam vel apostema frigidū
Aqua vero q̄ limphat vinū illius est aq̄ decoctiōis car
damomi vel piperis vel piperis longi ⁊ similium. Si
autem propter asma aut tusim gibbositas eueniret. Cu
retur cura asmatis ⁊ tussis vt dictū est capitulo de tus
si ⁊ asmate non negligendo modum medicationis em-
plastrationis vnctionis ⁊ mundificationis dictum hic
capitulo proprio.

Capitulum. clxxxvj. de varicibus et elefantia.

Varices sunt vene gros
se virides vel nigre plene sanguie me
lancolico inuolute apparentes super
crus ⁊ accidunt plures illarum portan
tibus onera in dorso vtatoribus ferrarijs ⁊ cursori
bus. Elefantia est infirmitas que accidit in pede ⁊
crure ex materia grosa sanguinea vel flegmatica con
uersa per adustionem ad grossitiem ⁊ duritiem melā
colicam infiltrata in omnibus mēbris cruris ⁊ pedis
⁊ etiam in cute ita ꝙ ipsa cutis vesicatur ⁊ impustula
tur denigratur ⁊ plumbescit ⁊ magnificatur pes ⁊ crus
vltra modum: ⁊ corugatur pellis cruris ⁊ pedes ⁊ as
peratur cum quibusdam scisuris: ⁊ fit apostema duruz
difficilis sanationis immo in veritate impossibilis sa
nationis per viam medicinalem ⁊ appellatur hec in
firmitas a sapientibus lepra pedis aut cruris aut vtri
usqꝫ.

Signa varicum ex se per visum ⁊ tactum
manifesta sunt. Elefantie signa ex sā
guine grosso melancolico sunt caliditas loci ad tactū
⁊ tenebrositas in colore ⁊ asperitas loci cruris vel pe
dis ⁊ vrina infirmi spissa ⁊ tenebrosa vel radiosa ci
trina intensa apparet ⁊ vsus ī īfirmitate rerum gene
rantium sanguinem grossum vt carnes bouine arieti
ne vinum spissum grossum ⁊ rubeum ⁊ turbidum.
Signa elefantie que fit ex flegmate grosso vehe
menter sunt grossitudo cruris ⁊ pedis in simul absqꝫ
rubedine ⁊ intensa asperitate loci ⁊ tactus loci videt
frigidus absqꝫ caliditate ad minus intensa ⁊ non ha
bet eminentias pustulatas vt sanguinea.

Cura Varicum dicta ē in cyrugia nostra: hic
tamen aliquid circa eam dicetur verū
est ꝙ hic infirmitas post eius confirmationem curatō
nem non recipit per medicinas. In principio cum
est in via fiendi potest beneficio medicinali curari abs
qꝫ cyrugia male tamen fiat flobotomia de basilica pe
dis non infirmi eadem die vel diuersis diebus: ⁊ flo
botomia pedis sani precedat. Si autem infirmitas
esset in ambobus cruribus: fiat flobotomia in amba
bus manibus primo: postea in cruribus ambobus hec
vena in pedibus ⁊ manibus perfecte reperitur inter
annularem ⁊ auricularem digitum: ⁊ hec vena in cu
bito vocatur basilica quia est basis omnium venaruz
existentium in brachijs ⁊ quia est secundum radicem
magis ab epate omnibus alijs existentibꝰ in brachijs
⁊ in locis dictis in manibus appellatur epatica ⁊ sple
netica: ⁊ pedibus saluatella mundificat enim ⁊ minuit
flebotomia huius vene ⁊ istarum venarum plus om
nibus alijs venis melancoliam ⁊ grossum sanguinem
totius corporis purgetur totum corpus cum pillulis
fetidis vel decoctionibus factis de elleboro nigro ca
pitulo de malancolia. Vngatur totus locus cum oleo
de mirtis ⁊ oleo rosato. mirtis cum puluere gallarum
cipressi: vel gallarum simpliciter. Emplastretur totū
crus ⁊ confortetur cum emplastro facto ex farina mi
lij melice ordei. ℥. v. ⁊ ex pulueris boliarmeni ciperi
mirtorum. ℥. j. ⁊ ex olei de mastice. ℥. vj. in fine adda
tur tantum vinum rubeum stipticum ꝙ sufficiat ad in
corporandum totum ponatur continue super crus ⁊
crura ⁊ ligetur bene firmetur cum binda ⁊ ordinetur
ꝙ infirmus die ⁊ nocte quando iacuerit ꝙ eleuatis
cruribus ⁊ pedibus iaceat. Abstineat a motu ⁊ labore
pedum ⁊ cruruz pro posse quia tales motus vl labor
est potentissima causa illius infirmitatis non vtatur
talis infirmus vino grosso nouo vel veteri: sed vino
albo claro acuto subtili limphato secundum naturam
vini ⁊ debilitatem ⁊ fortitudinem sui capitis ⁊ neruo
rum. Abstineat ab omnibus grossis generantibus
humores melancolicos ⁊ grossos videlicet a carnibꝰ
bouinis porcinis salitis: caseos lacte pastis azimis ⁊
ab omni legumie ⁊ pēne ⁊ milij ⁊ melice siliginis ⁊ or
dei vtatur carnibus edi castrati: arietis annualis gal
linarum caponum pullorum ⁊ omium auium degen
tium in arboribus ⁊ in pratis ⁊ non in aquis: ⁊ vitel
los ouorum ⁊ spinachijs: boragine ⁊ feniculo petrosi
lio: lactucis: attriplicibus: cucurbitis ⁊ similibus.
Est ⁊ alius modus curationis contra talem infir
mitatem qui semper debet sequi ad modum predic
tum ⁊ est pertinens ad cyrugiam plus qui sic fit. Em
plastretur locus qui est sub genu per digitos tres cum
bitumine quod fit ex bolo armeno mumia aloe mastic
dragantis gummi arabico equaliter pulverizatis ⁊
cribellatis ⁊ incorporatis cum albuminibus ouoruz
Circundetur totus locus dictus cum isto emplastro ⁊
firmetur fortiter ⁊ bene super locum cum binda ita ꝙ
humores non possint ad inferiora descendere per ve
nam aliquam ⁊ dimittatur sic per diem vnam sequen
ti die aperiatur illa vena magna vel magnificata cum
flobotomo in loco qui est supra cauiculam pedis per
digitos. iiij. vel. iij. ⁊ sit vulnus flobotomie satis ma
gnum vt grossus sanguis totus exeat: ⁊ dimitatur flue
re ex flobotomia sanguis qui est in vena tam diu ꝙ to
ta vena que est a bitumine cum ligatura inferius factā
sub genu perfecte euacuetur ⁊ h cito fiat: quo facto cō
stringatur sanguis ⁊ ligetur vulnus flobotomie ⁊ totuz
crus vsqꝫ ad genu de nouo cum bitumine dicto ⁊ bin
dis ⁊ ordinetur ꝙ infirmus stet sic vsqꝫ ad dies duos
cruribus ⁊ pedibus eleuatis ⁊ sic curabitur per con
tinuationem bituminis ⁊ ligature vsqꝫ ad tempus bre
ue si deus voluerit. Alius modus curationis per viā
cyrugie qui est valde nobilis qui sic fit: fiat ligatio cuz
bitumine ⁊ binda fortiter ⁊ firmetur sub genu vt di
ctum est postea scindatur pellis que est super venam
vel varicem subtiliter ita ꝙ corpus vene manifeste
appareat ⁊ non ledatur: similiter fiat in loco qui est su
per cauiculam pedis: cum vero h factum fuerit in lo
co superiori ⁊ inferiori capiatur vena cum digito ⁊
eleuetur ⁊ optime ligetur cum filo in parte superiori ⁊
inferiori tunc cum h factum fuerit incidatur corpꝰ ve
ne totaliter ex transuerso supra ligaturam in loco qui
est apud cauiculam infra ligaturam in loco qui est sub
genu: ⁊ quod est in medio totum euacuetur post euacu
ationem totalis vene que est in medio duarum ligatu
rum ligetur totum crus cum bitumine ⁊ bindis: ⁊ stet
pedibus eleuatis sic vsqꝫ ad dies. iij. in cibo ⁊ potu fi
at vt dictum est in cura absqꝫ incisione superiori. At
tende hic post ligaturam cum bitumine ⁊ binda si fie
ret stupor in pede ⁊ membris inferioribus ⁊ denigra
tio ꝙ significarent mortificationem membri inferioris
vnde oportet te esse attentum in hoc ⁊ considerare di
ligenter ne accidat error peior priore.
Cura elefantie siue fuerit ex sanguine siue ex qua
cunqꝫ causa fiat post eius confirmationem ⁊ augmētū
curationem non recipit per viam medicinalem. In
principio sue natiuitatis ⁊ cum est in via vt fiat ⁊ au
gmentetur potest beneficio artis curari si in eius cura
rationabiliter procedatur. si autem elefantia continge
rit ex sanguine grosso melancolico: primo mundifice
tur totum corpus cum pillulis ⁊ medicinis dictis cap.
de melancolia secūdo fiat flobotomia de saluatella vl
basilica pedis contrarij tertio fiat ventosatio cum sca
rificatione super crus ⁊ pedem ⁊ fiat iterum floboto
mia de vena que est in curuatura poplitis aut genu. le
uiter cum pēna vngatur omni die totum crus cum pe
de cum oleo de mirtis calido vel oleo rosato in quo
nuces cipressi sint decocte: fiat emplastrum super crus
cum rosis floribus camomile melliloto puluere mirto
rum ⁊ boli armeni ⁊ farina gallarum mirtis ⁊ incor
poratis cū oleo ro. ⁊ mucilagie se. citoniorum vel psilij ⁊
farina melice vel milij: stet vsqꝫ ad finez cure pedibꝰ
eleuatis multū ordinet ꝙ olo abstineat a motu ⁊ coitu

Comedat carnes edi ⁊ castrati ⁊ arietis annuales ⁊ carnes gallinarum: caponum: ⁊ pullorum gallinarum: et columbarum. Comedat etiam vitellos ouorum ⁊ spinachia: attriplices: feniculum: lactucam ⁊ mercurialē petrosillinum ⁊ boraginem ⁊ condiantur omnia talia cum lacte amigdalarum ⁊ butiro ⁊ cum speciebus vsqꝫ pipere ⁊ zucharo. Bibat vinum album clarum odoriferum bene limphatum. Abstineat ab omnibus carnibus siluestribus quia de proprietate generant sanguinem melancolicum ⁊ grossum ⁊ ab azimis caseo carnibus salitis ⁊ lacte ⁊ ab omnibus leguminibus ⁊ a vino nouo ⁊ veteri grosso. Abstineat a multa repletione cibi ⁊ potus. Sepe iteretur mundificatio cum pillulis ⁊ medicinis ⁊ ventosatio cruris ⁊ flebotomia vene q̄ est in curuatura poplitis vel genu ⁊ sic remanebit illesus.

Cura elefantie ex flegmate grosso est vt in omni ebdomada semel aut bis fiat vomitus post repletionem cibi ⁊ potus ⁊ post vomitum vtatur abstinentia cibi potus ⁊ laboris ⁊ motus: ⁊ stet cruribus ⁊ pedibus eleuatis mundificetur totum corpus aliquando cum medicamine de turbit vel cum pillulis de hermodactilo maioribus. Scire hic conuenit ꝙ nihil est quod ī hac cura ex quacunqꝫ causa fuerit possit vomitui equari: ⁊ specialiter si ex flegmate fuerit. Vngat omni die crus totum leuiter cum pēna ex oleo de mirtis ⁊ oleo de liliis mixtis simul: ⁊ fiat emplastrum super totum crus et pedem cum absinthio contuso pistato ⁊ incorporato cū puluere nucis cypressi mirtorum boliarmeni myrrhe aloes oleo de mirtis ⁊ farina melice ⁊ siliginis mucillagine citoniorum semine vel mucillagine semine fenugreci ⁊ vino rubeo stiptico. Vtatur cibis ⁊ potibus dictis supra ⁊ in condimentis suis pipere ⁊ croco. Sepe abluatur crus totum cum pede ex aqua decoctionis ciceris vitis caulium ⁊ absinthij: quia de proprietate hec aqua multum resoluit ⁊ exiccat: ⁊ teneat in ipā crus tempore longo. Ligetur firmiter emplastrum cum binda super locum comprimendo ipsum locum fortiter: nam talis ligatio membrorum confortat vt de leui materiam currentem ex superioribus membris non recipiat.

Capitulum. dlxxxvij. de vulneribus ⁊ excoriationibus que fiunt in lumbis in dorso ⁊ anchis quando homo longo tempore iacere cogitur vel quia propter equitationem talia fiunt aut propter calciamenta stricta.

Iste modus infirmitatis quamuis manifestam ⁊ sensibilem causaꝫ habeat disponuntur loca in quibus fit per materiaꝫ currentem ad ea per fricationeꝫ ⁊ compressionem factam in eisdeꝫ locis quia materia calida semper iudicabitur: cum completa fuerit talis infirmitas ab omnibꝰ excoriatio appellatur ⁊ accidit ī dorso anchis ⁊ naticis.

Signa excoriationis future sunt pruritus ⁊ dolor ⁊ rubedo in dorso vel anchis aut coxis ⁊ specialiter quando aliqua iacuerit lōgo tempore in infirmitate super loca illa contingunt talia accidentia etiam quando homo equitat sellam strictā ⁊ fricantur loca coxarum ⁊ naticarum ⁊ calefiunt vltra debitum.

Cura a quacunqꝫ causa contingit excoriatio in membris narratis est vt stati a principio epithimetur locus lesus cum petijs infusis in aqua rosata ⁊ sternatur cum folijs salicis ⁊ violarum ⁊ mirtorum: aut epithimetur cū succo solatri aut sempuiue vel aqua decoctionis sumach mixto cum aqua rosata ⁊ ordinetur ꝙ quandocunqꝫ petie infuse in liquoribus predictis videntur exiccari infundantur taꝫ diu ꝙ feruor ardor ⁊ pruritus fuerint remoti. postea omni die bis vel ter ponatur super excoriationem vngentū de cerusa q̄ feruorem remouet ⁊ consolidat tales excoriationes: puluis corticum granatorum de proprietate consolida omnem excoriationem postqꝫ per aliquos dies excoriatio epithimata fuerit ex epithimatibus dictis: sed talis puluis oportet vt sit tritus ⁊ cribellatus vt alcocbol: hoc est in vltimo vt potest res teri ⁊ cribellari aliter enim non sic valeret in consolidatione illius excoriationis ⁊ super istum puluerem semper ponatur petia infusa in aqua rosata vel aqua decoctionis sumach vel mirtilorum ⁊ sic in breui dicta ꝯsolidabitur excoriatio ⁊ specialiter si propter equitationem cōtingerit aut propter calciamenta stricta.

Capitulum. dlxxxviij. de doloribus qui fiunt in extremitatibus membrorum ⁊ membris exterioribus.

Si autem dolores in istis locis ⁊ membris contingerint scilicet manibus vł pedibus ⁊ fuerit subiecti non artetici consueti ⁊ non fuerint a casu neqꝫ ꝑcussione neqꝫ a causa extrinseca manifesta sed propter materiam currentem vel causam intrinsecā hoc euenerit necessario existimanduꝫ est ꝙ illud contingit aut propter alterationem complexionis membri aut propter cursum materie calide vel frigide ad loca dolorosa.

Signa dolorum contingentium ex causa calida in extremitatibus mēbrorum sunt rubedo ⁊ calor ⁊ pruritus que significant alterationeꝫ complexionis membrorum si fuerint absqꝫ tumore manifesto ⁊ duritie cum caliditate. Si autē cum tumore talia ⁊ cum duritie loci fuerint apostema futurum significant.

Signa dolorum prouenientium ex causa frigida in membrorum extremitatibus sunt priuatio caliditatis ⁊ rubedinis ⁊ stupor ⁊ fuscedo ⁊ grauitas ⁊ formicatio que cum affuerint paralesim futuram aut membri proprij mortificationem significant.

Cura dolorum existentium in extremitatibꝰ membrorum ex causa calida pͥmo oportet vt vngantur loca dolorosa cum oleo rosato calido: aut cum vngento facto ex oleo rosato ⁊ cera mixtis et incorporatis ad inuicem. Si autem per hoc non remoueretur dolor membrorum: si fuerit ī ambobus pedibꝰ fiat flebotomia de ambabus manibus. Si vero in manibus fuerit fiat flebotomia de pedibus de vena que est inter annularem ⁊ auricularem digitum. Si vero in vno pede vel manu tantum fuerit: fiat in contrario pede vel manu contraria: postea inungatur locus cum oleo rosato calido vel vngento dicto. Nutriatur vsqꝫ ad tres dies vel circha cum dieta frigida ⁊ subtili videlicet cum succo hordei vel farine hauene vel spelte cōdite cū lacte amigdalaꝝ ⁊ agresta vel vīo ð granatis aut succo berberis vel acetose. Comedat lactucas portulacas cucurbitas: spinachias: boraginem cōditas eodem modo. Bibat vinum de granatis cum aqua frigida ⁊ sit aqua quintupla ad vinum aut agrestam aut aquam decoctionis sumach vel mirtilorum: aut acetose vel berberis post dies quatuor cōedat pullos ⁊ carnes edi vel castrati conditas cum rebus dictis ⁊ vitellos ouorum ⁊ bibat vinum album debile ⁊ agrestuꝫ valde limphatum cum aqua posset mundificari cuꝫ aqua decoctionis prunorum tamarindoꝝ ⁊ manne in qua ʒ.j. pulueris reubarbari ponetur.

Cura dolorum ex frigida causa prouenientium in extremitatibus membrorum est cum incipit vt fundatur super membꝝ vel mēbra ex alto aq̄ calā ⁊ lenit locꝰ dolorosus māibꝰ fricet ⁊ vngat cū olo ð camōilla vł de

aneto mixto cum cera. Si autem per hoc dolor non sedaret tunc mȯdificetur corpus cū pillulis fetidis uel de hermodactilis maioribus: aut cū medicamine de turbit: vel cū medicamine de hermodactilis facto ī sciatica ⁊ dolore articulorum. Ungatur post mundificationem locus dolorosus cū oleo de spica vel de lilio aut de costo ⁊ fundatur sepe super ipm aqua calida decoctionis absinthij: florum camomille melliloti ⁊ similium. Nutriatur cum carnibus pullorum columbarum ⁊ pullorum gallinarum ⁊ castrati ⁊ edi assatis ⁊ vitellis ouorū ⁊ cōdiant talia cū spēbus ⁊ pipe. Sumat sepe brodia cauliū ⁊ porrorū in quib⁹ coquantur carnes vtatur sinapi cū suis cibarijs ⁊ bibat vinum debile limphatū bene. Abstineat a coytu ⁊ ab azimis ⁊ leguminib⁹ ⁊ lacte ⁊ similibus.

Caplm. clxxxix. de tumore ⁊ pruritu q accidūt digitis in autūno ⁊ hyeme.

Hec infirmitas vel malitia semp fit ex frigiditate aeris coartantis vapores ⁊ fumos q decurrunt ad pedū digitos ⁊ manuū vnde cū tales vapores sint calidi ⁊ coartati in digitis pedū ⁊ manuū violenter inducunt prurituz ⁊ tumorem ex necessitate.

Signa ex re ipa ⁊ per narationem infirmi satis nota videntur.

Cura tumoris ⁊ pruritus qui accidunt in pedibus ⁊ manibus rōe frigiditatis ē vt super digitos ⁊ loca tumoris ⁊ pruritus fundatur sepe aqua calida salsa ⁊ longo tempore teneantur pedes in aqua decoctiōis sicle aut decoctionis sulfuris seu aque decoctiōis absinthij: fumiterre ⁊ melliloti: aut aqua decoctionis berbene: epithimi: paritarie rosaꝝ. Ungantur loca pruritus cum oleo de spica ⁊ oleo de mastice aut oleo de camomilla ⁊ de semine lini. Si autez mēbꝝ vel membra magnificentur vltra debitū fiat emplastrum super locuz quod sic fit. Recipe ficcuum siccarum. libras. ß. alia ⁊. ℥. ß. cepe vnum vel duas pistent simul ⁊ incorporentur cū vino odorifero. Aliud. ℞. sinapis. ℥. j. ficcuū siccarū. lō. ß. mellis. ℥. ij. pistentur ⁊ in corporent cū oleo in quo sulfur sit dissolutus purget sepe cū pillulis fetidis vel pillulis stomaticis alkindi aut cū decoctione facta ex mirobolanis indis: mirtis: rosis ⁊ epithimo: dulcorata cum zucharo rosato bibat bonum vinum odoriferum claruz limphatū quodāmodo: ⁊ vtatur temperata dieta generatiua boni sanguinis non melancolici neqꝫ sanguinis adusti vel salsi.

Caplm. cc. de his que accidunt in vnguibus ex feditate.

Infirmitates que vnguibus accidunt communiter sunt quinque videlicet puncta. Alba: citrinitas gibbositas cum tinea ⁊ excoriatione: curuitas ⁊ scisura alba puncta dominium frigiditatis in corde ⁊ partibus spiritualium significant. Citrinitas vnguium eleuationem fumi colerici ad spiritualia ⁊ ad os stomachi ⁊ oris fetorem significat. Gibbositas dominium flegmatis salsi ⁊ melancolie acetose in toto corpore ⁊ spiritualibus significat. Curuitas vnguium dominiuz siccitatis in spiritualib⁹ ⁊ nutritiuis significat. Unguium scisura dominiū melācolie in nutritiuis ⁊ stomacho ⁊ spiritualib⁹ significat.

Cura punctorum alborum in vnguibus est ratione totius corporis vt mundificetur cum pillulis fetidis vel medicamine de turbit, ⁊ confortetur cor cum diatrion pipereon aut cum diamargariton: vel cum puluere qui sic fit. ℞. macis croci corali rubei ana. ʒ. ij. fiat puluis cribellatus de quo cum vino rubeo claro odorifero sumat patiens omni mãe stomacho ieiuno. ʒ. ß. Utatur dieta calida ⁊ speciebus pro condimento ⁊ bibat vinum odoriferū clarum limphatum super vngues continue deferatur pix vel storax liquidum aut armoniacum mollificatuz cum oleo de spica aut cum mastice aut cum frustrib⁹ vitri. radantur puncta alba aliquando vt subtiliora ⁊ magis obedientia ad epithimata ⁊ vnctiōes fiant.

Cura citrinitatis vnguium est ratione totius corporis ⁊ mundificetur cum pillulis minoribus de hermodactilo que fiunt ex quatuor rebus quas supernis in articulorum doloribus fecimus. aut cum decoctione facta ex reubarbaro tamarindis manna ⁊ rosis. Utat vino albo limphato ⁊ carnibus conditis cum agresta vel sumac aut acetosa vel berberis succo ⁊ similibus. Super locum ponatur continue epithima factum ex semine eruce ⁊ aceto aut ex semine ceparum ⁊ agresta: aut ex semine cicute ⁊ acetose abluātur sepe vngues cū aqua calida decoctionis sulfuris aut auripigmenti in qua sit alquid aceti quia erit vtile.

Cura gibbositatis ⁊ tinee vnguium est vt mundificetur corpus cum medicinis dictis capitulo de melancolia ⁊ que dicentur capitulo de scabie ⁊ flegmate salso inferius libro tertio de decoratiōe ⁊ venenis fiat epithima super vngues ex sale ⁊ fece aceti ⁊ albumine fecum ⁊ aceto: vel fiat emplastrum ex squilla contusa ⁊ mixta cum oleo sisamine vel de lilio aut de camomilla: vel fiat emplastrum ex cepe crudo mixto ⁊ cōtuso cum sale ⁊ fece aceti.

Cura curuitatis vnguium est vt per hebdomadam feratur emplastrum de pinguedinibus auium contusis ⁊ mixtis ad inuicem super vngues: deinde soluantur. que si post qꝫ emplastrum solutum fuerit ⁊ remotū ab vnguibus molles inueniantur fricande erunt cum frustribus vitri vel astellis alicuius vasis vitri fracti tam diu q equales fiant ⁊ iteretur hec fricatio cum vitro multotiens post emplastrum factum ex pinguedinibus donec vngues equales facte fuerint: postqꝫ vero vngues per istum modum equales facte fuerint cera mollificata super ipsos vsqꝫ ad eorum duritiem deferatur aut armoniacum album mixtum ⁊ dissolutum cum cera.

Cura scisurarum vnguium est vt mundificetur corpus cum rebus mundificantibus melancoliam aut humores adustos secundum q dictum est superius capitulo de melancolia. Nutriatur corpus cum rebus impinguantibus ⁊ humectantibus totum corpus vt sunt brodia gallinarum cum vitellis ouorum ⁊ vina rubea dulcia ⁊ similia: humectentur vngue ⁊ mollificētur cōtinue cum aqua tepida ⁊ pinguedinibus auium dictis superius ⁊ cera mollificata ⁊ emplastris humidis pinguibus dictis in cura curuitatis vnguium. Scire hic conuenit q cum vngues valde turpes fuerint ⁊ nō curantur per aliquem ex modis dictis multotiens iteratur quia conuenit vt mollificentur cum aliquibus medicaminibus mollibus vnctuosis tam diu q per continuam mollificationem cadant: aut eradicentur cum ferro aut cum medicamine acuto facto ex calce viua et sapone molli: vel ex alumine fecum mollificato ⁊ posito super radices vnguium ita q corrodantur ⁊ cadant: cum vero vngues ceciderint vel extirpate fuerint: nullo modo cum manu vel alia re tangantur ne tortio vel curuitas eiusdem accidere possint: ⁊ sup loca cera mollificata continue vsqꝫ ad perfectam restaurationem deferatur: ⁊ deus melius nouit.

Liber pmꝰ Gulielmi placentini feliciter explicit.

Incipit liber secūdꝰ eiusdē q ē de febribꝰ ⁊ de his que sunt necessaria in curatione febrium.

Caplm primū de diffinitiōe febris ⁊ eius diuisione in sua genera ⁊ suas species.

f

EA autez que pannũ faciei ⁊ locoꝝ solẽt destruere sunt que leuiter cutim excoriant vt est epithima quod sic fit. ℞. seminis raffani vel seminis eruce vel fecis croci ortulani añ decoquanꞇ omnia ista. per feces croci ortulani intelligas residentiã quã facit aqua decoctiõis eius: ⁊ intelligas per fecem cuiuslibet herbe vel rei nisi specifice diceret fex olei vl' vini ⁊c. croci ortulani añ. decoquãtur omnia ista simul in aqua vel aliquod istoꝝ per se donec aqua ingrosseꞇ cuz illa aqua conspergaꞇ puluis optime tritus et cribratus ex cinamomo et costo factus: ⁊ ex tali epithimate locus epithimeꞇ Aliud. ℞. sinapim ficus siccas vel virides. añ. pistentur: ⁊ cũ eis locus epithimeꞇ cum aqua calida aut epithimeꞇ locus cum pãno infuso in aqua tãdiu ꝙ locus rubeat: ⁊ cũ rubeus factus fuerit tũc locus epithimeꞇ cuz rebus dictis ⁊ nõ est negligẽdum ne pellis faciei vlcereꞇ cum epithimatibꝰ dictis: nã cum dolor incipit statim medicamẽ remoueatur ⁊ locus ab epithimate quiescat post quietẽ redeundum est post medicamẽ. Aliud ad idez. ℞. fructus arboris rosacij siluestris ⁊ amigdalas ⁊ seminis mellonuz añ excorticenꞇ ⁊ pistenꞇ: ⁊ misceãtur cuz equali mẽsura vnius illorum cuz terra argenti viui ⁊ fiat ex eis epithima. Aliud. ℞. lupinorum seminis raffani seminis eruce costi amigdalarum amaraꝝ: haurach pipis bdelij pondera equaliter confice sic. dissolnaꞇ bdelium in aqua acetose montane aut in aqua saponarie ex qua alie medicine conspergan ꞇ ⁊ fiat ex eis epithima. Si abluantur pãnus faciei cum sapone dissoluto in aqua calida ⁊ post cutis ablutionẽ vngaꞇ locus cum oleo de tartaro vel oleo de alumine fecuz destruiꞇ pãnus per longum vsuz. Res autez que adiuuant ad destruendum letigines magnas ⁊ ꝑuas ⁊ pannum etiaz sunt purgationes que fiunt cuz pillulis ⁊ decoctionibus dictis in. c. de melãcolia ⁊ flebotomia que est de vena in manu sinistra inter anularem ⁊ auricularem digitum ⁊ vocaꞇ saluatella manꝰ seruiens spleni. Epithima ad lentigines magnas et paruas sic fit. ℞. farine lupinorum amigdalarum amaraꝝ excorticataꝝ: haurach seminis raffani añ pistenꞇ ⁊ cuz mucillagine fenugreci conspergan ꞇ ⁊ fecis epithimeꞇ omni sero: ⁊ mane in ortu solis: facies lauetur cum aqua calida decoctionis violarum ⁊ furfuris. Semper fiat ablutio cum aqua calida ante positionem medicaminis ⁊ post eius remotionem. Aliud. ℞. farine lupinoꝝ: amigdalarum amaraꝝ seminis caulis ex his omnibus cum lacte ficuum fiat epithima: si autez fiat emplastꝝ cuz sapone idez operabitur: si tamen incipit sapo facere punctionem lauetur locus cuz aqua tepida ⁊ vngatur cuz oleo rosato vel de amigdalis. ⁊ iterum postea sapo apponatur ⁊ sic fiat donec remouetur. Si autem dissoluatur armoniacũ ⁊ fiat epithima idem facit: omnia autez epithimata vel emplastꝝ vel vnctio que facit ad lentigines magnas vel paruas vel ad pãnum debet poni postq̃ patiens exiuerit balneum aut postq̃ locus cum pãno infuso in aqua calida humectatus fuerit et calidꝰ factus ⁊ non aliter. Si fricetur omni die locꝰ pannosus: vel lentiginosus vel venosus vsqꝫ ad longum tempus leuiter ⁊ mediocriter cum alumine fecum humectato: ⁊ post fricationem abluaꞇ locus cum aqua calida: ⁊ post ablutionẽ tangaꞇ locus cũ balsamo: vel epithimeꞇ cuz vngento de cerusa vel cum vngento citrino quod faciemus in antidotario destrueꞇ omne vestigium et omnis macula antiqua que per viam medicine destrui possit. Cicatrices vulnerum melioranꞇ ⁊ aplanantur sed impossibile est vestigium vulneris ⁊ variolaꝝ totaliter remoueatur. locus vero albior: planior bene fieri potest per medicinas. Cicatrices epithimande sunt cuz litargirio albificato cuz oleo rosato similiter si sepe tanganꞇ cuz adipe anatis. vel anseris cicatrices cõfert supꝯ quas cicatrices inunctas ponaꞇ cõtinue diaquilon: vel emplastrum de fermento. aut emplastrum factũ ex pane similaginis cuz dactilis mixto superponi debet vestigia variolarum destruunꞇ ſm ꝙ est possibile destrui et remoueri per vsum balnei ⁊ per corporis impinguationem: nã vestigia variolaꝝ cõcaua ⁊ nigra male aut nullomodo remouenꞇ nisi nigre valde superficiales sint. Epithima ⁊ vnctiones ⁊ lauatiões que dealbant clarificant ⁊ faciem subtiliant multũ valent in hoc si fiant vt dictum est superius: ⁊ ea que remouent etiã vestigia vlceꝝ vel cicatrices multũ conferunt. Epithima ꝙ remouet variolaꝝ vestigia ⁊ pustulaꝝ sic fit. ℞. merdasengi zuchari rosati vel mellis rosati radicis cãne sicce farine ciceris: ossium vetustoꝝ farine rizi seminis mellonũ excorticataꝝ seminis ozimi domestici costi omniũ añ. pistenꞇ omnia ⁊ misceanꞇ cũ mucillagine fenugreci: ⁊ seminis lini ⁊ fiat omni nocte epithima super faciem ⁊ super vestigia variolaꝝ ⁊ pustularuz Si vestigia variolaruz ⁊ pustularum epithimenꞇ sepe cum oleo amigdalaꝝ in quo sulphur dealbatum ⁊ subtiliatum fuerit dissolutum mirabiliter operanꞇ albedinez ⁊ planiciem. Ad destruenduz pannum faciei ⁊ letigines h̄ est valde vtile. Vngãr

tur locus pannosus ⁊ lentigines omni nocte cum oleo de nucib⁹ ⁊ emplastret locus cu₃ nucib⁹ pistatis ⁊ mane abluat locus cum sapone molli et aqua calida ⁊ lexiuio ⁊ fiat hoc per aliquos dies. ⁊ postea inungant loca lesa cum litargirio albificato inuenis manifeste effectum veritatis.

Caplm. xiiij. de his que auferunt sanguinē mortuum vel viriditatem contingentem ex casu vł p̄cussione in aliquo membrorum.

Quando quis percu

titur ⁊ in loco vel membro percusso nō remāserit post percussionē dolor vulnus ⁊ calor. ⁊ fuerit necessariū viriditatem vel sanguinē mortuū remouere supponantur in loco folia caulis vel raffani. aut mētastri viridis nā illud vltimu₃ alijs duobus fortius existit. Emplastrum vtile ad hoc. ℞. arsenici citrini: lapidis cu₃ quo acuunt cultelli vel rasorij añ. ℥. s. thuris. ʒ. ij. fiat puluis ⁊ incorporet cū succo raffani vł mentastri ⁊ fiat h emplastrum super locu₃ multis vicibus: aut epithimetur locus cu₃ succo coriandri: aut epithimetur locus ex solo arsenico citrino vel mirto cum armoniaco. Si aūt fuerit in loco vuln⁹ vel calor vel dolor primo anteq̄ fiat aliud oportet vt vulnus curet vt dictum est in cyrugia. Si autē dolor ⁊ calor absq̄ vulnere fuerint in loco p̄ma fiat flebotomia in parte cōtraria vel subtractio sanguinis cu₃ ventosis ⁊ infirmus abstineat a carnibus ⁊ vino ⁊ vtat rebus frigidis vsq̄ quo securus fuerit ne locus apostemet: ⁊ vngat locus dolorosus ⁊ calidus cu₃ oleo rosato ⁊ epithimet cu₃ bolo armeno vel succo solatri vel succo semperuiue ⁊ similiū vt puluere mirtilor oleo rosato mixtis ⁊ aliquantulo aceti: cu₃ vero dolor ⁊ calor fuerit remoti fiat vt dictum est supra ratione loci maculati et tunc redeat ad dietam vsualem.

Caplm. xv. de pruritu ⁊ scabie ⁊ magnis pustulis.

Pruritus et scabies

⁊ pustule semp fiunt cū materia salsa q̄ fit ex cōmixtione humoru₃ adustor et humidorum equali vel inequali vincente humido in cōmixtione: vel sicco ⁊ cum vincit humidum in cōmixtione fit scabies humida ⁊ pustule. Cum vero vincit siccu₃ fit sicca cu₃ forti pruritu Cum vero humidū et siccū equalia fuerint fit scabies in veritate que est humidior q̄ pruritus sicc⁹ ⁊ siccior q̄ pustule. Contingit autē ⁊ fit ſm plurimum imo semp illis qui comedunt cibaria corrumpentia sanguinē ⁊ qui talibus cibarijs frequenter vtunt vt sunt caules allea: cepe: sinapis res acute ⁊ sale: porri: carnes salite ⁊ caseus: ⁊ panis melaginus ⁊ milij: ⁊ legumina omnia ⁊ vinum vet⁹ grossum: ⁊ quando nullomodo vel raro vtunt balneo na₃ balneum omnem subcutaneā macula₃ remouet aut subtiliat: vel minuit: ⁊ accidit laborantib⁹ ⁊ multum ieiunantibus.

Signa manifesta sunt ex tactu ⁊ visu ⁊ ex infirmi narratione.

Cura. si possibile est fiat flebotomia in manibus de vena epatꝭ ⁊ splenis ⁊ maxime si secundum plurimū continet ab vmbilico superius. Si autem continet ab vmbilico iferius fiat flebotomia de saluatella in pede dextro ⁊ sinistro nā flebotomia istarum venar manuum ⁊ pedum purgat ⁊ remouet sanguinem grossu₃ et melancolicum: a uenis ⁊ mēbris omnibus et toto corpore: si aūt flebotomia fieri nō posset ponātur ventose cum scarificatione in spatulis ⁊ naticis et dorso. eo quod superfluitatē subcutaneā ⁊ scabiosam bene remouebit: ⁊ abstineat omnis scabiosus ab omni re salsa ⁊ acuta ⁊ dulci: ⁊ vtat rebus humidis acetosis ⁊ vino limphato. Mundificet corpus ante flebotomiā: ⁊ post cum re que sic fit. ℞. mirobalanorum citrinor. ʒ. xv. celidonie. ʒ. ij. epithimi sene fumi terre vel eius seminis añ. ʒ. v. seminis scariole seminis rosar polipodij: absinthij añ. ʒ. iij. coquantur omnia in. lł. iij. aque donec ad duas partes vnius. lł. aque reducant p̄ter epithimum quod in fine decoctionis debet addi: et post h omnia manibus fricata collent in qua collatura ponant. ʒ. x. terreniabim: si aūt terreniabim non habeat ponat pro eo zuchar rosatum vetus ⁊ talis decoctio multis sumat vicib⁹. Siru⁹ ad scabiē ⁊ pruritum sic fit. ℞. sene epithimi añ. ℥. j. polipodij prunor siccorum añ. lł. s. fumi terre. lł. j. zuchari. lł. s. pistent omnia grossomodo et buliant cum zucharo in. lł. v. vini ⁊. lł. v. aque donec quasi consumpta sit medietas tunc collet ⁊ reseruet de quo omni mane stomacho ieiuno sumat patiēs. ℥. iiij. absq̄ adiuncto: educit enim materiā adustā salsa₃ ⁊ sic curat scabiē ⁊ pruritū. Pillule valētes ad scabiem ⁊ pruritū. ℞. aloes mirobalanor citrinorū añ. ʒ. j. scamonee rosarum rubear añ quartam. j. tertie fiant pillule cum succo fumi terre vel aq̄ decoctiōis eius. ⁊ est potio vna facta purgatiōe multotiens post flebotomiam vel ventosationem ante potio talis quottidie erit sumēda. ℞. pruna. x. tamarindorum mundatorum a suis seminib⁹ zuchari añ. ʒ. x. sup ista fundant due partes aque feruētis ⁊ per noctem vnam sic dimittant tunc fricent manibus ⁊ collent ⁊ in potu dent. Si autem bulirent aliquantulu₃ fortius operarent addant istis sene ⁊ fumus terre ⁊ tunc ex decoctione sumantur omni die. ℥. iij. Electuarium ad scabiem. ℞. mirobalanorum citrinorum. ℥. j. sene fumi terre añ. ℥. s. succi absinthij quantum sufficit ad eorum conspsionem addat huic medicine quantū est quarta mirobalanorum conficiat cum melle sumatur ex hac medicina quātum est magnitudo auelane: si aute₃ pruritus est siccus sumat serum sepe cum mirobalanis citrinis ⁊ indis ⁊ zucharo ⁊ comedat succum frumenti ⁊ ordei cum zucharo mane ⁊ sero: ⁊ sepe post mundificationem vna₃ vel plures balneet in aqua calida in qua sit acetum ⁊ oleum rosatu₃ ⁊ folia apij ⁊ fum⁹ terre vel similia. ⁊ potest ieiuno stomacho lac potare acetosum. Aliud remedium ad scabiem ⁊ pruritum ratione mundificationis ⁊ preparationis materie sic fit. primo abstineat ab omnibus generantib⁹ flegma salsu₃ ⁊ humores adustos: vtat vino limphato albo ⁊ nutriat ex carnibus edi castrati ⁊ piscibus recentibus conditis cū aceto ⁊ ex carne volatilium domesticorum ⁊ carnibus porcellor recentibus ⁊ agnorum annualiu₃ ⁊ vitellis ouorum. Comedat spinachias rapas et folia eorum ⁊ lactucas cucurbitas: scariolas boraginem et brodium cicerum ⁊ similia et omni die in ortu solis ⁊ antecenam summat. ℥. ij. syrupi de fumo terre facti ex sene ⁊ epithimo cum melle si scabies fuerit humida cum. ℥. iiij. aque calide. Si autem scabies fuerit cum pruritu ⁊ sicca sumat eundem syrupum factum cum zucharo in eadem quātitate ⁊ eisdem horis ⁊ cum aqua calida: et purget sepe cum pillulis ⁊ decoctionibus dictis superius ⁊ flebotometur et ventosetur post purgationem vel purgationes: ⁊ intret balneum aque dulcis sepe in quo sit oleum rosatum ⁊ aliquid aceti vł oleum de camomilla cu₃ folijs apij ⁊ fumi terre. Pillule alie bone ⁊ vtiles in hoc sic fiunt. ℞. aloes. ʒ. ij. sene epithimi fumi terre añ. ℥. s. agarici. ʒ. j. scamonee masticis añ. ʒ. s. mirobalanorum indorum ʒ. iij. terantur ⁊ conficiantur pillule cum succo fu-

miterre vel apij. dosis est. ℥. ij. vel. j. s. vel. j. ad minus. Post balnea ⁊ purgationes ⁊ subtractionem sanguinis fiant vnctiones. Ungentuz ad scabiem valde bonum. ℞. litargirij: attramenti citrini an̄. ℥. ij. hoc per vnam ebdomadam dimittantur ad solem agitando frequenter cum spatula miscendo cum aceto omni die et postea reponantur. Aliud ad idez. ℞. baurach costi: salis: eleborj albi an̄. ℥. j. storacis. ℥. vij. aceti ⁊ olei r osati quod sufficit ad incorporandum vt possit ex eo inungi in balneo: et postq̄z corpus fuerit linitum maneat sic et postea lauetur ex aqua balnei. Aliud ad idem ⁊ est fortius. ℞. argenti viui extinti: catbimie argenti scabiose: elebor: albi: alchali: litargirij: ex his omnibus cum aceto ⁊ oleo rosato mixtis fiat vngentum ⁊ in sero vngantur membra ⁊ stet sic per totā noctem ⁊ mane ingrediatur balneum: ⁊ tunc fricetur patiens cum saponaria vel vermiculari postea lauetur cum aqua calida. his factis super ipsum fundatur aqua frigida ⁊ cum oleo rosato vngatur ⁊ tunc intret lectum. Aliud ad idem. ℞. assungie porci liquefacte. lī. s. salis triti in vltimo. ℥. ij. sulphuris. ℥. iij. misceantur: et si veles ipsum facere fortius adde cum predictis. ℥. s. argenti viui extincti. Ungantur membra scabiosa de isto vngento tribus diebus continue preter quod remoueatur ⁊ postea vadat infirmus ad balneum ⁊ fricet omnia membra sua cum rosis ⁊ floribus camomille: ⁊ sic faciat de tertio in tertium donec plena liberatus fuerit. Si autem necesse fuerit purgetur iterum ⁊ aperiantur vene que sunt in pedibus inter anularem digitum ⁊ auricularem ⁊ secundum istā viam omnis scabiosus poterit perfecte absq̄z periculo liberari.

Capitulum sextum decimum de prohibitione generationis pediculorum ⁊ destructione eoꝝ qui nati sunt.

m Ultiplicantur pediculi in hominibus propter inmunditiam ⁊ propter mutationē aque ex multo labore. et sudore: et multiplicatione sordiciei propter negligentiam. ⁊ pigritiam balneandi ⁊ mutandi pannos lineos ⁊ laneos. naz in laneis magis multiplicantur q̄z in lineis: eo q᷑ in laneis plures multiplicantur sordicies ⁊ retinentur propter eorum raritatez ⁊ spongiositatem ⁊ sic cū eis plus fiunt pediculi ⁊ sepius: ⁊ ex illa causa deferentes pannos lineos indigent pānis mundis sepius ⁊ balneis ⁊ fricationibus abstergentibus aliis hominibus. Comestio rerum habentium malū odorem ⁊ fetentium: ⁊ ficuum viridium ⁊ siccaruz absque amigdalis ⁊ nucibus pediculos in omnibus hominibus multiplicat. comestio vero alleorum cum nucibus ⁊ amigdalis destruit materiam ex qua pediculi generari solent. conuersatio vero ⁊ vsus cum hominibus in mundis in quibus multiplicantur pediculi dat causaz ad pediculos generandos: viatoribus ⁊ facientibus itinera longa per terram ⁊ aquas ⁊ mare ⁊ specialiter cum iacēt ⁊ fricantur in alienis lectis ⁊ pannis immundis et si ipsi per se sint etiaz īmundi pediculi contingunt ⁊ eueniunt imo multiplicantur. Ea autem que pediculos destruunt et venire non permittunt sunt omnia contraria: et vt pediculosi dudeant in vsu balnei ⁊ fricationum ⁊ rerū omnium que cutim et corpus totum abstergunt ⁊ mundificant: ⁊ specialiter circha superficiem. conueniens ⁊ vtile est vt tales pannos mutent quanto plus possunt et sint panni linei panni etiam delecto omni die mutentur si possibile est. Medicamen interficiens pediculos ⁊ lendines sic fit. extinguatur argentum viuum ⁊ misceatur cuz oleo ⁊ inungatur ex eo cingulus factus ex filis laneis cum quo pediculosus cingatur: vel quod super se appendat. Aliud. ℞. arsenici rubei stafisagrie: eleborj albi: baurach anteterantur ⁊ misceantur cuz aceto ⁊ fiat inunctio. x. diebus continue et dimittantur sic cum vngento omni die per horam: ⁊ postea abluat̄ ⁊ lauetur cū aqua cali. aliō suffumigent̄ panni omni die cū eleboro albo vel lupinis: aut cuz ciclamine idest pane porcino: vel cum folijs citri. Aliud. Si ponantur folia citri vel absinthij. vel rosarij. siluestris ī oleo ⁊ ex eo patiens inungatur valet quia pediculos interficit. Aliud si misceatur terra argenti viui cum oleo ⁊ inungatur ex eo patiens interficit pediculos: ⁊ idem facit eleborus albus. Sola fricatio fricatio cum puluere staphisagrie fortis per membra destruit pediculos mirabiliter absq̄z nocumento Sola mundificatio corporis ⁊ cutis: facta cuz balneo aque decoctionis absinthij: ⁊ cuz continua alteratione panorum lineorum mundorum alborz lecti ⁊ vestimentorum impediret generationez pediculorum ⁊ generatos destrueret.

Caplm̄. xvij. de his que ocultant odorem alleorum ceparum ⁊ porrorum.

c I caseus incidatur in parua frustra ⁊ coquatur in oleo vl' oleo onfancino in patella: ⁊ conspergātur vndiq̄z ex puluere gariofilorum: ⁊ comedatur post esum alleorum ⁊ ceparum vel porrorum remouebunt odorem illorum. gariofili soli si bene masticentur ⁊ per longum tempus post comestionem illorum ⁊ similium eorum remouebunt odorem. Idem operatur coriandrum siccum vel viride ⁊ eius succ⁹. Ruta si masticetur ⁊ comedatur post illud idem facit. Nam inest ei proprieras faciendi illud. Zedoaria si masticetur et comedatur et post illa idez facit: ⁊ si sumitates rubi qui facit moras masticentur post predictorum comestionem faciunt idem: ⁊ specialiter si vinum odoriferum post bibatur non in multa quantitate. Et si menta vel mentastrum vel herbe marie masticentur ⁊ comedantur post allea et similia: ⁊ cum ea aliquid aceti bibatur remouet eorum odorem. Similiter si fabe vel lentes assate comedantur post illa sedant eorū odorem quodammodo si masticentur pars. i. cimini et per. s. gariofilorum et grana. iij. spice vel. i. musci ⁊ trahiciantur remouebitur odor illorum et similium perfecte.

Capitulum. xviij. de his que ocultat odorē vini et his que multum bibere faciunt et de leui inebriant ⁊ his que aleuiant ebrietatem ⁊ decuratione eius.

q Uando post vinum masticantur cepe: vel cepe similis cun cubebis: aut coriandrū masticare: aut comedere cepas aut napos condictos cum aceto: ⁊ bibere aliquid aceti omnia talia odorem vini remouent deprimunt ⁊ destruunt. Medicamen forte ad hoc. Recipe ciperi cubebe zedoarie misceantur: ⁊ masticentur fortiter post vinum sumptum eius destruunt odorem. si comedantur poma acetosa vel maciana q᷑ idez est: ⁊ fortiter masticentur post potum vini ⁊ cum eis aliquid sumatur aceti odorez vini mirabiliter destruunt: ⁊ odorem oris reddunt bonum. Ea que valent ad multum vinum bibere dum sunt vt ea die qua vult bibere non multum repleatur cibo neque comedat dulcia: taffeam viridem vel albam sorbeat cibarium est q᷑ fit de carnibus et aqua et vocatur taffea alba. si autem in eodem cibario ponatur herba vi

ridis dicet taffea viridis ⁊ comedat micas molles
in iure pingui ⁊ carnem habentem pinguedinem
admixtam comedat temperate nec illa die labo-
ret post comestionem: sed statim postquam experge-
factus fuerit bibere incipiat ⁊ sit non habēs gra-
uedinem cibi precedentis diei in stomacho. Alia
que ad potandum valde iuuant sunt comedere car
nes salitas cum carnibus nostranis aut carnes cū
caulibus imperialibus aut carnes cum lentib⁹ vel
ciceribus sumere acetositatem citri post vinū: aut
ribes: aut berberis aut citonia: aut granata aceto
sa vel maciana acetosa idest poma nostrana vl' res
salsas aut acetosas auxiliantur multum ne vinum
noceat. ꝙ autem retardat ebrietatem est medica-
men hoc. ℞. semina caulium: ciminum: amigdala
rum excorticatas. mentastrum: sal. absinthij: ru-
tam siccam ameos terantur ⁊ misceantur. ⁊ sumā-
tur de eo. ʒ. ij. ieiuno cum aqua frigida: ⁊ hoc ha-
bet locum si ille qui sumere debet calorem non ha
bet: nam si calorem patiatur nullomodo de medi-
camine sumat. Aliud ꝙ coadiuat ad bibendum et
impedit vinum vt non noceat est comdere anteq̄
vinum sumatur ⁊ post amigdalas salitas vel lētes
salitas autē oliuas conditas sale: aut capares na
pos conditos cum sale et almuri. Medicamen ꝙ
ebrietatem euenire facit sic fit. ℞. nucismuschate.
ʒ. s. cassie lignee. xiloaloes añ tertia pars. ʒ. j. mā
dragore seminis apoij. seminis iusquiami añ. ʒ. j.
ex his omnibus tritis trocisci informentur quorū
vnus si cum vino dissolutus fuerit vehementer in
ebriat ⁊ sit vnusquisq̄. ʒ. s. vel. j. in pondere. Ali-
ud decoquatur iusquiamum magnum nigrum et
cortices mandragore in aqua donec rubea fiat que
si cum vino misceatur vehementer inebriat. Aliud
sumatur aqua in qua decoquitur lolium ꝙ nasci-
tur cum frumento ⁊ misceatur cum vino vel detur
aqua in qua vsnee aut res habens mucillaginem
madefacta fuerit: aut vinum in quo xiloaloes ma-
defactum fuerit tribuatur. Aliud fortius. Reci-
pe mirrhe: cassie lignee opij iusquiami omniū añ.
ʒ. vni⁹ sextam partem: spice: gariofilorum añ ter-
tiam. ʒ. j. hec trita cum vino mixto tribuantur ⁊ ē
vna dosis. Ea autem que manifeste aleuiant ebrie
tatem sunt acetum ⁊ aqua cum miscentur ⁊ bibun-
tur: aut aqua mixta cum lacte aut sero acetosa mul
tum tribuenda sunt. Et si acetum ⁊ oleum rosatū
super caput mixta fundantur valēt. Et si campho
ra mixta cum aqua rosata naribus applicetur vel
odoretur vtilitatem prebet. Scire hic conuenit ꝙ
vtilius in hoc casu est vomitus voluntarius vl' co-
actus: preterea valde vtile est ad hoc vt manus et
pedes ponantur in aqua frigida: ⁊ vt cum sale de-
center fricentur. Comedere micas panis vel buce
las infusas in aqua agresta vel aceto vel succo ber
beris: aut vino de granatis acetosis multum con
fert. Et si talia comederentur cum lentibus coctis
plus conferunt. Si comedantur caules aut caules
imperiales cocti post vini assumptionem exceden
tis quantitatem: virtus vini omnino destruetur.
Iterum si comedatur cepe cum aceto forti ⁊ abluā
tur testiculi cū aceto ⁊ aqua virtus vini destruetur
manifeste ad sensum.

Cura ebrietatis postq̄ virtus vini de-
structa est vt incipit destrui ē diu
dormire: ⁊ post somnum ingredi balneum ⁊ sede-
re in balneo. i. stupha scilicet tēperato: ⁊ super ca
put eius fundatur multitudo aque tepide et exeat
balneum. et comedat pulos coctos conditos cum
agresta vel vino berberis vel vino de granatis:
aut comedat gellatinam aut cibarium factum cum
aceto. deinde vice alia dormiat ⁊ post somnū fun
dat oleum rosatum mixtum cū aceto super caput
specialiter si dolorem capitis habuerit: ⁊ post hoc
iterum dormiat. ⁊ si sanitas crapule tardauerit bi
bat parum vini cum multa aqua. Multum loqui ⁊
longam incedere viam suauiter ⁊ olfacere oleū ius
quiami ⁊ folia salicis nec non rosas ⁊ camphoram
⁊ aquam rosatam nec non infundere caput in aqua
tepida. sunt de his que crapulam remouent. Aliud
℞. seminis scariole seminis caulium: berberis mū
dati a suis granis sumac: lentium excorticatarum:
rosarum spodij añ. ʒ. x. ex quibus omnibus tritis
et cribratis. ʒ. iij. cum sexta. ʒ. vnius camphore et
cum. ℥. j. acetositatis citri aut cum succo mali gra-
nati acetosi vel succo ribes sunt potande. Aliud si
trahiciatur de semine coriandri sicci mixti cū equa
li quantitate zuchari albi quantum potest tribus
vicibus valet. Rob siue succi qui valent ad crapu
le remotionem ⁊ eam curant sunt rob de succo vue
acerbe: ⁊ rob de acetositate citri ⁊ rob de ribes de
berberis de granatis ⁊ de pomis acetosis: ⁊ breui
ter omnes res acetose valent ad istud. Aliud aqua
in qua sumac ⁊ tamarindi atq̄ pruna fuerint infu
sa sumatur ⁊ cum succo acetositatis citri vel aran-
cij misceantur: aut granati acetosi qui sit eisdē quā
titatis quibus tantum zuchari quantum est totū
addatur que omnia vsq̄ ad spissitudinem coquan
da sunt: ex quibus postea quasi sorbendo aliquid ē
sumendum. Sollēnitas que attenditur in curatio
ne crapule non habet locū in nostra contracta eo
ꝙ continue vtitur vinum illic ab hominibus. In
terra vero saracenorum habet locum: eo quod fa-
ciunt beuariam temporaliter in qua bibunt vinū
absq̄ mensura ⁊ modo: et inebriantur malomodo
ita ꝙ ebrietas durat in eis per. xxiiij. horas et pl⁹
Unde cum non sint consueti bibere vinum magis
leduntur a vino q̄ consueti ⁊ propter hoc in eorū
cura crapule maior requiritur sollemnitas quā in
xpanis.

Capitulum. xviiij. de tumoribus qui fiunt in
modum tumoris pediculi qui cito fiunt ⁊ cito rece
dunt ⁊ precipue quando homo scalpit.

Ec passio semper cō

b tingit aut propter superfluitatem san-
guinis qui est in venis que ad superfi-
ciem cutis bonitate nature expellitur:
aut propter malitiam stimulantis materie mem-
bra ad exteriora: ⁊ differentia inter istos duos mo
dos infirmitatis talis est quia ex prima homo ma
nifestam sentit aleuiationē in omnibus membris
quamuis in superficie membri infirmitatem habe
at. In alia sentit totum contrarium: videlicet gra
uedinem ⁊ lassitudinem in omnibus membris in-
firmitatem in exterioribus ⁊ tunc significat febrē
continuam in futuro. Unde multum preuidendū
est ⁊ subtiliter considerandum.

Cura primo fiat flebotomia aut subtrac
tio sanguinis per aliquam viam si
possibile fuerit et postea mundificetur totum cor-
pus si patiens strictus fuerit secundum ventrem
⁊ egritudo fuerit ex violentia materie ⁊ eius habū
dantia cum tamarindis ⁊ aqua prunorum ⁊ man-
na: aut purgetur cum decoctione mirobalanorū
citrinorum tamarindis ⁊ aqua prunorum ⁊ simili-
um. Nutriatur cum gelladina ⁊ cibis acetosis: vi
delicet cum lactuca portulaca ⁊ cucurbitis: et cum
carnibus conditis cum agresta aceto vino de gra
natis acetosis ⁊ succo berberis ⁊ similib⁹. Bibat
vinum debile limphatum cum quincuplo eius de
aqua frigida. In fine vero ponatur in balneo aq̄
tepide decoctionis rosarum acetose et foliorū mal

ue ⁊ violarum. post balneū lauetur totum corpus cuz aqua rosata in qua sit aliquid aceti albi: crociscos de camphora vel spodio sumat aliquando cuz iulep sepe: bibat iulep aut syrupum rosatum cum aqua frigida aut zucharum album mixtum cū aceto ⁊ aqua rosata. aut succum citri vel arancij mixtum cuz aqua frigida.

Capitulum. xx. de alasef vel de sudationibus. idest pustulis paruissimis que fiunt in corpore hominis ex sudore et aliquando fiunt in membris vt pulicis morsus.

d **Esudatio vel** resudatio nō contingit neq͂ fit nisi ex sudoris multitudine tempore magni caloris postea fiunt in mēbris pustule parue rubee vł citrine. Fit autem hec egritudo ex vapore calido qui resoluitur a materia calida colerica vel a subtilitate sanguinis: ⁊ eleuatum cum sudore ad superficiem cutis ⁊ ipsam inficit.

Cura primo oportet vt totum corpus lauetur ex aqua frigida in qua aliquid aceti ponatur et infundantur panni in aqua rosata et ponantur super membra et cum exiccati fuerint iterum infundantur: et super loca ponantur: locetur infirmus ad iacendum ⁊ morandū in locis frigidis vel infrigidatis cum vino vel cum aqua frigida: ⁊ epithimentur loca cum aqua frigida ⁊ oleo rosato ⁊ aliquantulo aceti. Nutriat̃ patiens cum omnibus cibarijs acetosis vel cum cibarijs conditis cum succis acetosis destruentibꝰ coleram ⁊ subtiliantibus sanguinem: vel eius acuitatem. Si autem corpus fuerit repletum flebotometur vel mundificetur cum tamarindis ⁊ aqua prunorum ⁊ similium post infrigidationē locorum epithimentur loca cuz croco ortulano ⁊ radicibus celidonie mixtis cuz aceto ⁊ oleo rosato balneetur in aqua tepida decoctionis rosarum ⁊ fricentur mēbra cum sale alcanna et aceto mixtis. In fine vero fricentur omnia eius membra cum sulphure ⁊ vngatur totum corpus cum oleo rosato in quo sit aliquid camphore ⁊ aceti.

Capłm. xxj. de morphea alba ⁊ rubea ⁊ albaras

d **Ifferentia istarum ē** talis: quia morphea alba fit ex materia frigida quā natura non mēbris assimilat in colore. Unde remanet macula alba in superficie cutis. Nigra vero fit ex materia melancolicā quam natura non assimilat membris ⁊ ideo fit macula nigra in superficie membrorum. Albaras vero fit ex eadem materia ex qua fit alba ⁊ ex qua fit nigra. sed differt ab eis in h̄: quia in albaras est materia ꝓfundata vsq͂ ad carnem et os ⁊ est cuz ea aliquādo pruritus: asperitas: ⁊ scabiositas: ⁊ fit tunc de genere serpiginis vel impetiginis. In alijs vero duabus morpheis materia non continet̃ nisi in superficie cutis tantū ⁊ sunt priuate alijs conditionibus: virtus enīz expulsiua in alba ⁊ nigra est fortior ⁊ materia subtilior et paucior Sed in albaras materia est grossior ⁊ virtus debilior ⁊ ꝓpter h̄ male ⁊ cuz difficultate curat̃: imo secundum plurimum nullomodo curatur.

Cura morphee albe est: vt sepe in aurora ad moduz nucis magne sumat̃ de trifera minori quaz facimus. c. de his que tardant canitiem: ⁊ post eā vel cuz ea bibat̃ aliqd vini vel sumat̃ de pillulis cochijs vel medicamē de turbit bis in mēse: ⁊ post purgationē fricet̃ morphea alba cuz tāpno cū tapsia: ⁊ semine raffani: ⁊ rubea cum eleboro albo ⁊ sinapi tritis: et cum aceto forti mixtis: aut fricetur locus multotiens ad solem cū scalonia: vel cepe tādiu ꝙ locus vesicetur: fricetur locus etiaz aliquādo cuz radice lapacij acuti contusa infusa ⁊ dimissa in aceto albo: vel emplastretur locus cuz sinapi ⁊ stercore columbino ⁊ ficubꝰ siccꝫ pistatis ⁊ mixtis simul. h̄ enim emplastruz mirabiliter rubificat locuz. ⁊ albedinē remouet: si autem locus nimis inflaretur ⁊ doleret vngatur cuz oleo rosato calido. Nutriatur patiens cum carnibus assatis ⁊ rebus calidis: vt sinapi alleis: ⁊ salsamentis. ⁊ bibat vinum non multiplicatum in quantitate absq͂ aqua. vtatur electuarijs calidis: ⁊ abstineat habens morpheam albam ab omni re generante flegma ⁊ humores frigidos. Si incurreret dolorem capitis vel aliquam caliditatem membrorū ex vsu rerum calidarum reprimatur cum aceto vel syrupo acetoso: aut cum aceto et aqua frigida ab vsu aque rosate et coitu: et a balneis aque dulcis multum abstinere debet talis patiens: sed si inueniret balnea salsa: vel aluminosa sulphurea: aut enea vtatur his ⁊ fricationibus locoruz in quibus morphea reperitur.

Cura morphee nigre primo oportet vt mundificetur totum corpus et regatur regimine ⁊ dieta dictis in capitulo de melācolia. Si autem corpus esset carnosum et pingue: et rubeum fiat flebotomia de saluatella manus sinistre ⁊ pedis sinistri: locus vero fricetur cum sapone ⁊ aqua calida sepe: ⁊ ingrediatur balneum ⁊ vtatur regimine humectante. epithimetur etiam locus cum semine raffani et eleboro albo ⁊ semine eruce ⁊ aceto: ⁊ preter hec omnia remedia que valent ad pannum faciei sunt vtilia et conuenientia in casu illo et fieri debent si fuerint necessaria.

In cura vero albaras est attendendum ꝙ omnis morphea vel albaras que non rubet de facili quando fricatur vel cum acu pungitur sanguinez non emittit est difficilis curationis vel incurabilis econtrario in contrarium. preter hoc albaras ⁊ omnis morphea dat significationem ad lepram de futuro. primo conueniens est vt fiat vomitus quasi omni die: ⁊ mundificetur corpus cuz medicamine de turbit: vel cum pillulis cochijs: aut fetidis: vel stomaticis alkindi: ⁊ vtatur electuario de anacardis: aut tyriaca semel in ebdomada. Regatur habens albaras cum dieta desicatiua. videlicet cum rebus ⁊ carnibus assatis ⁊ cuz sinapi et salsamentis ⁊ vino veteri ⁊ in quantitate pauco: ⁊ sicca. vtatur carnibus auium siluestriuz: ⁊ rebus calidis desicatiua: et specialiter si corpus humidum fuerit ⁊ pingue. Si autem corpus extenuatum fuerit vtatur rebus humidis boni nutrimenti vt dictuz est. c. de melancolia ⁊ vino limphato. Epithimetur albaras cum re que sic fit. R. tapsie. portulace agrestis: vel lactarole: stafisagrie: vel radicū tampni: ventriū cantaridaruz an̄ partes equales hec omnia pistata misceātur in aqua in qua rubea fuerit cocta. ⁊ postq͂ locus fuerit fortiter fricatus cum cepe vel cum scalonia ponatur super locum ⁊ dimittatur tamdiu quod locus fuerit manifeste alteratus vel vlceratus vel vesicatus: tunc si tota albaras destructa fuerit cum suis radicibus bonuz erit ⁊ tunc debet curari cum consolidantibus ⁊ dātibus colorem loco: vt est color naturalis cutis de quibus inferius dicemus. Si autez de malitia aliqd remāserit cōtinuet̃ fricatio cū cepe ⁊ sinapi ⁊ rebus vlcerantibus ⁊ vesicātibꝰ donec tota malitia sit remota: vlcerat̃ ⁊ vesicat̃ locus cū succo anacardi quādo locus cū eo fricat̃ corodit̃: vesicat̃: quādo fortiter fricatur cum alumine fecum alleis et

aceto: et summū q̄ potest fieri in h casu est tāgere locum cū ferro ignito. Si autē albaras fuerit in loco in quo ventose solent poni subtrahatur sanguis ex loco: et postea inungatur ex litargiro albificato q̄ sic fit. Teratur litargiriuꝫ ꝛ admisceatur cum oleo rosato ꝛ exiccetur ad solem: ꝛ cū exiccatū fuerit ībibatur cū oleo rosato ꝛ exiccetur ad solem et cum exiccatū fuerit iteꝝ teratur et ībibatur cuꝫ oleo rosato et exiccetur ad solem ꝛ tādiu sic fiat donec litargiruꝫ sit albificatū ꝛ sic cum isto epithimetur locus in quo albaras facta est propter appositionem ventosaꝝ remoto sanguine qui est in loco cum ventosis dealbabitur iteretur hic modus rectificationis loci lesi per ventosas multotiens si necessarium fuerit ponendo ventosas super locū vngento sepe vel epithimando ipsam morpheam cū litargirio albificato. Illud q̄ plus valet in remouendo panū ꝛ morpheam albam et nigram ꝛ rubeam est fricatio vel epithimatio temperata cū lacte ficuum vel foliorum eius ad quā post excoriationē loci sequitur inunctio cum litargirio abluto. De his que habent rectificare locū vbi erat albaras ꝛ tingere ꝑm rubedinem vel nigredinem vel consolidare est h q̄ sic fit. ℞. cere rubee: mirrhe: fecis vini aluminis roze añ terantur et misceantur: ꝛ loc⁹ ex istis tādiu fricetur multis vicibus donec patiēs angustietur: h enim locum tingit et eius tinctura. xx. manet diebus. Aliud si epithimetur locus ex rubea mixta cum aceto valet. Aliud fiat epithima ex rubea et tapsia mixta cū aqua in qua brasilū fuerit coctū idē operatur. Ultimum remediū ad albaras si curari potest post excoriationē ꝛ remotionem albaras cum rebus vesicātib⁹ ꝛ vlcerantibus aut cum ferro ignito sic fit. ℞. litargirij albificati ℥. iij. rubee tinctorum brasilij añ. ℥. j. s. teranť ista duo ꝛ misceantur cum litargirio albificato: ꝛ cum his misceantur ita vt fiat liquiduꝫ de aqua in qua brasilium fuerit coctuꝫ: vel creta rubea de isto omni die locus excoriatus vsq̄ ad curationem epithimetur. Dicitur q̄ si albaras vel aliqua ex morpheis omni die epithimetur cum sanguine serpentis nigri q̄ de proprietate hic sanguis curat: ꝛ remouet albaras et morpheam: de quo nostro tempore non scimus veritatē ꝛ deus melius nouit.

Capitulum. xxij. de lepra.

Hec infirmitas fit ꝛ prouenit ex sparsione colere nigre: vel melancolie in toto corpore: ꝛ corrumpitur cōplexio mēbrorum ꝑ h ꝛ ipsorum forma: ꝛ aliquando continuitas: ita q̄ corroduntur membra aliquando ꝛ cadunt: casu qui fit ab vlceratione ꝛ aliquādo fit q̄ nō vlcerantur ꝛ fit quasi sicut cancer ꝯmunis toti corpori. Causa materialis huius egritudinis est melancolia naturalis cū cōculcatur in mēbris preter naturam: ꝛ aduritur absq̄ q̄ putrefiat: ꝛ melancolia generata ex alijs humoribus ꝑ viam adustionis et est impossibile vt fiat hec infirmitas nisi ex materia reducta ad genus melancolicū per viā adustionis aut ex ipsa melancolia naturali adusta: apparet manifeste q̄ in ista egritudine leditur cōplexio cōpositio et continuitas: ꝛ quando hec materia expellitur ad membrū vnuꝫ facit accidere duritiem: aut sephiros: aut cancrū: per sephiros intelligas duritiem melancoliā absq̄ sensu ꝛ caliditate ꝛ fit preter q̄ circha sephiros apparent vene nigre: vel virides circundantes ipsum plene sanguine melancolico adusto que apparent in cancro. Et si fuerit hec materia adusta subtilis facit accidere esthiomenum. Et si expellitur hec materia ad superficiem cutis fit impetigo: vel morphea nigra: vel albaras ꝛ si spergeretur per totū corpus ꝛ putrefieret faceret febrē melancolicā ꝛ si nō putrefieret ꝛ spergentur per totū corpus ꝛ corrumperetur in natura sui: ita q̄ nō regatur a natura ꝛ cōculcatur in membris omnibus fit ex ea lepra manifeste species cuius omnes sunt quattuor: sed modi istius infirmitatis particulares sunt īfiniti: sicut modi quibus aduruntur humores: et reduci possunt ad genus melancolicū per viam adustionis. Assignantur in lepra cā primitiua antecedens ꝛ coniuncta. Causa primitiua in lepra est comestio omnis rei generantis melancoliā: vt est comestio vel vsus lentium ꝛ omniū leguminū ꝛ porroꝝ ꝛ carniū siccarum et cauliū ꝛ casei ꝛ fungorum ꝛ tartufularum ꝛ aceti et carnium siluestrium ꝛ specialiter leporis et vulpis ꝛ lupi: ꝛ conuersatio ꝛ vsus cum leporis: et nimius coitus: ꝛ nimia abstinentia ab eodē: eo q̄ superfluus coitus sanguinē turbat ꝛ corrumpit nimia vero abstinentia congregat sperma quo aggregato corrumpitur ꝛ in venenuꝫ mutatur ꝛ inducit melancoliā ꝛ lepram. Ex coitu cū muliere mēstruata acquirit fetus causam ad lepram cū. n. hora illa purgetur menstruum superfluum ꝛ melancolicuꝫ feculentum nō conueniens ad nutrimentū inficiť semē: sed non corrumpiť quin possit aliquādo fieri ex eo conceptio ꝛ in tali conceptione acquiritur radix complexio malis ad generandū melancoliā et eam multiplicandā in corpore generando ꝑ infectionem quaꝫ acquisiuit semē hora conceptionis. s. hora qua menstruū purgabať. Unde cū tale corpus venerit ad finem iuuentutis in qua humores aduruntur: ꝛ ad senectuteꝫ in aqua per naturā etatis melancolia multiplicatur h radix melancolie ꝛ infectionis acquisita hora coitus cū mēstruata operatur vt fermentum in pasta paulatim ꝛ oculte immutando complexionem ꝛ formam totius corporis donec superuenerit hora vel tempus a quo iuuetur ꝛ augumentetur: ꝛ sic per viaꝫ istā dat talis coitus causam ad leprā. Unde quilibet sapiens hora illa a coitu abstinere debet: ꝛ specialiť cū cognoscere vult mulierē in qua possit fieri cōceptio ꝑ naturā: ꝛ si vult cōsiderare honestatē naturalē ēt in qua cōceptio fieri nō posset. Comestio omniū reꝝ acutaꝝ videlicet alleoꝝ ꝛ ceparum: sinapis: ꝛ piperis: ꝛ omniū reꝝ generantiū melancoliā ꝑ naturā aut adurendo dat causam ad leprā: leitiuū labor ꝛ vigilie superflue et ars: ꝛ officiū in quo ignis semꝑ ē necessarius sicut ars ferrariorruꝫ et similiū dant causam ab lepram: habitatio in septentrione et in locis in quibus siccitas cum caliditate acuta dominatur: vel frigiditate: ꝛ habitatio in montibus in quib⁹ hee qualitates dominanť dant cāꝫ ad leprā. Causa antecedens ad leprā ē cōplexio sicca epatis ꝛ splenis. ꝛ omniū membroꝝ cū caliditate q̄ generant ꝛ multiplicant hūores calidos siccos adustos in toto corpe: ꝛ ēt humores ipsi adusti generati in mēbris a rebus melancolicis numeranť in antecedenti causa. Causa coniuncta sunt humores q non reguntť a natura ꝛ sunt corrupti absq̄ putrefactōe inculcati in mēbris ꝛ sp̄si ꝑ totū corpus: qui cōplexionē cōpositionē īmediate ꝛ cōtinuitatē mēbroꝝ mutant mutatione innaturali ꝛ eā in malo esse cōseruant ita q̄ fit infirmitatis que lepra appellať.

Signa communia ad lepraꝫ sunt pruritus membroꝝ cum scabiosa dispositione: ꝛ siti et ardore vehementi: ꝛ asperitate totius corporis nā pruritus ꝛ scabies sunt de his que leprā antecedunt ꝛ cōconmitantur et est ex natura materie salse generate per viā adustiōis ī aq̄ dominať siccitas cū caliditate et acuitate: ꝛ raritas et casus superciliorum et barbe: et rotunditas oculorum cum inflatione palpebrarū ꝛ superciliorum: ꝛ oris labiorum: et vocis raucedo cum diffi-

cultate anhelandi et emissionis vocis per nasuz ⁊ fetor ascellarū ⁊ sudor totius corporis ⁊ pedum: ⁊ oris et nodi apparent in cute faciei et in toto corpore et color faciei et oculorum fit rubeus cum fuscedine: et contractio neruorūz digitorum manuū et pedum ⁊ nodositas in articulis: et vngues scinduntur cadunt ⁊ fiunt mali coloris ⁊ forme: et tota facies apparet horribilis ex aspectu leprosi timent et fugiunt pueri: eo ꝙ facies ⁊ aspectus leprosi disponuntur a complexione ⁊ forma contraria dispositioni naturali ⁊ equalitate que est in pueris: et in plantis pedum inueniuntur vlcera fetida que consolidari nō possunt: ⁊ aliquando in cruribus ⁊ certissimum signum ꝙ nō fallit est ꝙ si medicus quando dubiuz est de lepra asperexit in os leprosi ⁊ cōpresserit digitis suis linguā patientis: et viderit circha lingue radicem ⁊ vue: ⁊ in pallato scissuras et pustulas vstas paruas albas rubeas ⁊ citrinas fetentes que contingunt ex fumo eleuato a materia que aduritur. Unde cum reuerberetur talis fumus horribilis in loco cum ascendit ad caput non resoluitur imo inficit loca illa secundum quod est: significat vniuersalem adustionem in materia totius corporis et secundū hoc vere lepram significat: ⁊ tales pustule pallati et que sub lingua sunt et circha vuam tenent locum gramegne vel graminis que apparent in carnibus porcorum. Dicitur ꝙ si flebotometur leprosus ⁊ colligatur sanguis in parasside ꝙ post eius residentiam inuenitur in fundo eius quasi harena vel puluis: ⁊ illud significat adustionem vniuersalem factam in omnibus humoribus venaruz ⁊ totius corporis: ⁊ propter hoc dicitur esse signum lepre oculte ⁊ manifeste cū impossibile sit vt fiat nisi post adustionem vniuersalem contingentem in humoribus venarum et totius corporis: pulsus eius subtilis inuenitur ⁊ paruus et debilis: et vrina tenuis cum colore intenso quandoqꝫ ⁊ quandoqꝫ absqꝫ colore: imo remanet glauca: coloratur cum fit adustio: discoloratꝰ finita adustione ⁊ incinerata materia. Si autem pellis totius corporis et membrorū fuerit cineritij vel terrei coloris: ⁊ fuerit aspera et dura et cum pilis valde raris et minutis ⁊ fuerit in colore pellis infirmi et tactu similis pelli elefantis: tunc iudicabitꝰ cum alijs signis ꝙ lepra erit ex melancolia naturali cuius subtile resolutum est. Si autem vlcerationes in membris apparuerint fetide horribiles cuz casu membrorum ⁊ corrosione carnis: indicabitur ꝙ lepra illa erit ex materia melancolica adusta cuius subtile remanserit cum grosso et est materia talis in modum veneni: vel colera adusta cuius grossuz adustum est mixtum cū subtili ⁊ est talis colera facta per viaz venenosam cōburens membra que tangit. Si autem color totius corporis parum imutatus est a dispositione naturali. Sed est cum pruritu forti ⁊ contractione ⁊ nodatione in membris et articulis tunc fiet lepra que causatur a flegmate salso. Si autem color totius corporis fuerit rubeus vergens ad fuscedinē et cadunt pili capitis: et facies inflata fuerit et in facie tota et toto corpore fuerint botbor vel pustule emittentes humorē venenosum vel rubeum cū fuscedine tunc lepra illa iudicatur esse ex sanguine adusto si senserit ꝑ carnes ⁊ membra formicationes cum puncturis ⁊ stupore principium lepre significabit.

Cura quando medicus bene machinatus fuerit ꝙ egritudo est in principio: et membra infirmi neqꝫ ceciderint neqꝫ continuitatem vel propriā complexionez amiserint poterit hec infirmitas curari aut occupari ita ꝙ eius vestigia non apparebunt: vel ad minus in superficie corporis nō demonstrabuntur primo oportet vt ordinetur eius regimē vel dieta que sit humida ⁊ non sicca declinans ad frigiditatez potius ꝗ̄ ad caliditatem. Nā si in materia adusta perfecte destruatꝰ siccitas nō remanebit vestigiū eius quin tota substantia eius mala emēdetur ⁊ remoueatꝰ maius ⁊ fortius peccatum ꝙ est in adusta materia trahitur a siccitate. Bibat vinum album clarum odoriferum vergens ad dulcedinem limphatum. Ita ꝙ tantum de aqua quantuz de vino ponatur: vel bibat vinum coctum dulce clarum limphatum vt dictum est: vel bibat rob de vino mixtū cum aqua aut aqua decoctionis passularum vel dactilorū aut aqua mellis zuchari. Comedat carnes edi agnorū annualium et ouium nō lactantium: ⁊ carnes pullorum ⁊ pullarum et gallinarum iuuenum coctas in aqua: ⁊ conditas cum vitellis ouorum ⁊ mica panis. Comedat etiam sepe succum factum de farina frumenti coctum in iure carnium condictum cum vitellis ouorum ⁊ butiro et aliquando absqꝫ butiro. De herbis comedat spinachiā: boraginem: attriplices cucurbitas lactucas: vel endiuiam potest poni cum eis in vere de herba fenugreci: condiantur sua cibaria cum oleo violato: aut de nenufare: autem de cucurbitis: ⁊ cuz rob de vino: ⁊ cum puluere qui sic fit. Recipe liquiritie. ℥. ij. cinamomi. ℥. j. croci. ʒ. s. fiat puluis cribratus. Si autem corpus infirmi fuerit carnosum sanguineum pingue: et eius color fuerit rubeus vergens ad fuscedinem fiat flebotomia de vena media: ⁊ post hoc quiescat per multos dies: et fiat flebotomia de pede ⁊ manu sinistra ex vena que seruit spleni et semper in omni flebotomia fiat magnum vulnus vt grossicies sanguinis vel eius fex libere possit exire. In alijs vero habitudinibus non laudamus flebotomiam cum minuat humidum velane: neqꝫ in illa videtur vt ꝗ̄titas materie que est causa infirmitatis minoretur: purgetur vnus quisqꝫ leprosus bis in ebdomada vel semel ad minus cum decoctione de epithimo ⁊ conuenientibus ad illud hoc modo: decoctio de epithimo sic fit. Recipe mirobalanorum indorum. ʒ. x. polipodij. ʒ. v. sene. ʒ. viiij. turbit. ʒ. quattuor sticados. ʒ. x. passularum enucleatarum. ʒ. x. epithimi. ʒ. x. buliant omnia excepto epithimo in. lL. tres aque donec medietas aque fuerit consumpta: tunc addatur epithimum ⁊ illico deponatur ab igne: ⁊ cum aqua infrigidari ceperit fricentur ea que sunt in aqua manibus fortiter et cum fricata fuerint colletur aqua et reseruetur. Pillule ad hoc sic fiunt. Recipe agarici. ℈. ij. aloes. ʒ. vnius salis indi. ʒ. s. elebori nigri quartam ʒ. vnius fiant pillule ex his omnibus et conficiantur cuz rob aut iulep autem cum melle omnes iste pillule sunt vna dosis vel due partes istarum pillularum sunt vna dosis: ⁊ postqꝫ infirmꝰ pillulas sumpserit per tres horas stet anteqꝫ sumat decoctionem ante dictam: et post tres horas sumat tertiaz partem decoctionis antedicte. Iterata decoctione cum pillulis bis aut ter: sepe post iteratam mundificationem infirmus balneetur in aqua dulci decoctionis malue: foliorum rosarum violaruz ⁊ nenufaris et non cohoperiatur balneū eo ꝙ posset facere febrem inspissando anhelitum: ⁊ cū steterit in balneo aliquantulum fricetur totū corpus cum farina fabarum ciceris et furfuris. Et post fricationem vngatur totum corpus cum oleo de nenufare calido vel de violis aut cum oleo rosato vel de cucurbita. Omni die sumat preter diem in qua pillulas et decoctionem sumpserit de syrupo qui sic fit. Recipe sene. ℥. j. cuscute. ℥. s. polipodij ʒ. iij. epithimi. ℥. j. s. et scolopendrie: capilli veneris et politrici adianthi aā. M. j. seminis lactucarum endiuie cucurbite: cucumeris et mello

nis añ. ℥. j. passularum. ℥. iij. buliant omnia preter
epithimum in. lb. iiij. aque donec. lb. j. eiusdem aque
sit consumpta tunc addatur epithimū et deponat
ab igne: et cum infrigidari ceperint fricentur om-
nia manibus: et cum fricata fuerint colletur aqua:
et fiant ex eis. lb. vi. syrupi cum. lb. iiij. zuchari de
quo sumat patiens in aurora omni die. ℥. iij. cum
℥. iij. aque decoctionis prunorū si macule vel nodi
vel durities in modum morphee fuerint: vel impe
tiginis per membra mollificentur et remoueantur
tangendo ea de die in diem cū oleo violato et oleo
de nenufare mirtis in quo de camphora bono mo
do ponatur: et sit tale oleum hora qua fit talis ope-
ratio feruens ita q̄ comburat locum vel tangatur cū
ferro ignito plano q̄ erit melius: et h̄ fiat tantum
donec omnes macule que erāt in cute fuerint mol
lificate et mortificate: post h̄ redeat ad balneum et
purgationem et consolidentur loca vsta excortica-
ta cum vngento de cerusa posset purgari cū pillu
lis fetidis loco pillularum supradictarum aliquan
do et tunc non reciperet decoctionē. Sepe sumere
debet de sero cum zucharo scilicet: ieiuno stoma-
cho quia bene operabitur in leproso effectum vti-
lem et bonū. Si autē per viam illam infirmitas nō
videret minui neq̄ ad melius alterari: tunc opor
tet q̄ medicetur cum carne viparum preparatarū
et coctarum vt dicetur: et bibat etiam vinum de
viperis q̄ dicetur vel fiet inferius per viperas in
telligamus hic serpentes qui appellantur scurzi:
habent enim caput planum et subtile: et in medio
sunt grossiores: et habent caudam curtam subtilē
vt lacerta et strepitum faciunt in suo motu: et de-
bent capi in locis siccis longinquis a palude et lu-
to et debent esse in colore flaui: etiam si dentes pa
res habuerint in parte dextra et sinistra mandi-
bularum meliores erunt: tunc cum inuentum fuerit
h̄ abscindantur capita serpentum et caude: et remo
ueantur interiora et abluantur et ponantur in olla
noua vel lebete et cum eis ponatur aqua et aliquid
olei piper galanga anetum et sal: et possunt cū eis
aliquando polli pulli columbarū eo q̄ cibariū fi-
eret saporosius et magis delectabile apud gustum
et tādiu simul dimittantur coqui quod caro vipa-
rum tota dissoluatur: his gestis comedat pati-
ens ius et carnes bibat de vino q̄ fit cum viperis
hoc modo. Accipiantur due vel tres vipere prepa
rate et decoquātur in vno sextario vini donec dis-
solute sint: et tunc illud vinum sit calidum buliens
cum viperis ponitur in vegiticulo in quo due sex-
taria vini fuerint inuenta et sic vsui reseruetur. cū
vero patiens ex comestione viperarum et iuris ex
vsu vini viparum incurerit scotomiā: et ceciderit et
inflari ceperit et absq̄ sensu steterit iam sufficit ei
vsus huius rei: quia cum cutis inflata ceciderit in
uenietur sub ea cutis noua et caro mollis: et sic libe
rabitur perfecte. Si ergo contentus post h̄ in die
ta et potu antedictis et balneetur et nutriatur vt su-
pradictum est vtatur post h̄ tyriaca electa cum vi-
no decoctionis pasularum quia bene erit ei. Nos
autē absq̄ viperis curauimus in ciuitate bononie
Abatē sancti martini de rufigno et in h̄ fuerunt te
stes omnes magistri et scolares medicinales q̄ tūc
temporis erant bononie: et in ciuitate verone do-
minum. Oldiuisium de padua: et nō dubitamus q̄
multi per viā istam et specialiter cum vsu viparum
vt est dictum liberarentur si infirmitates essent in
principio: et absq̄ destructione cōpositionis et con-
tinuitatis membrorum. In electuario quod sic fit
inuenimus mirabilem effectū. Recipe sene epithi
mi añ. ℥. iij. elebori nigri rosarū rubearum añ. ℥. s.
terantur perfecte et fiat electuariū cum melle di-
spumato: de quo electuario sumitur. ℥. j. cum aqua
decoctionis sene et epithimi de tertio in tertiū diē
vel de quarto alijs vero diebus sumūtur quattuor
trocisci de tyro cū eadem aqua vel vino claro lim-
phato ī aurora diei diebus veneris semper sumun
tur similiter quattuor trocisci de tyro cum. ℥. j. ty
riace et vino vel aqua supradictis et plus vsi fuimus
hac re in cura lepre alijs rebus et cetera. Quo mo-
ritur hic cū enim cancer qui est lepra vnius mem-
bri: et sit de illis quibus non est sanatio quid tunc
dicemus de lepra cum sit eadē materia et eodē mo-
do adusta et sit cancer totius corporis. Solutur q̄
in lepra est condictio vna que nō est in cancro vide
licet q̄ lepra spergitur per totum corpus: et non fi-
gitur in profunditatibus membrorum cum venis
plenis sanguine melancolico: vt in cancro in quo
sunt radix cancri et specialiter in principio: et an-
teq̄ membra amittant propriā formam et compo-
sitionem: et propter h̄ quando administrantur cu-
rationes fortes substentant egritudinē leprosam:
ita q̄ egritudo nō agit super membra simplicia: sz
in cancro est totū oppositum: et fit per h̄ lepra cu-
rabilis: cancer vero non nā cancer propter infil-
trationem sue malitie et venenositatis in venis et
simplicibus membris: eo q̄ sua materia colecta ē.
et non sparsa nō recipit administrationem medici-
narum fortium que sunt necessarie in eius eradica
tione nisi destruatur cum toto membro in quo est
et propter h̄ medicine fortes bene conuenientes ad
hoc nō possunt substentare egritudinem quin egri
tudo agat in membra simplitia ita q̄ compositio-
nem et formam destruat et totam naturam membri
in quo ē destruat: et sic remanet incurabilis. Sci-
re hic conuenit q̄ si castretur leprosus cum fuerit
in principio sue infirmitatis curabitur a lepra cum
paruo adiutorio nos vero nunquā probauimus: et
ratio quia castratio inducit humiditatem et minuit
caliditatem: et conuertit complexionē in contrariū
eius q̄ inuenit. Unde viros effeminat: vt volunt
philosophi et sensus h̄ manifestat: sed bene spera-
uimus in domino tempore nostro experiri h̄. Fuit
quidam castratus in verona vt dixit nobis quidam
medicus amicus noster et curatus fuit absq̄ medi
co post castrationem a lepra sed remansit absq̄ bar
ba toto tempore vite sue vt castrati remanent. Et
nos in cyrugia nostra de castrationis modis ple-
narie determinauimus.

Caplm. xxiij. de verucis et porris ficis et celsis.

o Mnes tales infirmitates causantur et
fiunt ex materia grossa melācolica: que
loco illo quo nascuntur colligit et adu-
natur et differentia sm formam et figu
ram: sed nō secundū materiā neq̄ curationē porri
in figura habent quandam asperitatē circha suam
superficiē. Veruce nullā habent asperitatē in sua
superficie et sunt eiusdem q̄titatis cū porris. Fici
habent pedem subtilem et caput magnū per celsum
intelligas morum: mor habet formā et figuram
mori et appellatur porrus tiberosus: et est maioris
quantitatis q̄ porrus vel veruca.

Cura. si fricentur veruce communiter
cum omni re habente acuita-
tem et aceto forti bene remouebuntur. Fricatio
cum folijs mirti. Aut cum folijs caparis viri-
dis: et aceto similiter porros et verucas ficos de
struit et mora. Medicina omnia acuta et carni-
um corosiua. Ut medicamen de sapone et calce.
Et medicamen de arsenico quod appellatur.
caliditio vel fit de flore eris et similium veritas
destruunt. Siue ficentur et vlcerentur et

mundificetur vsqꝫ ad radiceꝫ bene valet in ħ: facta mundificatione incarnetur locus cuꝫ puluere minuti thuris et cōsolidetur si fricentur fortiter omni die cuꝫ aceto et sale bene destruentur: si veruce scarificentur circha radices; ⁊ specialiter si multas radices habuerint: ⁊ post fricationem conspergantur veruce cum suis scarificationibus ex puluere affodilorum cū fortato cum rodelguar: ita ꝙ totus locus denigretur bene eradicabunt ⁊ post ꝙꝫ denigrate fuerint cū appositione butiri remoueatur totuꝫ ꝙ fuerit mortificatuꝫ: et ħ fiat tādiu reiterando medicamē acutuꝫ donec tota radix fuerit euulsa: post mundificationē ⁊ incarnationem consolidetur locus: si fricentur veruce multiplicate cuꝫ cepe squilitico ⁊ aceto destruentur omnino ⁊ specialiter si membrū in quo sunt per longū tempus anteqꝫ fiat fricatio cuꝫ verucis in aqua calida morā fecerit: si cuꝫ solo vitello squile viridis: ħ est cuꝫ eo ꝙ est in medio squile veruce ⁊ porri ⁊ similia fricentur omni die vsqꝫ ad paucos dies destruentur perfecte: fricatio cuꝫ sale aceto valet multuꝫ ⁊ verucas remouet. Si medicus posset cū medicinis mundificantibus ⁊ remouentibus melancoliā infirmuꝫ purgare multū bonū oparetur: ⁊ si corpus esset pleniuꝫ ⁊ carnosum valde ⁊ fieret flebotomia de saluatella manus sinistre esset ħ vtile valde. Abstinere a rebus generantibus melancoliā: vti: dieta narrata in lepra: ⁊ melancolia est bonuꝫ et conueniens de medicinis ꝯuenientibus ad istā malitiam dictum est in capitulo de lepra: ⁊ melancolia sufficienter. Si fricentur porri et veruce cuꝫ portulacis remouebuntur in breui: ⁊ cū carnositate et mucilagine que reperitur intra corticeꝫ limaciaꝝ que limatie reperiuntur in vineis ⁊ ortis bene curantur si fiant sepe hec.

Capitulum. xxiiij. de superfluitate aurium purganda.

m

Mollificetur primo ꝙ ē intra aureꝫ de sordicie cuꝫ oleo tepido: ponendo oleum ipsum hora qua itur dormitum in aurē et mane in ortu solis vel aurora: vadat patiens ad stufam: ⁊ ponat aurē mundificandā super soliuꝫ calidū stuphe ⁊ permittat exire totuꝫ ꝙ in aure continetur si exire potest ⁊ cū a balneo exierit ponat stiluꝫ inuolutū ex coto in aure suauiter: ⁊ reuoluat per aureꝫ mundificando ꝙ remanserat aut si non vult ire ad stufam inclinet aurem in aqua positum fuit oleū sup aquā bulientem vel calidam decoctionis camomille vel aneti: ⁊ postea mundificetur cū stilo ⁊ coto. Aliud ponat acetum in aurem ⁊ baurach vel vinuꝫ ⁊ baurach: vel aqua calida ⁊ baurach ⁊ postqꝫ ibi parū remanserit expellatur ⁊ ponatur in balneo vel tenenda ē auris postqꝫ illa exiuerint super vaporem aque calide per aliquod tempus: quo facto mundificanda est auris cum coto ⁊ stilo vt dictū est. Si medicus habuerit instrumentū eneuꝫ vel ferreū vel argenteum subtile valde cuius extremitas vna esset inclinata ⁊ plana aliquantulū bene ⁊ competenter posset absqꝫ aliqua mundificatione antedicta omnem sordiciem ab aure remouere absqꝫ aliqua re. ⁊ specialiter si fuisset in ħ vsus vel habuisset conuersationem cū magistro qui suis temporibus ħ facere consueuerat.

Capitulum. xxv. de his que auferunt fetorem ascellarum.

s

Si sumatur litargirū albificatū ⁊ conspergatur cum aqua rosata in qua sit camphora dissoluta. Et fiant inde trocisci: ⁊ tegantur inferius et superius cuꝫ rosis: ⁊ maneant sic donec desiccentur ⁊ reponantur: ⁊ fiat ex eis medicamen cum necesse fuerit: remouebitur malus odor. Ad idē abluatur thucia cum sale ⁊ aqua ⁊ post ablutionem conficiatur cum aqua rosata ⁊ cāphora ⁊ fiant trocisci ⁊ reseruetur ⁊ cū necesse fuerit epithimetur locus ⁊ fricetur. Aliud ad idem. ℞. rosarum rubearuꝫ. lī. j. gallie gariofillate mirrhe spice: ciperi aluminis añ. ℥. j. terantur simul ⁊ cribellentur et ex eis informentur trocisci cum aqua rosata ⁊ cū necesse fuerit fiat epithima in loco ⁊ fricatio. Si abluantur omni sero ascelle cū vino decoctionis nucis muschate vel macis ⁊ croci. vel cum vino in quo sint dissoluta tria grana musci remouebitur omnis odor malus a loco. Et si epithimetur locus cū ansio ⁊ fricetur: bonū operabitur in hoc si patiēs fetorem ascellarum ⁊ pedū ⁊ aliorū membroꝝ purgetur cū pillulis fetidis vel stomaticis alkindi vel cū aliqua decoctionum dictarū in capitulo de melancolia ⁊ lepra erit vtile multū ⁊ sic cuꝫ hoc vsus fuerit in dieta sua odoriferis vt gariofilis ⁊ similibus ⁊ abstineat ab alleis: cepis: porris: ouis: eruca herba de qua fit assa: ⁊ ab ipsa assa ⁊ similibus: et cum ħ abstinuerit a fastidio erit summe bonum et conueniens.

Capitulum. xxvj. de his que prohibent ne puerorum testiculi ⁊ puellaruꝫ mamille appareat magnitudo.

m

Modus procedendi in ħ: fiat emplastrū ex cimino cōcusso ⁊ ꝯsperso cum aqua super mamillas ⁊ testiculos: ⁊ stringatur ciminū super testiculos ⁊ mamillas cū petia infusa in aceto et aqua bene fortiter absqꝫ dolore: ⁊ sic vsqꝫ ad tres dies dimittatur ⁊ tunc remoueatur: ⁊ loco illius fiat emplastrum cum cepe lilij albi pistati et incorporati cum aceto et aqua et bene fortiter ligetur ⁊ sic per tres permaneat dies ꝙ non remoueatur. Ista enim emplastra ⁊ medicamina conuenit vt fiant super testiculos ⁊ mamillas multis vicibus in mense. Si accipiantur duo lapides virides quibus acuuntur flebotomi: ⁊ fricentur ad inuicem cum aqua et aceto. Et fiat emplastrum: vel epithima ex eo ꝙ ab eis resoluitur conseruat testiculos ⁊ mamillas ne eis appareat magnitudo: teratur alumen et misceatur cuꝫ oleo rosato: ⁊ ex eo omni die et mane et sero vngatur mamille ⁊ testiculi absqꝫ fricatio ħ enim defendit ne ad augumentū inconueniens deueniatur. Aliud. Recipe boli armeni gallarum viridiū ante terantur ⁊ cribrentur et misceantur cuꝫ melle et fiat epithima ꝙ postqꝫ per diem integrum sic permanserit lauetur cum aqua frigida ⁊ hoc fiat multis vicibus in mense durabit enim per ħ paruitas testiculorum ⁊ mamillarum longo tempore. Aliud. Recipe ceruse lapidis marmoris albi ꝙ de leui scinditur añ. partes equales terantur: ⁊ ꝯspergantur ex oleo mirtino ⁊ cuꝫ succo iusquiamo misceantur ⁊ fiat emplastrum ħ enim neqꝫ mamillas neqꝫ testiculos: neqꝫ pilos in femore crescere ꝑmittit: sicut fricatio cum tactu mamillas ⁊ testiculos augumentat ita si nō tangantur neqꝫ fricentur eorū tardabitur augumentum et casus. Si omni nocte vel die epithimentur cum aqua rosata ⁊ aceto in quibus sit aliquid camphore ⁊ thucie et cum binda vel saculo superius versus gulam eleuentur mamille ⁊ testiculi versus femur non veniet eis augumentum: neqꝫ casus nisi in senectute: aut post longum tempus.

Capitulum.xxvij. De his que augumentant corp⁹ ⁊ ipsum grossum faciunt.

Mirabilis fuit cōdictio huius rei: macrescere.n.q̄libet corpus est possibile ⁊ de leui fieri potest h̄ in quolibet homine sꝫ īpinguare q̄libet corpus ē impossibile: ⁊ maxie corp̄a extenuata hn̄tia epar magnū ⁊ venas magnas ⁊ h̄ ē pp̄ duo p̄mū quidē est caliditas epatis aucta cuꝫ caliditate membrorum ⁊ eorum siccitate: que ē potens resoluere humores ⁊ humiditates membroꝝ anteq̄ȝ impinguedinē cōuertātur secundū est cū vasa totius corporis sunt magna manifesta valde sunt plus capatia humoꝝ ⁊ humiditatū q̄ȝ natura possit conuertere impinguedinē ⁊ carnositatē: ⁊ sic talia corpora semp̄ extenuata remanent. Ea autē que habent macrescere corpus ⁊ extenuate sunt cibaria pauci nutrimenti vt olera ⁊ legumina salsa ⁊ acetosa: ⁊ que mouēt ventrē: ⁊ vti rebus prouocantibus vrinā ⁊ sudoreꝫ multuꝫ valent: ad hoc multū coire: ⁊ paruꝫ comedere: ⁊ ieiunare: ⁊ multū moueri ⁊ laborare: ⁊ paꝝ ⁊ male dormire: ⁊ maxime super stratū duꝝ ⁊ indumentis aspis: ⁊ balneare in ieiuno: ⁊ abstinere a comestione post balneuꝫ: ⁊ longā moram facere in balneo: ⁊ vti vino veteri limphato ⁊ comedere panem siccū de spelta ordeo: ⁊ milio ⁊ dormire in ieiuno post balneuꝫ longuꝫ ⁊ laboreꝫ de necessitate omnia ista habēt corp⁹ extenuare. Abstinere a rebus dulcibus ⁊ carnibus ⁊ vino nouo ⁊ lacte ⁊ similibus multuꝫ facit ad h̄. Usus electuarioꝝ calidorum valet ad illud ⁊ mouentiuꝫ corpus: ⁊ prouocantium vrinā vt est vsus trifere minoris ⁊ maioris: ⁊ vsus diatrion pipeon diacurcume ⁊ diagalange ⁊ diaciminuꝫ ⁊ similiuꝫ ⁊ debet homo morari anteq̄ȝ comedat post eorū receptioneꝫ donec appetitus qui fuit irritatus reprimatur ⁊ extinguat̄ et debet talis pati famē atq̄ȝ sitim ⁊ morari sub sole cuꝫ mansionibus et locis calidis ⁊ in balneo sudare ⁊ medicinas facientes maciem sepe sumere. Medicamē efficiens corpus macrū sic fit. Recipe ameos seminis apij seminis fenugreci rute cimini an̄ partes equales vel.ʒ.j.sansuci sicci.vł baurach an̄ quarta vnius partis vel.ʒ.j.lacce partes .ij.vł ʒ.ij.pulnerizentur de quoꝝ puluere trahiciat patiens quottidie vtens eo pondus aur. vnius h̄ medicamē vehementer exiccat. Medicamē aliud. R. trifere minoris.ʒ.iij.pulueris pigre turbit an̄.ʒ.i. sumatur h̄ medicamē qualibet ebdomada semel. Aliud. R. cimini piperis salis zedoarie an̄.ʒ.ij.terantur ⁊ cribrentur: ⁊ sumat̄ de illo puluere pondus vnius aurei de tertio in tertiū diē in ortu solis cū.℥.j.aceti vel.℥.iij.boni vini albi veteris mirabiliter extenuabit omne corpus. Impinguatur auteꝫ corpus ꝙ est possibile impinguari per vsuꝫ vini rubei dulcis: ⁊ noui specialiter ⁊ vsum lactꝫ in ieiuno cuꝫ in eo ponitur zuchaꝝ: aut mel: ⁊ p̄ vsuꝫ reruꝫ dulciū: ⁊ per abstinentiā a labore vigilijs et superfluo motu: ⁊ ab omnibus rebus prouocantibus vrinā et sudorē et mouentibus ventrē ꝓpter suam acuitatē ⁊ caliditatē. Utatur rebus nutrientibus multū vt est triticū coctuꝫ in iure carniuꝫ et absq̄ȝ iure pingui et vt sunt pultes de farina que sobētur cū vino dulci ⁊ nouo ⁊ brodia carniū inspisata cū vitellis ouorū ⁊ mica panis vel farina. Cibaria omnia de farinis facta ⁊ granis ꝯdita ⁊ cocta cū lacte ⁊ zucharo ⁊ puluere qui sic fit multū impinguat. R. cardamomi.℥.j.nucismuschate galange pipis longi an̄.℥.s.cinamomi electi.℥.iij.liquiritie.℥.j.macis croci an̄.ʒ.s. fiat puluis cribratus abstineat a rebus acetosis ⁊ salsis ⁊ acutis nisi pro sapore cibi: vt appetitus melioretur ⁊ nō deficiat. Comedere res humidas nutribiles carnes videlicet ⁊ iura carniū ⁊ brodia cuꝫ vitellis ⁊ speciebus dictis impinguat mirabiliter corpus vel alterat ad melius. Cōmune preceptum in h̄ casu est vt homo desiderans impinguari vł meliorari aut defendi ab exiccatione vtatur ante comestionem vel cibuꝫ debili de ambulatione vel subtili et vt a forti motu ⁊ de ambulatione graui abstineat: ⁊ vt ei⁹ lectus sit mollis ⁊ loco frigido ⁊ multū quiescat ⁊ dormiat: ⁊ vt vngatur corpus eius cuꝫ oleo violato vł de nenufare omni die post cibū ⁊ tunc intret balneuꝫ aque tepide dulcis: ⁊ fricentur omnia sua membra tem̄pate quousq̄ȝ aliquantuluꝫ rubere videantur loci solacia et instrumenta delectabilia cōtinue aut sepe fiant corā eo: bis ī hyeme ter in estate comedat et semper post prandiū per horas vel cenā balneuꝫ ingrediatur: ⁊ h̄ omni die aut de die in dieꝫ ſm ꝙ medico cōsideranti videbitur: omne enim cibariū ꝙ fit ex farina ciceris fabarū rizi tritici ⁊ ordei ⁊ similiuꝫ condituꝫ ⁊ coctuꝫ cum lacte ⁊ zucharo: ⁊ iure carniuꝫ ⁊ caseo recenti absq̄ȝ sale ē vtile in h̄: ⁊ etiā si tale cibariuꝫ fieret absq̄ȝ pinguedine cōferret fructus quoq̄ȝ quorum nuclei comeduntur cuꝫ zucharo vt amigdale auelane: phistici et nuces dulces recentes: ⁊ pinee corpus impinguat: ⁊ plus omnibus alijs fructibus impinguant et plus omnibus alijs fructibus impinguant vue mature. Impinguat etiam corpus ⁊ grossum faciunt arietina caro porcellina ⁊ edina ⁊ galline: et castratia ⁊ oua assata: ⁊ mice panis super quas funditur pullorum pinguedo et columbarum cū assantur: ⁊ carnes cocte cuꝫ aqua vel cuꝫ aliqua herba a speciebus ⁊ abstinere a flebotomia ⁊ solutione ventris et coitu sorbitione facta ex farina frumenti ciceris fabe rizi cuꝫ lacte et butiro et ex pane: si bibantur in ieiuno multuꝫ valent. Medicamē impinguatiuum sic fit sumant̄ semina cucurbitarum excorticatarum ⁊ terant̄ vltime ⁊ cum lacte vacino aspergantur ⁊ fiant trocisci subtiles ex quibus cū lacte ⁊ zucharo rosato.℥.j.trahiciatur. Aliud sumantur: farina ciceris fabaruꝫ: rizi ⁊ amigdalaꝝ: dulciū excorticatarum ⁊ mice panis sicce: et ex eis fiat cibariū cuꝫ lacte ⁊ zucharo et in ieiunio comedatur: et cuꝫ comederit p̄ horam balneuꝫ intret in quo faciat morā non multū ⁊ cuꝫ exiuerit et quieuerit nutriatur nutrimento proprio et vsitato. Aliud sumant̄ amigdale excorticate dulces ⁊ auelane ⁊ seminis papaueris albi et fristici: et butiruꝫ vacinū: ⁊ zucharuꝫ pistentur vltime ⁊ terantur et cuꝫ butiro vngantur ⁊ dissoluantur cū zucharo: ⁊ in aurora aliquid de eo comedat̄. Aliud sumatur caput arietis pingue bene mundificatuꝫ: ⁊ optime pistetur cui addant̄.ll.s.caude arietis et.ll.ij. lactis et ciceris rizi: tritici an̄ vnius cuiusq̄ȝ.℥.iij. quibus tantum aque admisceatur vt ex ea possint coperiri: ⁊ sic eo quattuor h̄ totuꝫ vsq̄ȝ ad dissolutionem omniū: ⁊ postea ex aqua collata.℥.iij.⁊ pinguedinis.℥.ij.et olei rosati ⁊ olei de nucibus an̄.ʒ.j.sumantur et fiat suppositoriuꝫ ex his in nocte postq̄ȝ ascellauerit: et dormiat cuꝫ eo tota nocte tenendo ipsum in ventre: et fiat hoc his in ebdomada et si fieret cibariū ex his omnibus preter ꝙ sint ibi olea erit vtilius in h̄. Aliud cibariuꝫ impinguatiuum et est nobile valde sic fit. sumantur fictule panis sicci multe et in iure pingui carnium cuꝫ feruet ponantur ⁊ cū mollificate fuerint et bene in iure ībibite extrahantur vnatim ⁊ conspergantur bene ex caseo recenti et in fine ponatur aliquid super eas de puluere specierū dicto superius: et anteq̄ȝ infrigidentur comedantur: et post eas et cuꝫ eis bibant vinum rubeum nouum: et stet per.iij. horas anteq̄ȝ comedat cibaria vsitata. Electu-

aria impinguatiua ⁊ medicinas in antidotario faciemus vel ponemus.

Capitulū. xxviij. de his que sudorē bene redolere faciunt.

Primo oportet vt fiat flebotomia vel mundificatio cū pillulis ⁊ medicinis mundificantibus humores putridos ⁊ vtat patiens cibarijs odoriferis cū dictis cōspeciebus odoriferis: ⁊ bibat vinū clarum odoriferū in quo aliquid aque ponat sumatur omni mane semē iunipi in potu cū vino: aut cassia lignea aut gariofili. Sepe vtat fricationib⁹ ⁊ balneis in ieiunio in quo rose: ⁊ gariofilata ponant: ⁊ betonica ⁊ similia comedant capita cardorū: ⁊ semina apij: fenugreci ⁊ fiseleos: fricet totū corpus cū baurach: ⁊ trociscis de rosis quos fecim⁹ capitulo de fetore ascellarū mutet sepe camisias: ⁊ eas faciat odoriferis cū musco ⁊ specieb⁹ in mūdo lecto ⁊ bn̄ odorifero dormiat: ⁊ a fetidis rebus se abstineat.

Capitulū. xxviiij. de diminutione fetoris vrine ⁊ egestionis.

Conuenit in isto casu vt homo: abstineat a fastidio ⁊ ab omnib⁹ rebus fetidis videlicet ab alleis fenugreco et semine lini cepis eruca porris ⁊ caulibus: assa: ouis: asparigis qui de pprietate fetorē in vrina multiplicant ⁊ similibus: ⁊ vtat vino odorifero claro limphato aliquātulū ⁊ semine iunipi ⁊ semine fenugreci ⁊ ysopi ⁊ yreos in suis cibarijs cōdiant omnia sua cibaria cū puluere qui sic fit. R. cinamomi electi. ℥. ij. gariofilorū galange: piperis longi cardamomi: zinziberis folij nucismuscate an̄. ℥. ij. macis: croci an̄. ℥. j. musci grana. vi. fiat puluis cribratus.

Capitulū. xxx. de custodia corporis mortui ne feteat ⁊ cito putrefiat.

Qui enim intendit in cura huius rei: oportet vt eleuet ad superiora crura ipsius mortui ⁊ anus ⁊ sic caput mortui depressū versus terrā: ⁊ ponat intra anū ⁊ corpus mortui clistere calidū factū ex decoctione colloquintide ⁊ baurach. quo facto eleuet caput mortui ad supiora ⁊ eius pedes reuoluant versus terrā: ⁊ sic teneat donec totum clistere exeat cū fecibus ⁊ fiat iste modus clisterizandi sepe tādiu ꝙ intestina omnia euacuata sint ab omni supfluitate ⁊ stercore. Quibus gestis ⁊ factis fiat clistere odoriferū conseruatiuū corporis ꝙ includat cū coto fortiter intra corp⁹ qđ sic fit. R. aloes: mirrhe acatie galliemuscbate cāphore an̄ terant pfecte ⁊ dissoluant cū aqua rosata ⁊ ponat h̄ totū intra corpus p anū: ⁊ includat vt dictū est. Itez dissoluat h̄ totū cū aceto ⁊ sale ⁊ aqua rosata Et de eo vngat omnes iuncture. Itez pdiat argentū viuū cū aloe: sale: mirrha ⁊ alumine ⁊ gallia muscbata mēsura equali: quib⁹ mixtis ⁊ incorporatis ipleant nares ex eo ⁊ oīa foramina corpis illud qđ de pprietate pseruat cadauere ne putrefiat ē vt liniat totaliter cadauere cū pice liquida calida. Factis pluribus clisterib⁹ euacuantib⁹ intestina cadaueris si p os cadaueris ⁊ anū iniciat acetum: in quo dissoluta sint mumia ⁊ sal. ⁊ aloes ⁊ puluis mirrorū ⁊ puluis carpobalsami ⁊ xilobalsami cōseruabitur longo tpe illesum: specialiter si omnes articuli eius ēt ex ista reungant ⁊ fricent omnis pp ea mortuus vt volūt antiqui qui iacet sup suā faciem ventrē suū nō habebit inflatū ⁊ cū eius narribus argentū viuū fuerit in iectū cerebrū eius nō destuet: sed cōdempsabit in vnā massam.

Capl'm. xxxi. de his que phibēt sudorē pedū.

Si abstinuerit a repletiōe que fit ī sero ⁊ cenis ⁊ biberit vinū odoriferū limphatū erit vtile valde. Ablutio pedū omni sero cū alumine dissoluto ī aqua calida aut cū aqua calida decoctionis foliorū cipssi vel foliorū tamarisci ⁊ foliorū vel granorū mirti perfecte remouebit sudor ⁊ malus odor pedū. Si abluantur pedes cū aqua decoctionis folij ⁊ yreos erit nobile medicamē in h̄: ⁊ est conueniens regibus ⁊ nobilibus ⁊ magnatibus.

Capl'm. xxxij. de regimine extremitatū pedū digitorū ⁊ manuū ne a frigore corrumpant.

Cire hic cōuenit qđ nihil ē deterius ad velociter auferēdū frigoris nocumentum ꝙ vt pedes sint suspensi ⁊ manus pendētes discopte. Cōuenit pro defensione frigoris ne noceat vt manus ⁊ pedes fricent vehementer absq; aliquo liquore post fricationē vngat ex oleo veteri vl' oleo de lilio vel de spica: facta inunctione inuoluantur pedes in pānis lineis actu calidis ⁊ lana molli: deinde calcient ex caligis subtilib⁹ largis mollibus duplicatis summope cauendū ē ne pedes calciant sotularib⁹ frigidis madefactis aut humectatis: ea aūt que nocumentū adueniens ex rebus a frigore expellunt sunt herbe calide vt maiorana ⁊ ozimū ⁊ calamētū cū in eis inuoluunt inunctio cū oleo lanrino vel de costo ⁊ similibus si inuoluant pedes et manus cū pāno lineo infuso ex vtraq; pte in pice liquida liquefacta ad ignē nō solum illud defendit extremitates a nocumento frigoris: sed etiā illud ꝙ incipit corrumpi prohibet putrefieri. Idē operat sparadrapū factū ex cera rasina ⁊ oleo de spica vel de costo: ⁊ in manibus cirotece de pelle agnina facte defendunt manus a frigore ⁊ nocumēto eius aduemente: ppterea omnis viator vel homo qui timet de nocumēto ꝙ posset extremitatibus euenire nō vtatur pati sitiz vel frigus aut aliqđ aliud ex quo extremitates pati possint p h̄ fortasse extremitas velociter corrumpentur.

Signū autē lesionis cōtingentis ex frigore in extremitatib⁹ est ꝙ frigus qđ ei nocebat iam alieniari sentit licet eorū opimentū nō sit mutatū neq; augmentatū neq; ab aere frigus est remotū h̄. n. nō aduenit nisi ex sensus minoratione vel debilitate: oportet ergo vt cū frigus nocere cepit ꝙ opimentū pedū mutet ⁊ fricatio in eis multa fiat et post fricationē copiantur ac mediocri incessu continue moueant. Si aūt cōtingerit pedes vel extremitates apostemari vel eorū sensus minui ad h̄ poterunt curari nisi extremitates virides vel nigre fiant tunc anteq; nigrescant vel virescant debent in aqua calida decoctionis palee tritici vl' ponantur in aqua ī qua caules vel napi bullierint: vel in qua anetū vel camomilla vel mellilotū vel sticados: aut semen lini vel fenugrecū: cū vnū qđq; separatum coctū fuerit aut omnia simul: ⁊ maxime si iuxta ignem cū aliquo oleorum superius dictorū fricari fuerint sepe. Cū autē extremitates vel pedes virides vel nigri facti fuerint tunc festinetur ad scalpellandum profunde vt ad carnem deueniatur ⁊ sanguis ab eis fluere permittatur donec per se sanguis restringatur ⁊ stent cum pedibus ⁊ locis scalpellatis in aqua calida ne sanguis in ore vulnerum vel venarum congelletur ⁊ exire prohibeatur. Cū autem sanguis fuerit restrictus vel eius fluxus minutus fuerit fiat epithima ex bolo armeno dissoluto in aqua ⁊ pauco aceto quod superponendum est loco leso vel viridi vel

nigro ⁊ sic ē dimittendū p die vnā ⁊ nocte3: deinde ex vino tepefacto vel aqua ⁊ aceto lauandū: et post hoc quoqꝫ bis aut ter epithimandū ⁊ ad vltimum vtendū ē tādiu h epithimate donec loca denigrata videas iam esse facta dura ⁊ retenta. Si autē ante scalpellationē durities membroꝝ fuerit soluta ⁊ malū reddat odorē in putredinē versa fuerit tūc scalpellatio nullomodo vtilis repiet vnde necesse est vt omnia que sunt in illis locis cadant ⁊ fiat h absqꝫ tarditate ne corruptio veniat vsqꝫ ad carnē sanā illo loco: nā mali medici aut medici nō bene astuti cū ferro violenter cutim remouēta dictis locis ⁊ carnē putrefactā sub cute licet ibi non magna repiat ꝯcauitas s3 locus sit tenuis ⁊ subtilis qua propter multotiēs neruos ⁊ cordas sanas ⁊ vtiles taliter operādo extrahunt ⁊ distendunt ⁊ incidunt deinde malas egritudines ⁊ incurabiles faciunt in illo loco ⁊ membro generari: caro vero putrida: cū ferro a mēbro remouenda nō ē in tali casu imo emplastrū ex folijs ficie aut folijs caulis coctis ⁊ butiro calido admixtis cōfectis in modu3 panis cōuenit fieri ⁊ est supponendū calidū. Idē operat emplastrū factū ex lentibus coctis ⁊ pistatis ⁊ mixtis cū melliloto ⁊ farina fenugreci ⁊ butiro ⁊ aliquātulo salis bn̄ cōfiteor ꝙ opatio cū ferro in membro subtili ⁊ debili corrupto in quo nō magis repit ꝯcauitas vel profundata corruptio nō ē sic rationabilis queadmodū opatio cū emplastris mundificatiuis ⁊ emplastris ꝯfortantibꝰ loca sana que circha loca putrefacta sunt apponenda s3 opatio cū ferro i mēbro subtili ⁊ grosso siue corruptio fuerit profundata siue nō si sapienter ⁊ absqꝫ extensione neruoꝝ ⁊ cordaꝝ ⁊ lesione ptis: sane fiat erit vtilis valde ⁊ velotioris actionis ꝙ̄ illa que fit cu3 emplastris: ꝙ̄uis in ea sit timor ex pte mali medici ⁊ inusitati in h. Facta mundificatōe carnis putride ⁊ remoto ꝙ putridū erat totaliter ꝯsiderandū est vtrū putrefactio ingressa sit os aut nō si aūt nō ingressa fuerit os incarnet locus cū puluere thuris minuti: vel cu3 vngento facto ex ipso: ⁊ in fine cōsolidet cū puluere nucis cipssi ⁊ similiū. Si vero ingressa fuerit ipsa corruptio os tūc necesse erit ipsu3 os corruptū radere cū aliquo instrumētorū ⁊ remouere totū ꝙ corruptū ē: aut aliquā eius ptē auferre aut totū a iunctura remouere: ⁊ post ossis ablationem locū incarnare ⁊ cōsolidare. Qui eni3 nō huius artis vsus ē indiget medico sciente ꝙ̄uis doctrinā huius artis habuerit.

Caplm. xxxij. de his que prohibent fisuras q̄ fiunt in calcaneis ⁊ ampellantur muge.

i Ntentio huius rei qnqꝫ vergitur ad ptē defensionis ne scisure vl muge fiant: qnqꝫ vergit ad ptē curatiōis postqꝫ facte sunt. Intentio defensiōis ne fiant est vt pedes sepe lauentur cū aqua calida aut aqua calida decoctionis fenugreci vel seminis lini vel radicum maluauisci ⁊ longo tēpore teneantur pedes i aqua illa donec pedes ⁊ loca illa in quibus ꝯsueuerūt euenire scisure mollificentur post mollificationē vngant loca cū oleo de mastice vel de spica inspissato cū cera aut fricet locus cū puluere dragagāti triti vt alcohol. Et post h epithimet ex pice liquida aut supponat pedi ⁊ calcaneo pannus infusus in oleo calido ⁊ sit semꝑ homo calciatus ex caligis largis absqꝫ sotularibꝰ: ⁊ si absqꝫ sotularibꝰ stare noluerit sint largi absqꝫ adherentia ad pedē ⁊ strictura: ⁊ caueat sibi a puluere ⁊ frigore secundū ꝙ melius potest.

Intentio vero que vergit ad ptem curationis postqꝫ muge vel scisure facte fuerint est vt curetur locus cū mundificatiuis calefactiuis in quibus sit virtus cōsolidationis: vt est vngentū ꝙ sic fit. ℞. sepi caprini. ℥. j. pulueris gallaꝝ tritaꝝ vt alcohol ℥. j. liquefiat sepū ⁊ collet ⁊ misceat cū puluere gallaꝝ ⁊ ponat sup scisuras antiquas ⁊ nouas nā hoc mundificando putredinē locū cōsolidat. Aliud ad id ē. ℞. litargirij. ℥. v. terat ⁊ misceatur cu3. ℥. xx. olei ⁊ coquat in ca3ola agitādo cū spatula ꝯtinue donec fiat vt pix ⁊ tūc addant. ℥. iij. galbani et tūc ite3 buliat donec inspisset de quo cū tepidū factū fuerit ponat sup scisuras h. n. antiqꝫ scisure ⁊ noue auxiliabit et cōfert. Aliud. ℞. picis liquide olei de semine lini ān̄ misceant ⁊ coquant donec inspissentur cū tepidū fuerit ponat guttatim sup locu3 antiqꝫ scisure ⁊ putride ⁊ cadenti cōfert. Aliud in mundificādo ⁊ cōsolidando. ℞. adipis pedū bouū ℥. ij. cui galbani. ℥. s. misceat ⁊ decoquant vt pax inspissent ⁊ cū fuerit inspissatū ponant sup rugas ⁊ scisuras mundificando cōsolidabit mirabiliter. Attendendū est hic ꝙ omni die scisure ante ꝯsolidationem debent calefieri ⁊ mollificari in aqua calida ⁊ cū fuerint mollificate debent exiccari cū pāno lineo ⁊ post h cū vngentis ⁊ medicinis curari. Cōmune remediū ꝙ defendit ne scisure vel muge eueniant: ⁊ destruit eas que sunt facte ē: vt homo qui timet de h a principio hyemis vsqꝫ ad finē deferat sup calcaneū petiā infusam in pice liquida et sup illā petiā ⁊ totū pede3 ponat sotularē factum de pāno lini ⁊ sup illū deferat aliū sotularē de pelle agnina noua ꝯtinēte totū pedē ⁊ postea deferat sup omnia ista caligas duplicatas lōgas ⁊ nō deferat sotulares de corio neqꝫ ocleas manebit. n. ille sus tota hyeme absqꝫ aliq̄ grauitate si deꝰ voluerit

Explicit liber tertius de decoratiōe ⁊ venenis
Incipit quartus de cautella venenosoꝝ.

Capitulū primū in quo determinat de cautella venenosoꝝ ⁊ collectionibꝰ ⁊ agregationibꝰ sanatiōis ⁊ venenoꝝ morsus ⁊ animaliū venenosoꝝ.
Caplm secundu3 de illis que fugant serpentes et venenosa animalia ⁊ rapatia vt lupus ⁊ similia et ea interficiunt.
Capitulū tertiu3 de morsu serpentum qui nocent quando mordent per vulnus ⁊ nō per venenū de quo sit curandū.
Capitulū quartū de morsu hominis ⁊ q̄drupedū.
Capitulū quintū de puncturis paruoꝝ venenosorum ⁊ morsu eoꝝ.
Capitulū sextū de mineris que in potu sumunt et opantur vt venena.
Capitulū septimū de plantis ⁊ herbis calidis venenosis que in potu dant vel comestione.
Capitulū octauū de plantis ⁊ herbis frigidis venenosis que in potu vel comestione dantur.
Capitulū nonū de animalibus que corrumpunt vl interficiunt cū eoꝝ corpora comeduntur.
Capitulū. x. de fellibus venenosis ⁊ interficientibus extremitate animalis et sanguine et sudore et ouis venenosis.
Capitulū. xi. de piscibus frigidis ⁊ assaturis suffocatiuis ⁊ frigidis ⁊ carnibus corruptis.
Capitulū. xij. de sanguine ⁊ lacte cōgellatis in stomacho corruptis.
Capitulū. xiij. de his qui sumpserūt vinū vl aquā frigidā in ieiunio vel post nimiu3 laborē aut post egressionē de balneo: aut post coitū factū corpore inanito vel aquā saponis.

E venenis que
dam sunt que dant̃ oculte ⁊
operant̃ oculte ⁊ quedã dan
tur manifeste ⁊ operant̃ ma-
nifeste: que aũt dant̃ oculte
⁊ oculte operantur sunt sicut
turbit ⁊ scamonea: ⁊ similia
que qñ miscent̃ cum cibarijs
habentibus sup̃fluã dulcedi
nem aut superfluã acetositatẽ que eoꝝ obtundunt
saporem: ⁊ odorẽ ⁊ illa tamẽ venenosa nõ amittũt
eoꝝ virtutes quin paulatim alterent ꝯplexionẽ ⁊
mutent in contrariũ nature hominis ⁊ sic ꝑ longũ
vsum ⁊ continuuꝫ finaliter interficiunt ⁊ sicut res
venenose: vl' alia venenosa que cadunt in cibarijs
ex tectis: vel que ꝑ accidens submergunt̃ ⁊ ocul-
tantur in vino ꝙ est in vasis q̃ dimittunt̃ ad aerẽ
extra domũ vel que in cellarijs absq; coꝑtorio re
ponuntur q̃d in illo genere sunt: nã vt plurimuꝫ
venenosa animalia diligunt odorẽ vini ⁊ ad ipsuꝫ
currunt. Unde quandoq; moriunt̃ in ipso: ⁊ qñq;
bibunt ex eo: ⁊ vomũt in ipso ẽt. Sicut dr̃ de puel
la q̃ nutrita fuit napello a ꝑ̃ncipio sue natiuitatis
vt interficerent̃ ꝑ eã reges q cũ ea coirent ⁊ dicit̃
ꝙ saliua eius interficiebat animalia ⁊ de vetula q̃
vsa ẽ napello ita ꝙ nutriebat̃ eo. Que aũt operan
tur manifeste sunt sicut napellus ⁊ opiũ ⁊ similia q̃
dant̃ manifeste cã nocendi vel sicut animalia que
mordẽt manifeste homines in vigilijs ⁊ in somno
vt serpentes ⁊ canes. Unde ꝑ tales modos nocẽ
di cũ venenis que pre manibus malis ⁊ bonis ho
minibus occurrunt. Indiget homo qui timet de
exhibitione venenoꝝ ne destruat̃: cautella ⁊ pre-
uisione in talibus vt venena nõ noceant: vel vt de
bilitetur virtus eoꝝ vt paꝝ noceant ⁊ nõ interfici
ant sicut vsus medicaminis de assa ⁊ medicaminis
de nucibus ⁊ ficubus ⁊ vsus tyriace de terra sigil
lata ⁊ metridati ⁊ vsus tyriace maioris que fit de
viperis: nã vt vult. Auic. in quinto in fine capituli
vbi narrat vtilitates tyriace ⁊. Almansor. lib. viij.
capitulo primo in quo ponit agregationes ⁊ sum-
mas medicandi venena ⁊ omnes conueniunt in h̃ ꝙ
vsus medicinaꝝ que valent cõtra venenũ defen-
dunt hominẽ ne ei venenosa noceant vl' impediũt
vt paꝝ noceant specialiter vsus tyriace maioris q̃
fit de vipis vnde quãdo quis sapiens vel timens
de veneno senserit omni ebdomoda bis vl' ter aut
semel ad minus. ʒ. j. tyriace de vipis cũ. ℥. iij. vini
calidi in hyeme vel vini limphati in vere ⁊ autum
no vel aqua frigida in estate nõ incurret egritudi
neꝫ pestilentialẽ nec nocebũt ei venena si deus vo
luerit p̃ter h̃ oportet habere cautellã in modo co-
medendi de re ⁊ quãtitate nõ ꝯuenit homini timẽ
ti de veneno vt statim comedat de cibario vl' re cũ
sibi presentat̃: sed oportet q̃d sint duo vel vnus q̃d
melius ẽ qui de illa re prius comedat ⁊ de illa plus
in quãtitate q̃ȝ timens de veneno comedat: ex isto
enim modo sumendi rẽ timorosaꝫ manifestabit̃ ti
menti vtrũ in re sumenda sit aliquid de quo sit ti-
mendũ vel nõ. Caueat sibi timens de venenosita-
te ne ei exhibeat̃ ab omni re in qua dulcedo vl' ace
tositas vel acuitas vel vnctuositas sit multiplicata
nã sub saporib⁹ ⁊ rebus talib⁹ possunt optime res
venenose exhiberi absq; ꝑ̃uisione: nisi superuenerit
cautella q̃ȝ ante diximus de hora ⁊ q̃titate come-
dendi id ꝙ representat̃. Cũ cibus vel potus vl' ali
qua: alia res malũ habuerit saporẽ vel odorẽ ⁊ co-
loreꝫ relinquenda ẽ ⁊ maxime si representet̃ absq;
cautella iam dicta de modo ⁊ quãtitatẽ recipiendi
rem cõueniens ⁊ vtile est: ⁊ ad cautellã veneni per
tinet vt timens de veneno nõ ludat cũ animali ꝙ
ignorat neq; rẽ quã nescit in os suum mittat neq;
corpus suum ex ipsa fricari faciat: in mansionibus
vbi ẽ timor venenosoꝝ animaliũ sint fenestre clau
se ⁊ fugẽtur animalia vt inferius dicemus. Quan
do quis morsus fuerit et ignorat̃ cuius sit morsura
vel punctura illico postq; patiens morsurã vl' pun
cturam senserit liganda est ꝑs que superest loco mor
so ⁊ est locus sugendus cum ventosa vehementer
ignita: aut ventosa cũ scarificatione sup̃ ponenda
est loco ⁊ sanguis inde extrahendus: ⁊ ẽ imponen
dum emplastrũ sup̃ locũ patientẽ factuꝫ ex pullis
scisis in medio calidis existentib⁹: aut depilandus
pullus ex pennis que circha anum sunt et ponere
foramẽ ani pulli sup̃ morsuꝫ vl' puncturã extrahet
per suã caliditatẽ ⁊ motũ venenũ ad se. Attrahit̃
venenũ ad exteriora: aũt ꝑ medicinas rubificãtes
que sunt note vt sunt allea ⁊ sinapis ⁊ cicuta ⁊ cepe
et similia que inferius dicem⁹ aut ꝑ similitudineꝫ
sicut adeps cocodrili ad morsum cocodrili et caro
vipe post abscisionẽ extremitatũ eius in extractio
ne veneni sui ⁊ sic de alijs. Postq; vero eger sen-
serit ex isto modo curandi quieuisse dolorẽ neq; ad
profunditatẽ corporis penetrãdo accidere ꝑ̃sense
rit iam aderit species bonitatis: ꝙ si h̃ non fuerit
modo ponat̃ sup̃ pũcturas emplastꝝ ꝙ sic fit. ℞.
fimi columbini mẽtastri añ. pistent̃ simul ⁊ misceã
tur vel fiat emplastrũ ex vrina ⁊ sulfure sup̃ locũ.
Aliud. ℞. castorei sinapis serapini asse sulfuris:
stercoris columbini: mentastri: pulegij ceruini añ.
pistent̃ ꝑfecte ⁊ incorporent̃ ⁊ misceant̃ cũ pice et
oleo veteri agitando cũ pistello in mortario donec
iuncta sint omnia simul et incorporata: et postea lo
co supponat̃ ĩmodũ emplastri. Si aũt infirmus vt
ante senserit frigiditatẽ in mẽbro ex huius empla
stri suppositione remediũ senserit ex calidis reb⁹
studie ipsuꝫ curare. Si vero ex rebus calidis mani
feste nocumentum senserit: ex rebus ⁊ emplastris
frigidis curare stude ⁊ hec est generalis regula in
cura venenosoꝝ animaliũ ⁊ etiã alioꝝ h̃m'. n. ꝙ in
loco emergunt vel appent oportet medicũ sapien
tem medicinas inuenire cõuenientes. Cõmune re
mediũ ad omne venenũ bibitũ ⁊ nõ bibitũ ẽ tyria
ca de vipis ⁊ vomitus: ⁊ ẽt omnes alie tyriace q̃s
in antidotario faciem⁹: statim ⁊ quacũq; hora qua
homo timens de veneno incipit sentire mutatio-
nes nõ cõsuetas ⁊ extuationẽ post assumptionem
alicuius rei que h̃ facere rationabiliter non debet
subito tribuat̃ ei aqua tepida ⁊ oleum in potu: de
quibus ita repleat̃ vt vomat ⁊ confortetur natura
cõpositione penne inuncte in oleo ⁊ cũ manu vt vo
mitus fiat. Si aũt pigritaret̃ nã in vomitũ facien
do coquat̃ in aqua anetum ⁊ in eadẽ aqua admisce
sal ⁊ mel ⁊ burach cũ enim multotiens vomuerint
cõsidera si in inferioribus ventris extuationẽ sen-
tiat: ꝙ si ita fuerit fiat supositoriũ vl' clistere ꝙ me
lius est: ⁊ successiue detur ei medicamẽ solutiuũ. s.
vt sunt pillule fetide vel stomatice aut pigra ⁊ simi
lia. Si aũt post quieuerit ab omnib⁹ accidentibus
vtile erit: si aũt nõ cõsidera accidẽtia que ipsuꝫ cõ-
comitant̃ quãdo ergo videris vel cognoueris per
signa ⁊ ꝑ narrationẽ infirmi stimulationẽ incen-
sionẽ ⁊ corosioneꝫ in aliquo loco corporis ventris
lac butiꝝ ⁊ oleũ amigdalinũ ad potandũ egro tri-
bue quẽ etiã sumere facias cõfectiones calidas et
subtiliatiuas ex zucha. ⁊ oleo amigdalino dulci h̃
nãq; acuitatẽ veneni frangunt ac eius equant cõ-
plexionẽ ⁊ malitiã ⁊ eius reprimunt mordicationẽ
Si aũt feruor ⁊ rubor faciei venaꝝ tumor atq; an
gustia ⁊ sitis ⁊ fetor oris ac oculoꝝ citrinitas ap-
paruerit tunc significabunt venenũ ꝙ est ꝯtrariũ
cõplexionibus ex tota sui substãtia ꝙ refrenari et
⁊ destrui debet cum aqua ⁊ niue vel cuꝫ sauich ⁊ aq̃

et niue ꝛ zucharo atqȝ cum aqua rosata trociscos de camphora factos in etbica cum aqua vel aqua rosata ei tribue ꝛ conforta infirmum vt oleum rosatum infrigidatum cum aqua vel cum aqua rosata vel suco cicoree vel endiuie sumat. Considera post hoc in quo loco corporis vehementiorem sentiat dolorem vel inflamationem cui ex lenticula aque infrigidata in niue vel ex succo solatri ꝛ consimilium. emplastrum rozatū ex aceto vel epithima superpone ꝛ fiat hic tādiu ꝙ locus stupidus fiat deinde psilium atqȝ lac vacinum de quo extractum est butirum: nec non succum fructuum frigidorum ei tribue in quo si a principio signa manifeste repletionis apparuerint ipsum flobotoma: si vero strictus fuerit secundum ventrē solue cuȝ medicina deinde ciba eum cum cibis infrigidantibus ꝛ extinguentibus vt sunt cibi facti ex lactucis cucurbitis ꝛ portulacis ꝛ pedinus porcorum ꝛ agre ꝛ similibus. hoc eni venenū nocens complexionibus hominum cum totalitate sua destruūt ꝛ maxime quando in eis caliditas repetitur. Cum ergo videris in infirmo congellationem ꝛ alenzezȝ ꝛ stuporem ipsum cum sinapi ꝛ alleis medicina de assa ꝛ similinus rectifica. Vinum quoqȝ vetus ꝛ forte ac purum potare facias ac dormire ipsum non permitas: sed sitire eum fac: corpus eius frica ꝛ caput atqȝ pectus cum pāno calefacto calefacias ista enim venenum oīo frigidum destruunt. Si autē non apparēt talia signa: sȝ vides egrū mutari ad peiꝰ ꝛ incipit sincopis superuenire cum frequenti dissolutione virtutis tunc cito succurre: hec enim significationes venenoꝝ sunt deteriores omnibus ꝛ velocius inferētes mortē subito post illā tiriacā de vipis tribue aūt metridatū vinūqȝ quoqȝ ad potādū ei da ꝛ extre bꝰ odoriferis adbibitis atqȝ succo carnis ipsū ꝯforta ꝛ in loco ventoso atqȝ frigido eū sedere facies. quem subtilissimus camisijs ī fusis ī aqua rosata habente sādalum rubeum vestire debes. locum qui est in ore stomaci ipsius fricare cōuenit cū etiam aliquis boris vomere ꝛ sternutare facias hic si multū debilis fuerit: ī ipsius os ventum sufla aut flabellando ītrare coge cui si frequenter sincopis acciderit que fortius existat et oculretur pupilla oculi pulsus quoqȝ ꝛ anhelitus ad vltimum deueniant debilitas ꝛ si superuenerit sudor ꝑuus ꝛ frigidus proculdubio morietur: hoc enim accidentia vltimam malitiam veneni significant ꝙ substantia sui ꝛ complexione nocent vt malitia napelli ꝛ similium cui hec remedia dicta alijs melius conueniunt.

Capitulum secundum de illis que fugant serpentes ꝛ venenosa animalia ꝛ rapatia vt lupum ꝛ similia ꝛ ea interficiunt.

A autem que fugant venenosa vt serpētes ꝛ rapatia vt lupos ꝛ gūme ꝛ plante ꝛ lapides ꝛ terrarum vene vt sulfur: ꝛ similia animalia: fugātia alia animalia timorosa ꝛ venenosa sunt ꝛ gati ꝛ furores ꝛ pauones ꝛ grues ꝛ gallus ꝛ gallina ꝛ ciconie ꝛ cigni ꝛ mustella ꝛ ceruus ꝛ similia his de natura quoꝝ est capere animalia venenosa ꝛ ea interficere. ꝛ debēt talia in curtinis et domibus et locis timorosis et putridis nutriri: semper timens de animalibꝰ venenosis: potens fuerit de habere lampadem luminosam longe a loco vbi dormit ꝛ cum hoc debent esse ibi homines apud lampadem qui submissa voce ratiocinētur continue de quolibet naȝ propter lumen lāpadis ꝛ propter voces ibunt venenosa ad ipsos loquentes ꝛ locū in quo dormiet dn̄s dimittent: dicitur preter h̄ si smeragdus melior qui possit haberi teneatur in manu vel digito fixa in anullo ꝙ de proprietate fugat animalia venenosa. De his que serpentes expellunt ex domo in locis in quibus homines morantur sunt fumigationes que fiunt cum cornibus cerui aut vngulis capre aut sulfure ꝛ capilis hūanis: si cicer siluestris vel sacerdotalis ponatur in foraminibus serpentum fugient serpentes vel non exibunt a cauernis. Si aūt domus vel locus in quo quis dormierit suffumigetͬ cum galbano serpentes fugient. Si aūt roretur domꝰ vel camera cum aqua in aqua sal armoniacus fuerit dissolutum serpentes ei nullomodo apropinquabunt ꝛ si de illa aqua fundatur in foraminibus ipsorum moriuntur. Cum autē quis tenuerit in ore sal armoniacum donec fuerit dissolutū ꝛ postea spuerit in os serpentis morietur. Quando domus vel camere suffumigata fuerit ex pice: aut bdelio fugabuntur serpentes ꝛ similiter ex serapino. Si vngatur pāni ex pice nauali ꝛ ponantur in foraminibus serpentum expelluntur. Quādo in orto multiplicatum fuerit abrotanum fugiēt serpentes a loco illo: si ex eo fuerit locus stractus vel cāera serpentes fugiunt. Cum fiet fumus vel ignis de lignis granatorum in loco expellet serpentes ꝛ plurima venenosorum animalium. Si ponatur sinapis tritum in foraminibus serpentum fugat serpentes. Dicitur ꝙ si vipera bonum intuetur smeragdum mox eiꝰ oculi eliquantur ꝛ effluunt a capite. Et preter ista fiūt vnctiones circa corpus ad fugandum serpentes sicut ꝗ̄do fit inunctio ex oleo ꝙ sic fit. ℞. foliorum pini vel foliorum cipressi granatoꝝ iuniperi foliorum agni casti abrotani radicum herbe de qua fit assa affodillorum: dauci: carpobalsami: ꝛ radicum nasturcij an̄. ℥. ſ. pistētur omnia simul: vel pistetur vnūquodqȝ per se ꝛ ponatur in oleo: ꝛ ex eo limatur corpus totaliter. Aliud ℞. radicum herbe de qua fit assa floris cipressi: granorum iuniperi an̄. ℥. ij. radicum mandragore. ℥. j. carpobalsami carui an̄. ℥. iij. teratur ꝛ coquatur cum oleo donec recipiat spissitudinem ꝛ fiat iunctio. Aliud ad idē ℞. floris pini. ℥. j. radicis mandragore. ℥. ij. iusquiami albi. ℥. iij. terantur ꝛ misceantur cum oleo ꝛ aceto ꝛ fiat inunctio. Aliud ad idem. ℞. granoꝝ iuniperi. ℥. ij. storacis. ℥. j. misceantur cum oleo ꝛ lineatur corpus ex eo Si lineatur manus ex spolio dragōtee. s. herbe bissarie vel ex succo eius vel ex decoctione eius non morderet ipsum vipera. Et de illis que interficiunt serpētes est sputum hominis ieiunij specialiter colerici proiectum in os serpentes ꝛ maxime quando colericus sumit in ore suo ieiunus salem armoniacum.

Fugatio scorpionum quando multi scorpiones capiuntur ꝛ ex eis domus suffumigatur omnes alij fugiunt Dicitur ꝙ mures cum cauda venātur scorpiones ꝛ eos comedunt. Si domus cū sulfure ꝛ galbano ꝛ vngula asini fuerit suffumigata fugabuntur scorpiones. Si oleum fundatur in ipsorum foraminibus nō exibunt amplius: sed fugiuntur de loco. Dicitur ꝙ formice comedunt scorpiones ꝛ proprie illos qui vocantur yeraret. i. parui qui in foraminibus muri morantur. Si dissoluatur in aqua assa fetida: ꝛ ex ea locꝰ roretur non ibi apropinquabunt scorpiones: ꝛ si pēnē lineantur in pice nauali vel nigra. aut assa ressoluta ꝛ foramina ipsorum inungendo circundentur non exibūt vlterius.

Effugantur pulices quādo roratur domus ꝛ ex aqua ī aqua cocta sint absinthium ꝛ coloquintida ꝛ nigella ꝛ interficiunt: similiter si roretur domus ex aqua in qua coctus fuerit cicer siluestris vel sacerdotalis vel ruta: aut oleander omnes pulices moriuntur. Scripta ē si herba sinata vel herba persicaria in lecto posita fuerit stupefiunt pulices ꝛ capiūtur de leui. ꝛ dicitur ꝙ fugiunt ex odore caulis ꝛ foliorum oleandri dicitur fiat fonea in angulo domus: in qua ponitur aliquid sanguinis vel sanguinis yrci ꝙ omnes pulices congregant ibi ꝛ moriuntur: ꝛ si vngatur lignum ex adipe ericij ꝙ oēs ꝯgregantur super lignū illud. Sed hic attendendum est ꝙ nihil est melius in fugatione pulicum quaȝ habere cameram mundam ab vrina ꝛ omni superfluitate ꝛ sepe mutare lintheamina ꝛ camisias ꝛ omni die

purgare locum cum scopa ⁊ rorare ipsam cum aqua frigida: ⁊ omni die hora qua homo exit de lecto si fecerit lectum lintheamina pānos lecti euentare ad aerē ⁊ solem: ⁊ dimittere vsq ad horam dormiēdi hic vero modus solet pulices ⁊ cimices mirabiliter expurgare.

Cimices ⁊ scarabeos mirabiliter fugat fumus factus ex pallea: vel stercore vacino: ⁊ fumus vitreoli de quo fit encaustrū ⁊ nigelle. ⁊ si facies ex predictis suffumigetur si postea mordent non multum inferūt nocumentum: Et si vngatur concula maria ex oleo ⁊ ponatur iuxta locum valet ad hoc. Dicitur ꝙ si fiat fumus ex herba marina que appellatur origa fugat scarabeos.

Fugantur musce ex aqua in qua coquitur elleborus niger: si ponatur arsenicum in lacte omnes musce morientur que tetigerint lac: vel fugiunt. Fumus etiā thuris fugat eas: sed melius in hoc casu est vt homines domos ⁊ loca sua mundent omni die cōtinue ab omni re ex qua musce possunt suscipere nutrimentum: nam per priuationem alimenti a locis euffugabuntur.

Mures effugiunt si domus ex vitreolo ex quo fit encaustrū suffumigetur si ex merdasengi ⁊ aqua ferri ⁊ rodelgar ⁊ farina ⁊ oleo fiant trocisci ⁊ comederit de eis. hoc medicamen omnino eos finiet: ⁊ rodelgar per se si misceatur cum farina ⁊ fiant trocisci mures mirabiliter interficit: ⁊ specialiter si aquā in domo non inuenerint: dicitur ꝙ si vnus ex muribus castretur ⁊ dimittatur ꝙ omnes alios interficiet: ⁊ eos finiet Et si vnus ex muribus capiatur ⁊ ligetur in medio domꝰ cum corda subtili alij ab eo fugient nec de suis foraminibus egredientur. Iterum si quis vnum ceperit murē ⁊ eius excorticauerit faciē ⁊ dimiserit eū omnes alij fugient. sed in effugatione muriū cū eiꝰ destructione nihil melius inuenimus tēpore nostro quā gatus in domo nam mures timore eius fugiunt ⁊ per ꝓpriam naturam ipse gatus fugat ⁊ interficit eos.

Fugatur formice ex fumo sulfuris: picis nigre vel naualis ⁊ assa. ⁊ si de aliquo istorum per se vel coniunctum in eorum foraminibus aliquid ponatur morientur omnes. Et si ex aliquo illorū fiat epithima circa foramen non amplius exibunt.

Effugantur tinee ne ledant pannos ex absinthio calamento ⁊ corticibus citri.

Vespe fugiunt ex suffumigatione sulfuris ⁊ alleorum: ⁊ ex linitione succi altee vel oleo. Et quedam auis quam non cognosco que appellatur albarati. i. frāgens ossa que fugatur ex ciueta vel incicorate que appellatur vdud. i. auis clamans in nocte. ⁊ effugat etiam ex fumo facto ex pēnis eius ⁊ membris ipsius cū cōburuntur ⁊ hoc est verum secundū ꝙ dicitur. sed experimentum non verificauit hoc nobis.

De fugatione rapatium dicitur ꝙ leo ꝓpter gallum album: ⁊ propter murem ⁊ gatum fugit hoc enī vidimus leonem fugere propter gatum mortuum ⁊ viuum.

Et lupus fugatur ex presentia squile.

Et dicitur ꝙ leopardus fugatur propter arborē que vocatur leopardi arbor. Dicit ꝙ si gati siluestres ⁊ dabac. i. dania: ⁊ aliud ꝙ vrse est simile fugantur ex succo rute ⁊ amigdalarū amararum.

Conueniunt omnes ꝙ squila ⁊ eleborus porcos ⁊ canes atq leones: nec non ex beluis plurimas interficiunt ⁊ fugant. herba que vocatur lopardum strangulas: leopardum cito interfecit. ⁊ strāgulator adib. i. lupi lupum interficit. ⁊ strangulator canis canem ⁊ similia: ⁊ ruta interfecit mustellam ⁊ eam fugat.

Capitulum. iij. de morsu serpentum qui nocent quando mordent per vulnus ⁊ non per venenum de quo sit curandum.

In hoc loco Et sequentibus nos dicemus de venēis ⁊ aīalibus venenosis secundum ꝙ nostro tempore occurit: pro manibus nobis ⁊ penes narrationem antiquorū pbōr primꝰ serpens de malitiosis qui interficiunt veneno proprie est basilicus ⁊ nominatur regulus. cuius longitudo secūdū ꝙ dicitur est duorū palmorū ad plus ⁊ hꝫ coronā super caput: ⁊ dicit regulus pp hoc ⁊ est eius caput acutū: ⁊ oculi rubei: ⁊ color sui corporis est decliuis ad nigredinem ⁊ citrinitatem: ⁊ hic serpens adurit totū sup ꝙ incedit. ⁊ non oritur i circuitu cauerne eius aliquid: ⁊ omne animal teretur ex eo: cū eum sentiunt: ⁊ aues cum vollant super suā habitationē cadunt, ⁊ interficit suo sibilo vt dicitur cū eum exaltat: ⁊ interficit ex propinquo. ⁊ ille super quē cadit visus eiꝰ serpentis moritur ⁊ non est verum ꝙ si homo viderit primo ipsum ꝙ serpens moriatur. ⁊ liquefit corpꝰ hominis statim post morsum eiꝰ. ⁊ morit qui illi mortuo apropinquat: ⁊ raro euadit qui vicinat huic serpenti: ⁊ qui tangit eum cum virga mediante virga moritur: ⁊ qdā miles vt dr̄ tetigit ipū cū lācea ⁊ mortuꝰ ē miles ⁊ equꝰ eiꝰ: ⁊ ipse serpēs tetigit eq labiū ⁊ mortuꝰ ē equꝰ ⁊ miles multipticatur hic serpēs ī tra arcobc. ⁊ inibia.

Signa morsus eius sunt si videris mortuum subito. ⁊ proprie si fuerit vbi multiplicatur tale animal ⁊ non erit ibi casus cause primitiue apparētis tūc eris certus de hoc. ⁊ scias ꝙ non est ei curatio penitus eo ꝙ subito interficit.

Harmene secundum quod scriptum est assimilatur regulo in proprietatibus ⁊ hoc nō subito interficit aliqñ interficit nō solū morsu: sed etiā visu ⁊ aliqñ auditu sibili sui: ⁊ animal morsum ab eo dissoluitur ⁊ morit oē animal ꝙ ei appropinquat: ⁊ est secūdū quosdā eius longitudo vt longitudo reguli ⁊ secundū quosdā est eius longitudo ab vno cubito vsq ad cubitū ⁊ semis ⁊ dicitur ꝙ morsus eius est incurabilis. sed quidā volunt vt. ℥. i. papaueris si misceatur cū. ℥. i. castorei confert si detur patienti in potu ⁊ ponat de hac re sup morsuram tantundem.

Hirundo est serpens niger habens aliquas eminentias in modum allarum ⁊ eius longitudo est circiter vnum cubitum ⁊ interficit ante duas horas ⁊ accidit ex morsu eius singultus. ⁊ alteratio coloris. stupor ⁊ frigus membrorum. ⁊ somni profūditas ⁊ clausio palpebrarum cū vehementia pulsus cordi qui est ꝓpriꝰ ei ⁊ magnitudo doloris eiꝰ erit vt dicet iam inferiꝰ.

Aspidis sicca assimilatur i ꝓprietatibꝰ ⁊ figuris yrundini dicte ⁊ cura eius eadē est cū illa ⁊ eius longitudo est a tribus cubitis vsq ad quinq. ⁊ non curatur quia dicitur ꝙ interficit a duabus horis vsq ad tres.

Serpens qui appellatur spuēs ⁊ asillus eius longitudo est vsq ad duos cubitos: ⁊ non valet in eo nisi curatio vniuersalis qñ mordet aliquem remanet q est morsus absq sensu ⁊ motu: quietus dormiens profunde: ⁊ cum hoc incurrit clausionē oculorū: ⁊ colli torsionē: ⁊ spasmū ⁊ pulsū inordinatū: ⁊ non sentit dolorem. sed quādoq sentit in initio rei intestinorum dolorē: ⁊ hoc scies qr videbis ipsum intromitentē digitos suos violenter in ore vt euomat: ⁊ dicit ꝙ hic serpens eleuat caput suum vt expuat venenum. ⁊ narratur ab eisdem ꝙ locus morsus eius est paruus secūdū quātitatē acus absq apostemate vel inflatione: ⁊ currit ex eius punctura sanguis niger ⁊ paucus. non viuit qui morsus est ex eo vsq ad dies tres: eo ꝙ accidunt huic morso tenebrositas oculorum. ⁊ in visceribus dolor intolerabilis ⁊ ore stomaci: ⁊ somni profunditas: ⁊ alia dicta superius.

Cornuta de qua dicit ꝙ lōgitudo est ab vno cubito vsq ad duos ⁊ super caput eius sunt due eminentie sicut duo cornua: ⁊ color corporis eius est sicut color cineris: ⁊ eius vēter est sicut squamme sicce dure que strident super terram cum strepitu: ⁊ eius dentes sunt equales: recurui ⁊ plurimum eius in locis ⁊ herenosis ⁊ emplastris generis. quedam appellatur parua

propter cornua parua eo ꝙ iam cornua ceciderūt: aut
propter breuitatem sui corporis. ⁊ nominātur omnes
eodem nomine: ⁊ sunt eiusdem operationis ⁊ effectus
⁊ dicitur per viam cognitionis ꝙ sentiuntur in locis
morsus eius quasi claui: aut acus: ⁊ inflātur labia oris
morsi: ⁊ accidunt vertigo: ⁊ tenebrositas oculorum: ⁊
destruitur ratio ⁊ incurrit maximā corporis grauitatē.

Andrius vel edusudurus cum est in aqua nomi-
natur a grecis andris ⁊ quando habitatio eius est in
campo nominatur kedusudurꝰ ⁊ accidit ex morsu eiꝰ
in principio dolor vehemens: ⁊ vt inflametur locus
morsus. ⁊ fiat viridis ⁊ accidunt morso vertigo ⁊ vo
mitus colere fetide. ⁊ motus inordinatus: ⁊ vltima
debilitas ⁊ mors in tertia hora ⁊ non transit tertiam
secundum plurimum vt dicitur: vulnus cōmitantur
egritudines eum. s. morsum a quibus non sanatur for-
sitan.

Serpens qui vocatur ydria notus non est sed
dicitur ꝙ eius morsus egreditur ⁊ dilataē: ⁊ color eius
ofuscatur ⁊ egreditur ab eo humiditas nigra fetida
valde: ⁊ eius curatio fit difficilia ⁊ prolongatur quare
conuenit vt consideretur in cura eius cum solicitudie

Serpentes omnes quos nominauimꝰ vsq; ad
locum istum appellantur surdi eo ꝙ non audiunt. ope
rantur enim suos effectus propria natura ⁊ dispositō
ne ⁊ nos ponemus curam generale conuenientem oī-
bus tangendo de propria cuilibet: preter hoc serpētes
diuersificantur in masculineitate ⁊ femineitate ⁊ sunt
masculi deteriores feminis quāuis femine sint pluri
mum dentium ⁊ plura vulnera cum morsu inducunt
nam venenum feminarum non est nimis acutum ex
natura sexus. ⁊ iterum senes deteriores sunt iuueni-
bus propter siccitatem maiorem ex natura etatis. Et
cum hoc magni sunt deteriores paruis ⁊ curtis ⁊ i ea
dem specie. Et serpentes qui habitant nemores ⁊ lo
ca inaquosa sunt deteriores his qui inhabitant loca
aquosa ⁊ littora: ⁊ h quia venenum mitigatur ꝓpter
humiditatem locorum. Et iterum famelici ⁊ irati sūt
deteriores repletis ⁊ quietis: nam propter repletionē
⁊ quietem mitigatur acuitas veneni ⁊ propter hoc ve
nenum serpentum deterius est in estate q̄ꝫ i hyeme q:
ex tempore calido acquirit acuitatem. Quidam exti-
mauerant ꝙ venenum serpentum ⁊ viperarum sit fri
giduꝫ propter illud ꝙ accidit de frigore morsis ab eis
⁊ hoc est error: nam tale frigus non accidit morso ex
vipera vel serpentibus nisi q: calor naturalis ⁊ spiri-
tus resoluunt veneno natura sue acuitatis ⁊ venosita
tis: nam serpentes non ex eo ꝙ mortificatur in hyeme
sunt frigide complexionis: sed ex eo ꝙ sunt pauci calo
ris respectu sui corporis ⁊ temporis frigidi.

Cura Serpentum surdorum erit cōmu
nis omnibus. ⁊ de quibusdaꝫ erit
particularis in particulari. secundum pluri
mum morsus venenosorum serpentum non curatur
ex eo quod subito aut in breui interficit vt dictum est.
cōmuniter in cura morsus surdorum proceditur stati
cum incisione mēbri morsi si possibile fuerit aut cum
adustione vltima penetrante vsq; ad profundum mē
bri morsi ⁊ venenati. nam combustio cōburit venenū
⁊ stringit meatus ne spergatur per mēbra ⁊ totum cor
pus: ⁊ si fuerit vomitus. aut super repletionem ex pi-
scibus salitis: cepis sinapi ⁊ simlibus aut absq; reple-
tione cum oximelle ⁊ aqua decoctionis aneti radicum
raffani seminis sinapis ⁊ attriplicis ⁊ similium erit vti
e valde Bibere de tiriaca ⁊ aqua decoctionis papaue
ris ⁊ castorei sepe: ⁊ ponere de ea super morsuram ⁊ lo
cum venenatum erit vtile ⁊ conueniens ligare mē
brum fortiter super morsuraꝫ ne venenum ascendat
ad cor est de melioribus rebus. Particulariter consi-
deratur morsus surdorum ex parte operationis me-
dicinalis vt in harmene vt dictū est ꝙ in morsu eius
valēt. ʒ. j. papaueris ⁊. ʒ. j. castorei cōiunctim ⁊ separa
tim si ponatur super morsuram ⁊ ore sumant cum aq̄
mellis vel vino. Medicamenꝰ particulare ad morsū
cornute est vt sumaē semē raffani cū vino: ⁊ ꝓpe quā
do euomit cum eo: ⁊ post vomitum cōfert ciminū tri
tum: ⁊ iterum sisamū cū vino cōfert: ⁊ similiter casto
reuꝫ cū vino ⁊ calamentū cāpestre cū vino ⁊ semē raf
fani vtile est in hoc: ⁊ si ponatur sal tritus cū pice nigra
aut naualli super morsum: aūt cepe trituꝫ cū aceto mi-
rabile videbis sumat patiens nucem cipressi munda-
tam cum granis mirti: de vino quoq;. ʒ. j. ß. cuꝫ aqua
mellis vl̄ vino. aut sumat. ʒ. ij. aristologie cū vino aut
aceto mixto: ⁊ similter succum prasij sumat cum vino
aut mixto cum aceto ⁊ est bonū ⁊ conueniēs vt empla
stretur locus cum calce ⁊ oleo ⁊ calamento ⁊ corticibꝰ
radicis quercus ⁊ similibus singulariter ⁊ coniunctiꝫ
⁊ misceatur cum eis omnibus aūt cum vna illarum
rerum farina ordei ⁊ erit melius: Preter illa vene-
nosa que surda sunt: sunt alij serpentes venenosi non
surdi qui nocent principaliter veneno proprio ⁊ mor-
sura: sed nō nocent per morsum nocumento de quo sit
curandum multū sicut vipera: ⁊ omnes sepentes mor
dentes qui nō sunt surdi qui habēt vnū dentē vel plu
res in mādibula qualibet nam serpentes q habēt vnū
dētē in mandibula sunt masculi ⁊ sunt deterioris vel
maioris vel acutioris veneni q̄ꝫ femine: ⁊ sunt fortio
ris operationis ⁊ cognoscitur inter masculum ⁊ femi-
nam per vulnera facta in mēbri que videntur plura
in vnoquoq; latere mēbri morsi a serpente femīa: aut
non videtur nisi vnum foramē in qualibet parte mē
bri morsi a serpenie qui est masculus. Si signa morsus
serpētis venenosi vltra ꝙ sit masculs vel femina sūt ꝙ
a principio egreditur a loco morso sanguis: deinde vi
rus feruens ⁊ fortasse incipit exire aquosus sanguis: d
inde spumosus: deinde vt erugo eris: ⁊ tunc conuerti-
tur vere ad substantiam veneni: ⁊ coloreꝫ eius ⁊ do-
let locus deinde perambulat dolor eius: ⁊ postea ap-
paret apostema calidū ⁊ rubeum habens bothor ⁊ ve
sicas. sicut fit ex adustione ignis ⁊ perambulat quādo
deinde fit viride apostema illud proprie morsuꝫ ⁊ sub
ore: ⁊ accidit in visceribus inflatio ⁊ rubedo in corpo-
re. deinde sudor frigidꝰ: ⁊ corruptio coloris decliuis ad
viriditatem: ⁊ cōmotio vertiginis ⁊ frequentia anhe
litus a nausea ⁊ singultus. ⁊ euomit quandoq; vomi-
tum colericum. ⁊ fit difficultas vrine: ⁊ grauat caput
⁊ aduenit ei quandoq; fluxus sanguinis narium: ⁊
apparet grauitas in dorso. deinde sudor frigidus ⁊ tre
mor vehemens ⁊ sincopis: ⁊ tales secundum plurimū
moriuntur in tres diebus ⁊ remanent quandoq; vsq;
ad septimuꝫ.

Cura Cōmunis in omnibus istis vene-
nis est vtilis valde que fit cum in
cisione mēbri vel ligatione forti super morsuꝫ ⁊ vulnꝰ
⁊ adustio cū ferro ignito: ⁊ exhibitio tiriace bone ⁊ ele
cte que dꝫ poni supˀ morsuꝫ ⁊ exhiberi per os i potu cū
vino aut cum vino ⁊ aceto. Res aūt particularis que
conferūt in hoc sunt sicut multiplicetur somnus ⁊ vi-
num nā multotiens ista excusant medicū ⁊ infirmū ab
omni alia curatione. vsus alleoruꝫ vtilis est valde in
omni veneno ⁊ cū hoc si allea non inuenirentur bonū
est vti cepis ⁊ porris loco alleorum: ⁊ de bonis medi
cinis in hoc casu est semel harmel. i. cicute vel herba
eius: ⁊ etiam grana citri si sumantur cū vino aut cum
vino ⁊ aceto: dicitur ꝙ si virga cerui assata comedaē
hora dispositionis veneni quod multum confert. De
tiriacis fortibus in hoc preter tiriacas omnes est ti-
riaca que sic fit. ℞. anisi piperis aur̄. iiij. corticum ari
stologie rotunde. castorei aā. aur. j. cōficiatur cuꝫ vino
cuius dosis sit nux vna. Ad idem. ℞. castorei mirre
piperis: arsenici rubei aā. ʒ. ij. seminis aneti. ℥. ij. con
ficiantur cum vino. butirum vetus ⁊ nouum si sumaē
multotiens liberat infirmum. sedere in tina lactis ⁊
vigilare ⁊ deambulare ⁊ blneum in balneo quo sudet

patiens est vtile valde. Item vinum per se ⁊ omnia
coagula ⁊ specialiter coagulum leporis multum va-
lent cum bibuntur cum vino mixto cum aceto vincē
te vino in cōmixtione. Dicitur ꝙ si homo accipiat ce-
pe sqmiliticū vel siluestre ⁊ ipsum masticet ⁊ deglutiat
illud quod ex eo currit. ⁊ emplastretur loc⁹ morsus cuꝫ
substantia que remāsit non penitus morietur patiens.
Et iterum dicitur si bibatur vrina hominis nō morsi
ꝙ biberat hominem morsuꝫ a vipa. Iterum dicit̄ ꝙ
si suspendat̄ lapis qui dicit̄ lapis serpentis ꝙ fit sana
tio a veneno vipe ⁊ similiū. Iteꝝ radix acori apiuꝫ sil-
uestre: ⁊ folia aristologie ⁊ ei⁹ radix aut agaricū quod
cūqꝫ illorum sumatur in potu cū vino dulci valet ad
illud. Similiter succus anagallis ⁊ auricula muris.
Et iterum si sumatur ciminum montanum: ⁊ succus
caulis valent cū vino aut sumatur duo aurei costi cū
duob⁹ obolis piperis valent ⁊ de melioribus que di-
cta sunt ad morsuꝫ viperaꝝ ⁊ alioꝝ serpentum est vt
sumantur aur. ij. oppoponaci cum aceto etiā similiter
iij. aurei costi ⁊ gentiane. Et iterum sucus rute: ⁊ iteꝝ
succus foliorum malorum sansuci ⁊ similiter acetū ca-
lidū per se: ⁊ cū illis multum valet in hoc. Emplastra
que ponuntur super morsuꝫ viperarū valēt sicut em
plastrum factum ex sauina. ⁊ bacis lauri ⁊ ex camomi
la ⁊ ex squila assata ⁊ ex farina orobi mixta cuꝫ vino
omnia simul aut singulariter. Iterum emplastretur cū
gallina scisa est bonū valde. ⁊ similiter cum carne vi-
pere ⁊ ranis scisis. ⁊ ex oleo: ⁊ oleū laurinū vel in quo
coquitur laurus est bonum valde. Sunt de serpenti-
bus qui faciūt egredi sanguinē ex omnib⁹ porris ⁊ mea
tibus sicut affordius ⁊ saberti. ⁊ etiam aperiūt vulne-
ra consolidata lōgo tempore ⁊ faciunt currere sangui-
nem ex eis cum dolore continuo ⁊ vomitu sanguinis
⁊ sputo sanguinis. Et dicunt homines ꝙ isti duo ser-
pentes corpora habent harenosa. ⁊ super corpora eoꝝ
puncta sunt nigra ⁊ alba ⁊ est eorum longitudo ab vno
cubito vsqꝫ ad duos. Et dixerunt quidam ꝙ minores
sunt viperis ⁊ ipsorum caude: ⁊ capita parua sunt mi
nora ⁊ sunt coloris harenosi ⁊ aliquādo nigri vel al-
bi ⁊ rubei ⁊ sūt super eoꝝ capita squāme albe incise: ⁊
est in eorum incessu strepitus propter siccitatem corti
cum ventriū ipsorum: ⁊ est sicut esset strepitus folioꝝ
verge sunt grauis motus equalium dentium morsus
eorum facit manare sanguinem ex poris ⁊ meatibus
ita ꝙ ex angulis oculorum: ⁊ naribus: auribus ⁊ p os
anum ⁊ virgam: ⁊ cum vomitu: ⁊ aliquando apostēa
tur locus ⁊ denigratur. ⁊ currit ex eo res parua ⁊ aquo
sa ⁊ soluitur venter. ⁊ constringitur anhelitus ⁊ fit dif
ficultas vrine ⁊ abscinditur vox: ⁊ mollificantur mē-
bra ⁊ fit obliuio: ⁊ accidit spasmus: ⁊ cadunt dentes: ⁊
infirmus moritur.

Curatur Venenum eorum cum potu
vini plurimi ⁊ specialiter cuꝫ
super ipsum fit vomitus. ⁊ maxime postquā comede-
rit ipse morsus oua mollia pisces salitos: ⁊ allea. bonū
est ꝙ iteretur vomitus super ipsum morsum: ⁊ postea
comedat panē ⁊ pisces positos super prunas ⁊ comede
re vuas passas ⁊ semē raffani est ex eis que cōfert mul
tum ⁊ proprie cum vino: ⁊ iterum sumere succum pa
paueris cū radice lilij celestis ⁊ vino. Sed ratione sā
guinis confert albumē oui cum vino: emplastro cum
portulacis ⁊ faria ordei: aut folijs vitis decoctis aut
arnoglosa: aut galle. ⁊ sunt de his que retinent sangui
ne per cauterium. vt porri ⁊ vt vrtica ruta cuꝫ farina
ordei cum albumine oui cū ponūtur super morsuram.
Inueniuntur serpentes facientes sitim quorum longi
tudo est palmi vnius ⁊ super eorum corpora inueniun
tur vestigia plurima nigra: ⁊ eorum capita sunt parua
⁊ colla grossa ⁊ incipiunt eorum colla grossa a capitib⁹
vsqꝫ ad caudas: ⁊ dicitur ꝙ multiplicatur in regione
lochiatiz ⁊ assez ⁊ eorum forma est forma vipe: ⁊ color
postremi eoꝝ vsqꝫ ad caudas ad nigredinē decliuis: ⁊
incedunt quassando caudas eoruꝫ. ⁊ accidit morso ex
ipsis vt dicitur ꝙ venter eius aduratur ⁊ inflametur q̄
re non sciatur ex aqua: immo nō cessat bibere absqꝫ exi
tu alicuius rei per vrinam. aut sudorē: ita ꝙ inflatur
eius venter totus: ⁊ currit aqua in venas ipsius ⁊ fit
ydropicus. Post curationem nihil melius inuenitur
in hoc q̄ꝫ vt continue bibant oleum tales euomant: dei
de est bonū os clisterizare cum his que educunt feces
⁊ humiditates: ⁊ atrahūt aquā ad inferiora vt clisteria
facta ex colloquintida agarico ⁊ centaurea ⁊ aqua si-
cle ⁊ similium: vt dentur diuretica post hoc sicut est de
cotio que fit ex semine apij spice ide cinamomi. assa-
ri. sisileos. porro ⁊ similium. Emplastro fiat super mor
suram cum sale calce ⁊ oleo: ⁊ emplastratio cum eis. ⁊
eis que dicemus ad morsum canis rabiosi.

Inueniunt serpentes qui dicuntur salientes ⁊ vo
lantes ⁊ sunt parui breues minuti ⁊ ocultantur quan
doqꝫ in arboribus insidantes vt ꝓiciant se ad illum
qui transit per eos: ⁊ exeunt ꝓcedentes ad eum: ⁊ di-
cunt quidam se vidisse tales serpentes in partibus d̄
bestrem ⁊ sunt ad rubedineꝫ decliues ⁊ sunt calidi val
de ⁊ maligni ⁊ accidit ex morsu illorū dolor vehemēs
⁊ transit vniuersaliter per totum: ⁊ fit mors. Sed ei⁹
cura est communis cura ⁊ cura viperaꝝ ⁊ dicit̄ ꝙ due
eius extremitates sunt in grossitudine equales medio
Serpens qui appellatur hilicinus vel durosus habi
tat in hilicibus vel vnicibus ꝙ credimus idem. i. ar
boribus que sic nominantur: ⁊ dicitur quod sunt arbo
res venenose vt est fraxinus vel egenos ⁊ secunduꝫ
quosdā dicitur ꝙ hilices sunt arbores castanearuꝫ sꝫ
nihil non videtur verum: ⁊ accidit ex morsu eoruꝫ ex
coriatio cutis illius qui morsus est ab eo: ⁊ excoriatio
illius cutis qui ꝑmiscet̄ ei ⁊ curat ipsū ⁊ habet odorē
malignum mortificans eum qui presens est siue sit le-
dens siue non ⁊ accidunt iterum ex eo accidentia mor
sus viperarum. Cura eius est cura viperarum. ⁊ etiaꝫ
cōmunis dicta primo capitulo ⁊ etiam secundo. ⁊ cō
fert morsui eius proprie bibere vinum aristologiam
cum vino. ⁊ radicem affodili ⁊ septemneruia.

Serpens qui miliaris appellatur habet coloreꝫ
quasi milii propter suam citrinitateꝫ ⁊ accidūt ex mor
su eius accidentia malarum viperarum ⁊ cura illius ē
cura illarum.

Serpens nominatus seisetella habet colorem si
milem colori serpentis salientis vel volantis ad du-
as ptes: sꝫ saliens est deterior ⁊ cura illi⁹ ē cura illa.

Serpens raff. i. aspis humida ē habēs colores
diuersos ⁊ dicitur ꝙ est malignus interficiens in die
secundo: cum corrosione epatis ⁊ fractione intestinoꝝ
⁊ cura eius est cura paruarum viperarum

Serpens teristalis habet accidentia vt sunt ac-
cidentia viperarum: verum fiunt cū inflāmtione loci:
morsus: ⁊ vesicis. ⁊ duritie apparente ⁊ cursus humi
ditatis sanguinee nigre ex illo loco: ⁊ accidunt ei alte
ratio rationis: ⁊ tenebrositas visus ⁊ spasmus morti
cans. ⁊ cura eius est cura viperarum tamē notitia hu
ius serpentis est in scientia per ꝑhos verifica.
Serpens qui fonuisus vocatur habet morsum simi-
lem morsui viperaꝝ q: accidunt corruptio ⁊ mollifica
tio: sicut accidit ei qui habet ydropisiꝫ ex morsu eius
Et accidit ei ꝓfunditas somni. ⁊ obliuio: ⁊ egritudies
in epate ⁊ ieiuno ⁊ colon. ⁊ iste serpens non est notus
etiā sed cura eius est vt cura viparū ⁊ cura cōmunis
dicta capitulo primo ⁊ secundo.

Serpens qui nominatur aniruditis ⁊ archarus
sunt scd̄m longitudinem vsqꝫ ad cubitū ⁊ eoruꝫ color
est sicut color aranee: ⁊ suā ipsoꝝ corpora sūt vestigia
⁊ dicitur quod accidit dolor vehemēs ex morsu eorū
in loco. ⁊ apostema maximum. ⁊ currit ex morsu eius
virus ⁊ interficiunt in tertio: ⁊ mora est quandoque
vsque ad. vij. Cura morsus eorum est communis.

sed proprie datur eis in potu castoreum ⁊ cinamomuz ⁊ radix centauree dantur de vnoquoqꝫ .ʒ.ij. cum vino. Et confert in h radix centauree maioris iuuamentum magnum. ⁊ radix assoasir .i. nasturtii ⁊ succus eius ⁊ radix gentiane. Emplastrū ad istū morsum bonuz ℞. mellis decocti ⁊ exiccati ⁊ triti radicum granatorum centauree feminis lini seminis harmel volubilis siluestris. rute añ pistentur ⁊ incorporentur simul ⁊ ponatur super morsuram. Emplastra aproprjata vlceribus putridis valent in hoc.

Serpens qui appellatur scelfir est putrefaciens ⁊ dicitur ꝙ est in regionibus aser ⁊ egipto: ⁊ habet caput latum collum paruum. caudam curtam ⁊ ventrem rotundum ⁊ sunt super caput eius linee ⁊ squame: sed super corpus eius sunt linee diuersi coloris: ⁊ cum incedunt contrahūt. ⁊ non rectificantur ⁊ accidit apostema dolorosam ex morsu eius ⁊ putrefactio toti⁹ corporis: post contritionem eius ⁊ casus capillorū: ⁊ qñqꝫ festinat putrefactio perdens illud ꝙ est sanum: ⁊ dicitur ꝙ est serpens viperarum.

Cura ergo eius est cura cōmunis ⁊ cura viperarum ⁊ post illud cura eius est conueniens secūdū accidentia ⁊ dispositiones.

Serpentes qui appellantur dracōes sunt de hiis qui habet hanc naturam ⁊ minor draconum vt dicitur est .v. cubitorū: magni vero sunt .xxx. cubitorū ⁊ supra ⁊ dicunt homines ꝙ draconi insunt oculi magni: ⁊ sub mandibula inferiore est eminentia sicut mentuz ⁊ sunt ei dentes plurimi ⁊ dicitur ꝙ dracones multiplicantur in partibus nubie. ⁊ indi sunt maiores ⁊ illi de nubia qui sunt in regione asie sunt vsqꝫ ad quattuor cubitos. sed indi sunt magni valde ⁊ dicitur ꝙ sunt vt diximus: ⁊ facies habent citrinas ⁊ nigras ⁊ sunt eius vehementis amplitudinis: ⁊ supercilia cohoperiunt oculos eorum: ⁊ super colla eorum sunt squame: ⁊ in omni mandibula sunt tres dentes: ⁊ ego possum dicere de hoc q: fui in episcopatu milani cum domino. Martino de la turre quem curabam debilitate neruorum ⁊ stupore ⁊ tremore eorum in quodam suo castro ꝙ vocatur pezanum: ⁊ quidam eius castaldus dixit eidem domino. Martino ⁊ mihi vultis ꝙ ducam vos ad locum in quo vidi mauis mirabile ꝙ vidistis ⁊ diximus ꝙ sicler nos cum eo ⁊ quibusdā aliis hominibus iuimus: ⁊ ipse castaldus duxit nos post ista verba ad quēdam locum desertum in quo maxima materia lapidum secundum longitudinem tēporis facta erat ⁊ cum fuimus ibi ipse castaldus cum multis aliis hominibus dixit ꝙ breue tempus erat ꝙ viderat i loco illo vnum spolium serpentis cuius longitudo erat per bonam mensuram ad suum cubitum plus .xxx. cubitis. ⁊ videbatur os spolij serpentis magnum ꝙ puer .x. annorum intrasset absqꝫ lesiōe ⁊ homines qui secum erāt. ⁊ homines de illa terra verificabant hoc.

Et propter hoc bene possumus credere hoc ꝙ dicit Auic. ⁊ hoc est proprie veritas ⁊ sciat quilibet sapiens ꝙ tales dracones possunt inueniri in aliis regionibus preterqꝫ in india. Accidit ex morsu eorum dolor paruus deinde inflāmat. ⁊ masculi sunt deteriores feminis ⁊ cura eorum est cura vlcerum putridorum ⁊ malorum vt dicemus in cura canis rabiosi. Abedismon pessim dicitur ꝙ est de gñe draconū. ⁊ accidit ex morsibus draconum. ⁊ dicitur ꝙ dentes draconum sunt vehementes. ⁊ propter hoc dicitur ꝙ de proprietate draconis est vt carminet carnem. ⁊ mēbrū quod mordet vnde magnificatur timor in vulnere eius ⁊ sic indiget cura malorum vulnerum valde. Morsus draconis marini curatur cum sulfure ⁊ aceto: ⁊ dicit ꝙ quādo adeps cocodrili emplastratur confert. ⁊ plumbum cum fricatur super ipsum iuuatur eo ⁊ medicie quas scribemus in .c. morsus rutelle sunt vtiles in hoc. ⁊ proprietyriaca prima ⁊ cōmunis: basilicon bibitū ⁊ emplastratum confert ei Marencarem dicitur ꝙ sunt de genere draconum marinorum: ⁊ accidit ex morsu eorū illud quod accidit ex morsu viperarum. ⁊ cura eoruz est cura viperarum. Alkateraf ⁊ hamidi sunt serpentes ex morsu quorū accipiunt dolor vehemens: ⁊ plurima frigiditas ⁊ stupor ⁊ dolor ⁊ mors proculdubio ⁊ corum cura est cura venenosorum frigidoruz emplastretur eorum morsus cum aceto tepido ⁊ foliis lauri. ⁊ inungatur cum oleo de piretro ⁊ similibus. ⁊ ex oleo calido mixto cum squilla ⁊ vrtica ⁊ datur in potu ei qui est morsus succus foliorum lauri cum aceto ⁊ cuz assa ⁊ ruta. Aliud ℞. mirre piperis. rute añ. aur. j. vel. ij. datur cum vino ⁊ prima tiriaca quā dicemus capitulo de rutella est in hoc vtilis valde.

Capitulum quartum de morsu hominis ⁊ quadrupedum.

De morsus cuiuscunqꝫ animalis sic est deterior qui fit a ieiuno siue sit homo siue non homo preter ēt morsum animalium fiunt infixiones vnguiuz auiuz ⁊ spinaruz ex quibus per ignorantiam cure cōmunis. ⁊ perditur mēbruz ⁊ moritur homo.

Curantur infixiones vnguium auiuz ⁊ spinarum ⁊ similiuz prima cū in eis ponitur oleū calidum cuz pāno vel lana: aut qñdoqꝫ inungatur cum oleo calido abstergendo deinde si videretur tibi ꝙ malitia in fixionū vel morsus augmentaretur mundificetur locus prius cum suctione ventosarum. ⁊ post suctionē emplastretur locus cum cepis pistatis ⁊ mixtis cum melle ⁊ fabis masticatis sicut sunt. aut cuz cepis melle ⁊ sale ⁊ similibus. vel cum oleo mixto cuz euforbio ⁊ castoreo post remotionem suspicionis infixionum vel morsus mundificetur locus cum vnguento apostolorum ⁊ cōsolidetur. Unguentum nigrum est de melioribus rebus in isto casu post cessationem apostematis: ⁊ suspicionez in fixionis vel morsus quod sic fit. ℞. litargirij. ℥. xx. contriti ⁊ cribelati olei. lī. ij. aceti. lī. x. concucīātur ad inuicez donec coaguletur: ⁊ ponatur super ipsuz post quā coagulatur. lī. j. de rubea tinctoruz trita ⁊ cribelata. euitetur apostema loci si fuerit necesse confortando partes membri que sunt circa infixiones vel morsuram cuz oleo rosato ⁊ puluere boliarmeni ⁊ aceto mixtis ⁊ positis illic ad modum epithimatis cum petiis. ⁊ tunc infirmus bibat vinuz de granatis cuz aq̄ ⁊ sit aqua tripla ad vinū: ⁊ comedat saccum ordei vel farri vel micā panis lotā in aqua ⁊ similia. continue super. vulnus factū ex spina vel vnguib⁹ auiuz ⁊ similibus: armoniacuz ponatur: aut pix liquida: curret enī gūme tales talia vulnera post quaz bene cū oleo calido sūt mollificata: ⁊ cū emplastris dictis mūdificata.

Morsus hominis in homine ⁊ morsus cuiuslibet animalis in homine curatur cum cepe sale ⁊ melle mixtis ⁊ positis super morsuram cum vnguento facto ex adipe cera ⁊ oleo. Et curatur etiam valde bene cum emplaustro facto ex cinere aceto melle ⁊ cepe: ⁊ iterūm cum thure mina to ⁊ trito mixto cum oleo ⁊ vino. Quando accidit ex morsu hominis ieiuni specialiter: vel alterius animalis corruptio in mēbro oz vt curetur primo. ⁊ vngatur locus morsus cō oleo calido abstergendo: ⁊ post vnctionem emplastretur cuz emplastris dictis. vel cum emplastro facto ex radice fenugreci melle ⁊ farina fabarum mixtis cuz aqua ⁊ aceto: ⁊ permutetur sepe in die emplastrum ⁊ fiat ivnctio cum oleo omni vice. Morsus fit a cane rabioso quādoqꝫ ⁊ quandoqꝫ non rabioso. fiunt autem canes rabiosi propter conuersionem sue cōplexionis ad melancoliam magnam venenosam: ⁊ hec conuersio eius accidit aut ex aere vt cibis ⁊ potibus: aut per naturam sue creationis. Ex aere calido accidit cum calor est vehemens in aere comburit humores in canibus qui

alterant eorum complexionem: ⁊ sic fiet rabies ⁊ specialiter in autumno fit rabies etiam cum vehemēs fit frigus in acre: ꝙ congelat sanguinem in canibus: facit ipsos declines ad nigredinem ⁊ alterant per hoc eorum complexiones: ⁊ fit in eis rabies vere fit rabies ex cibis ⁊ potibus cum canes lambunt sanguinez mortuorum ⁊ comedunt ex cadaueribus ⁊ bibunt ex aquis putridis replentur ex melancolia putrida: ⁊ alterant eorum complexiones ⁊ fiunt rabiosi. Quandoqꝫ fit per naturam quā cōtrahunt ex semine cū materia in prima creatura sicut accidit in lepra. Significationes ꝙ canis est rabiosus sunt ꝙ non comedit: ⁊ famen patitur ⁊ non bibit aquā ⁊ ꝙ color totius corporis ⁊ faciei totus alteratur ⁊ timet cum videt aquam immo oripilatur ex visu aque ⁊ tremit: ⁊ multiplicatur tenebrositas in oculis eius ⁊ est semper solitarius ⁊ est ignarus: ⁊ nō cognoscit dominū suum: ⁊ fiunt oculi eius rubei ⁊ vehementis asperitatis: ⁊ extrahit linguam. ⁊ currit saliua spumosa ex ore eius ⁊ fluit nasus capite eius depresso ⁊ auribus eius mollificatis ⁊ mouet eas: ⁊ inclinat dorsum eius: ⁊ specialiter ad latus ⁊ ambulat timidus decliuis: quasi sit ebrius tristis ⁊ angustiosus ⁊ precipitat cum passu. ⁊ cauda eius firmatur inter coxas: ⁊ currit contra omnē formam que ei ocurrit inuadēdo ipsā siue sit paries siue arbor: aut aīal: ⁊ latrat cū raucedine parum ⁊ obscure ⁊ cum latrat fugiunt alij canes ab ipso longinquo ⁊ fit instabilis ⁊ mānet tacitus ⁊ squalidus totus: ⁊ cum presens fit alicui cani non rabiosi repente blandit ei ⁊ obediens fit inter manus eius. ⁊ conatur fugere ab eo: Et lupus rabiosus est deterior cane: ⁊ fiunt multa animalia rabiosa sicut lupus ⁊ vulpes ⁊ mustella ⁊ muli vt dixerunt quidam. Et cum canis rabiosus vel aliud animal rabiosum momorderit hominem fit vulnus dolorosum in principio sicut sunt vulnera aliarum rerum. ⁊ post tempus representantur in eo forme timoris ⁊ incipit expauescere: ⁊ vigillare plus solito: ⁊ deficit appetitus comedendi ⁊ bibendi aquam propriam: ⁊ desiderat esse per se ⁊ habere alios homines odio ⁊ incipit murmurare absqꝫ causa māifesta ⁊ fit vox morsi rauca ⁊ plorat timore aque ⁊ humiditatum ⁊ quotiens aproximatur aque maginatur canem quasi timet ex ea: ⁊ quandoqꝫ nō teretur ex aqua immo nauseat eam. s. aquam ⁊ diligit in terra voluntuari quandoqꝫ ⁊ accidit proiectio spermatis absqꝫ desiderio: ⁊ fit spasmus ⁊ sudor frigidus ⁊ sincopis ⁊ mors ⁊ quandoqꝫ moritur sitiendo ante has dispositiones ⁊ desiderat aquam quandoqꝫ deide proclamat ex ea cum obuiat ei ⁊ sorbet ex ea: quandoqꝫ strangulatur per eam ⁊ moritur ⁊ latrat sicut canis ⁊ fit raucus ⁊ abscinditur vox eius quandoqꝫ ⁊ fit sicut apostolicus non valens tollerare vt clametur. Et quandoqꝫ mingit pingnedinem in qua sunt res carnose mirabiles q̄si sint animalia ⁊ quasi canes parui ⁊ vrina eius secundum plurimum subtilis apparet ⁊ quandoqꝫ vrina retinetur ita ꝙ mingere non valet ⁊ fit siccus vt plurimū secundum ventrem. ⁊ fit homo morsus promptus ad mordendum homines quibus omnibus morsis accidit post illud tempus quod accidit ei qui morsus fuerat ⁊ non teritus est ab aqua aliquis morsus ex cane vel homine rabioso qui euaserit per curationem aut absqꝫ curatione ⁊ maxime cum viderit faciem suam in speculo ⁊ non cognouerit seipsum aut cuz in eo ymaginatus est canis nisi duo viri de quibus dicitur ꝙ morsi fuerunt ab homine qui morsus erat a cane rabioso: ⁊ dicitur ꝙ incipit ex morsu canis rabiosi tremorem ⁊ moritur ad dies. xl. secundum plurimum ⁊ quandoqꝫ vsqꝫ ad ebdemodam. ⁊ quandoqꝫ vsqꝫ ad menses ⁊ dicitur a quibusdam vsqꝫ ad annos. vij. sed non creditur neqꝫ est verum.

Quando vero morsus fit a cane non rabioso ꝙ significatur per priuationem signorum significantiuz super canem rabiosum curabitur cum emplastro facto ex cepis sale ⁊ melle mixtis ⁊ pistatis ⁊ simul perfecte incorporatis ꝙ ponitur super vulnus per diem ⁊ noctem integram ⁊ post illud curabitur tale vulnus vel morsus: ⁊ etiam morsus leonis: ⁊ omnis animalis dentis absqꝫ rabie ⁊ proprie veneno cum vnguento nigro ꝙ sic fit. ℞. cere galbani picis liquide sepi alicuius añ. ℥. j. liquefiant in cazala adinuicem ⁊ collentur ⁊ fiat vnguentum hoc enim bis in die calidū super morsuram ⁊ vulnus ponatur: nam de proprietate huius vnguenti est sanare ⁊ mundificare ⁊ incarnare ⁊ consolidare plus omnibus alijs vnguentis. morsus ⁊ vulnera que fiunt a sagitis ⁊ spinis ⁊ vnguibus auium ⁊ animalium ⁊ rostris ⁊ dentibus animalium. s. lupi vulpis mustelle: canis: hominis: ⁊ similiū ⁊ specialiter apparebit vt diximus proprietas ⁊ vtilitas huius vnguenti si obseruabitur a principio vulneris illud ꝙ superius dictum est. s. de dilatatione vulneris cum oleo calido ⁊ de eius corrosione ⁊ attractione sanguinis ad exteriora cum cepis ⁊ sale ⁊ melle mixtis.

Cura vero canis rabiosi vel alicuius alterius animalis rabiosi est ex parte diete omni modo vt dictū est capitulo de melancolia nisi quia in potu morsi a cane rabioso vel animali rabioso debet omni ingenio aqua multiplicari. ⁊ si esset iam dispositus ꝙ nollet videre aquam superueniat discretio boni medici ꝙ cū canula vel stagnata recipiat aquam preterqꝫ eam videre possit ponendo in ore infirmi cannā vel stagnatam cum aqua vt aqua. os et gulā infirmi libere possit intrare absqꝫ aliqua visione et posset immo debet vsqꝫ a principio mundificari cum medicinis dictis eodem capitulo si fuerit necessarium et specialiter cū accidentia melancolie iā incipiunt manifeste appareret vel timoris seu rabiositatis.

Cura vero ex parte loci et defensionis cum medicinis ebibitis ne infirmus incurreret rabiem et incurrerit vt emendetur si est possibile est statim a pricipio morsus canis rabiosi vel animalis rabiosi vel ad minus vsqꝫ ad tres dies attrahatur sanguis cum ventosis ab ore vulneris et post extractionē sanguinis cauterizetur vulnus perfecte vsqꝫ ad profundum cum ferro ignito. nam post dies tres hec cura non esset vtilis eo ꝙ venenum post duos vel tres dies diffusum erit per totum corpus et posset remoueri per istam operationem in loco vulneris immo talis operatio post diffusionem veneni in totum corpus confortando locum vulneris faceret venenum plus currere per corpus et fortius. Semper enim a principio ponantur super locum vulneris ea que habent vulnus dilatare ⁊ prohibere ne consolidetur vt sunt sicla sinapis mel anacardum ⁊ cepe cum melle sale ⁊ eruca ⁊ similia: ⁊ non expectetur in cura morsus ex cane rabioso specialiter vel animali rabioso vt incurrat terrorem ex aqua vel humiditatibus quia puostquam territus fuerit ab aq̄ non curabitur ⁊ specialiter si complexio eius sicca fuerit nam cuius complexio fuerit humida tardetur longius a timore aque: ⁊ causa quia terētur morsi a cane rabioso est ꝙ cum complexio veneni sicca in membris firmata fuerit ⁊ facta fuerit masiua renuit contrarium ⁊ recipere illud non potest immo sequitur siccitatem ⁊ sic finaliter interficit sed antequā appareat vestigiū timoris ⁊ fixionis complexionis sicce ex veneno optime per medicinas ⁊ regimen curari poterit propter has causas contractas complexione sicca vel humida que est in hominibus tardatur timor aliquando in morsis immo vsqꝫ ad vnam ebdemodam quandoqꝫ vsqꝫ ad duas ⁊ cōmuniter vsqꝫ ad dies. xl. ⁊ humidis ⁊

pueris ⁊ mulieribus vſqꝫ ad menſes. vj. Medicine bibite ⁊ emplaſtrate que curant morſum canis rabioſi ⁊ preuident ne morſus ex cane rabioſo vel animali rabioſo incurrat rabiem ſic fiunt primo illud ꝙ bibitur ē tale. ℞. cineris cancrorum aduſtorum cum ſuis corticibus ⁊ totalitatibus eorum in furno ⁊ regula poſtꝗ̄ triti ⁊ cribrati fuerint. ʒ. x. gētiane. ℥. v. thuris. ʒ. j. terāt ⁊ cribrentur ⁊ miſceatur omni die a principio vſqꝫ ad dies. xl. continue recipiat. ʒ. iij. vel. j. ad minꝰ de hoc medicamine cum aqua frigida. hoc autē medicamē ſi datur a principio continue operatur māifeſte ꝙ morſus ex cane rabioſo non incurrit rabiem ⁊ etiam ſi iaꝫ inceperit timere ⁊ continuabit hoc medicamē vſqꝫ ad tempus dictum poſtꝗ̄ inceperit ipſum ſumere perfecte curabitur: ſumat etiam de tertio in tertium diem ʒ. ſ. tiriace bone hora qua vadit dormitum cum. ℥. iij. vel. iiij. aque frigide quia erit adiuuans ī hoc ⁊ vtile. Emplaſtrum ꝙ continue debet poni ſuper vulnus vſqꝫ ad perfectam curationem ſic fit. ℞. aceti vini. lī. i. ſ. oppopōaci. ℥. iij. picis liquide albe. lī. j. buliāt ad inuicem donec incorporata ſint ⁊ facta in moduꝫ ſpiſſitudinis ⁊ emplaſtri ⁊ tunc ponatur ſuper vulnus ⁊ ñ ſit aliquis auſus dedigere alia que debent fieri in principio in hoc caſu propter iſta medicina: ſed procedat cum mundificatione ⁊ dieta humoris melācolici ⁊ vētoſatione ⁊ cauterio vt eſt ſuperius plenarie dictum.

Morſus rapatium ⁊ puncture vnguinm ipſoruꝫ vt leonis ⁊ leopardi ⁊ luporum ⁊ ſimilium ⁊ morſuſ cocodrili ⁊ ſimie ⁊ gati muſtelle. muris ⁊ mugali ⁊ omnis animalis ex cuius morſu fit dolor malus ⁊ tmetur ne venenum inferat. Curatur vt dictum eſt in cura canis non rabioſi ⁊ rabioſi cum emplaſtris ventoſatōnibus mundificationibus cauterijs: dieta ⁊ potibus ⁊ omnibus alijs rebus preter ꝙ medicamē de cancriſ gentiana ⁊ thure non daꝫ niſi contra morſum canis rabioſi vel alterius animalis rabioſi. In alijs vero nō datur: nam in medicinis morſus cocodrili ponuntur adeps cocodrili adeps anſeris etiā in medicinis morſus ſimie ponuntur radix fenugreci ⁊ amigdale amare ⁊ ficus ſicce ⁊ in medicinis morſus gati ponuntur nigella ⁊ ſiſamum ⁊ in medicinis morſus muſtelle ponuntur ficus ſicce ⁊ farina orobi ⁊ in medicinis mugalli ꝙ eſt animal minus muſtella ⁊ aſſimilatur in morſu ⁊ modo muſtelle ponuntur radix gētiane ⁊ coagulum edi ⁊ agni ⁊ race ⁊ ſenābrium ⁊ ſimilia.

Capitulum. v. de puncturis paruorum venoſorum ⁊ morſu eorum.

Scorpiones differunt propter maſculineitatem ⁊ femineitatē per aculeum ⁊ per allas. ⁊ ſecūdū colores: vt ſcriptum eſt ī antiqs ſcripturis. per maſculineitateꝫ ⁊ femineitatem: nam maſculꝰ eſt extenuatur minutus ⁊ paruus īuenitur femina vero pinguis ⁊ groſſior exiſtit. per aculeum quia quidam ſcorpiones videntur habere duos aculeos ⁊ quidaꝫ vnū ⁊ ſcitur per quoſdam quia quidam dimittunt duo foramina poſt puncturam ⁊ quidaꝫ vnum. per allas etiam differūt quia ſecundū quoſdam qdā habēt alas ⁊ volant ⁊ ventus prohibet aliquando ne cadant: ⁊ mouet eos de regione in regionem: differunt etiam ſecundum colores quia dicitur ꝙ ſunt. viiij. colorum videlicet quidam ex ipſis ſunt albi quidam citrini: rubei: cineritij: ferandi: virides: aurei habentes nigras caudas. ⁊ extremitates caudarum: ⁊ ſunt quidam vinoſi coloris ex punctura quorum ſentitur vt punctura acus ⁊ nociuus dolor ⁊ ſunt ex eis fumoſi: ⁊ accidūt ex morſu eorum riſus ⁊ permixtio rationis: diuerſificatur etiam quia ſunt quidam qui habent. ſex. ſpondiles in cauda ⁊ ſunt fortes valde ⁊ īterficit morſus eorum ⁊ ſunt quidam minus fortes: ⁊ habent pauciores ſpondiles in cauda ⁊ morſus eorum non interficit. Significatur morſus ſcorpionis: quia locus morſus apoſtemaꝫ ſtatim cum duritie rubore ⁊ dolore intenſo. ⁊ infrigidaꝫ locus quandoqꝫ: ⁊ inflatur quandoqꝫ: ⁊ fit punctura ī loco vt punctura acus. ⁊ videtur infirmo vt comprimatur locus cum pila ſalis: et fit aliquādo ſudor et tremor labij inferioris et totius corporis et frigus eius et expulſio rei viſcoſe cū vomitu qui congellaꝫ ſuper ipſum ⁊ fit molificatio totius corporis: ⁊ eminentia in īguinibus: ⁊ tenſio virge et accidit inflāmatio ī vētre et excitantur ſuper hominē morſum bumbus vel trulla et ſpecialiter ſi morſus fuerit ab vmbilico inferius ſed ſi fuerit ſuperiꝰ fit apoſthema ſub aſcellis et cruciatio plurima ⁊ alteraꝫ color faciei ppter: et ſcorpio ſit fortiſſime malitie in tēdūtur oīa accidētia dicta ⁊ fiūt forciora: ita ꝙ locus morſuſ apparet cauterizatus ab igne vel ferro ignito. Curaꝫ cura cōmuni et generali cum tiriaca et cauterio loci extractione ſanguinis ex puntura a pncipio ſtatim cum ventoſis. ſed cura eius proprie eſt cū oleo de ſcorpionibꝰ ꝙ ſic fit. ℞. ariſtologie gentiane: ciperi. corticuꝫ: radicum caparis aā. ʒ. j. piſtentur omnia groſſomodo et pbiciantur in. lī. i. olei amigdalaꝝ amararuꝫ et dimittanꝫ ſic per ebdomadā: deinde collenꝫ et proicianꝫ in oleo illo ſcorpiones. x. et ſtet ſic ſub ſole tribus ebdomadis deinde adminiſtreꝫ ſuper locū morſum tiriaca ad illud valde bona ſic fit. ℞. caſtorei pipis albi: opij mirrhe aā. ʒ. j. informentur trociſci cum ſucco ariſtologie vl' rute et ſit vnuſquiſqꝫ ī pondere. xxxvj. grana ordei et danꝫ. ℥. iiij vini valet etiā hꝰ ī morſu rutele. Ad idē. ℞. oppoponacis mirrhe galbani. caſtorei pipis albi aā teranꝫ et conficianꝫ cuꝫ mele et ſtorace. aā. et deꝫ cum vino in modum caſtanee. Aliud. ℞. radicum coloquintide. caparis ariſtologie longe: abſinthij: cicoree aā. ʒ. ſ. fiat puluis datur cum vino de eo. ℈. j. pueris et magnis eſt eniꝫ mirabile in hoc cui non eſt par. Dicitur ꝙ ſi in morſu malitioſi ſcorpionis in vltimo dantur. ii. grana opii. ⁊. ii. iuſquiami confecta cum meile ꝙ multum confert. Emplaſtra bona ſi ponatur anacardus ſuper morſurā erit valde vtile ſi fuerit concuſſus et humidus Aliud. ℞. maiorane ſicce vel viridis et miſceatur cum vrina hominis et fiat emplaſtrum. aliud ꝙ datur ad bibendum in hoc valde bonum terantur dentes. iii: allei et dentur cum vino veteri optimo et erit vtile et bonū et fiat ex eis emplaſtrum ſuper locum morſuꝫ erit magis conferens ſi deus voluerit. Algererat ſeu aliarti ſunt vt ſcorpiones habentes corpus gilboſum trahētes poſt ſe caudam et eorum venenum calidum dicitur: et multiplicatur in alcoꝫ et in aſcari honorato. de punctura eorum non curatur prima die ſed poſt diem accidit anguſtia et alteratur color et quandoqꝫ ycteritia accidit et lingua apoſtematur et vlceratur locus puncture et mingit infirmus ſanguinem et non aſcillat et incipit cum pulſu cordis et ſincopi et cōuertitur ad mortem et non oportet vt negligatur propter lenitatem ſitus eius quandoqꝫ eſt mali veneni. Primo curatur cum cauterio et medicinis vniuerſalibus ad venenum cum tiriaca et attractione ſanguinis ex loco cum ventoſis. et ſumat ſepe aquam lactucarum et cicoree et aquam ordei et omnia extinctiua caloris: et bibat vinum debile limphatum multum cum aqua veri frigoris. et bibat vinuꝫ de granatiſ. vel ſuccum de pomis acetoſis cum aqua frigida. Tiriaca bona ad hoc ſic fit. ℞e. corticum radicum caparorum gentiane abſinthii ariſtologie rotunde. aā. cicoree ſicce. ʒ. iiii. terātur et miſceantur et fit eius doſis. ʒ. ii. cum aqua decoctionis cicoree. Aliud ad idem. ℞e. cicoree ſicce. fo-

liorum malorum acetosorum. coriandri. an. partes eq
les datur de eo cum aqua predicta quantum trib⁹ di-
gitis ter capi potest. si autem accideret calor fortis vl'
inflatio extinguatur cum suco fructuum acetosorum ꝛ
aqua frigida: vel cum eiusdem succis ꝛ aqua frigida
ꝛ camphora ꝛ curetur cum aqua endiuie: ꝛ si mingeret
sanguinem curetur cum medicinis ad mictu3 sangui
nis: ꝛ si apostemetur lingua fiat flobotomia ꝛ in mictu
sanguinis similiter. in principio circa vulnus fiat epi-
tima cum bolo armeno vel oleo rosato ꝛ aqua rosata
ꝛ aliquantulo aceti.

Rutella mordet vt scorpio ꝛ algerat ꝛ videtur
q fit nature eiusde3 ꝛ malitie illorum duorum ꝛ est ani
mal q assimilatur paruo araneo ꝛ vocatur phiphyr.
i. rapax ꝛ solet muscas venari situ vero magno araneo
ꝛ habenti longos pedes assimilatur. Species autem
rutelle sunt sex rubea viridis ꝛ depicta siue que est va
rij coloris alba lucens ꝛ citrina ex morsu rubee sequi
tur dolor fortis in loco morsus: ꝛ totius membri ꝛ ven
tris strictura. sed ex morsu que est coloris viridis est p
uus dolor cum pruritu qui vehementer sedat ex mor
su ei⁹ qui e varij coloris vel q est depicta sequitur do
lor fortis in toto corpore frigiditas ꝛ tremor. Ex mor
su vero albe sequit dolor pu⁹ ꝛ prurit⁹ ꝛ vetris flux⁹.
Ex morsu vero eius q super dorsum h3 lucetes lineas
ꝛ vocatur lucens sequitur paruus dolor ꝛ pruritus at-
q3 stupor: ꝛ relaxatio totius corporis: sed ex morsu eius
que citrina est habens super se pilos accidut dolor for
tissimus ꝛ tremor atq3 sudor ꝛ inflatio ventris. Cura
omnium equaliter est vt infirmus sedeat cum mem-
bro leso in aqua calida donec dolor sedetur: nam cum
in aqua per vnam horam quiescet: ꝛ cum ex aqua exie
rit dolor reuertetur iterum ꝛ cum dolor quieuerit per
viam istam locum ex aqua in qua multum salis fue-
rit resolutum line ꝛ laua ꝛ tunc corpus calefac patien
tis ꝛ fac ipsum in egredi balneum ꝛ sudare ipsum in
eo multotiens per dies aliquos ꝛ postea pone super
locum emplastrum q sic fit. Reci. cineris ligni sicci:
calcis: salis alchali vel salis simpliciter an conspergã
tur vel incorporentur ex aqua calida ꝛ ponatur super
locum. dentur. ʒ. ij. nigelle patienti ꝛ erit vtile. Aliud
ad idem. Re. nigelle. ʒ. x. dauci cimini an. ʒ. v. semi-
nis iuniperi gallarum cipressi. an. ʒ. iij. spice inde ba-
charu lauri aristologie rotude carpobalsami: cinamo
mi: gentiane plantaginis seminis apij. an. ℥. ij. teratur
pistentur ꝛ pficiant cu3 mele ꝛ detur de eo ad magnitu
dinem nucis cum vino veteri: vel cum nouo purifica
to idem. idem operatur medicamen factu3 cotra scor
piones dictum superius q fit de oppoponaco ꝛ mirra
ꝛ alijs rebus.

Ad puncturam vesparum aranearum: apum for
micarum volantium: stellionum: lacertum ꝛ pedicu-
lorum qui vocantur piatoni ꝛ vermium habentium.
xl. pedes: ꝛ salamandre ꝛ scorpionis marine ꝛ aranee.
marine ꝛ rane rubee. Comunis operatio contra pun-
cturas omnium paruorum animalium ꝛ vermium e
illa que dicta est in cura morsus ꝛ puncture scorpionis
simpliciter ꝛ in cura rutellarum videlicet cum tiriaca
communi ꝛ tiriacis factis in punctura rutella ꝛ scor-
pionum. Cura propria vnicuique vermium narra-
torum trahitur ex proprijs significationibus cuiusli-
bet verbi gratia ex morsu vespe ꝛ apis accidant dolor
ꝛ rubedo: ꝛ apostema in loco sed inflatio aliqua ꝛ in pu
ctura magnaru3 ꝛ aliquando timor: ꝛ perditio aliqua
do ꝛ in paruis: sed faciunt vesicas in loco manifeste: ꝛ
lingua grauatur ex eorum morsu aliquando ꝛ aliquan
do fit spasmus propter hoc.

Et est differentia manifesta inter puncturas ves
perum ꝛ appum quia vespa mordet ꝛ pungit preter
q dimittat aculeum apes vero parua dimittit aculeu
vnum: ꝛ apes magna siue habens caput magnum di
mittit aculeos plurimos quandoq3. Cura conuenies
vtrisq3 est statim super locum morsum ponatur suc-
sansuci: vel pistetur coriandrum ꝛ ponatur super lo-
cum: ꝛ sumat patiens res frigidas per os. s. succu3 la
ctucarum ꝛ similium ꝛ vinum granatorum ꝛ berberis
ꝛ fiat emplastrum super locum cum maluis violis ꝛ
rosis succo citrulorum ꝛ similium: accipatur lenticula
aque ꝛ pistetur cum aceto ꝛ ponatur sup locu ꝛ vide-
bis mirabile: ponatur iterum panus infusus in aqua
frigida ꝛ aceto: ꝛ erit vtile valde: vel in quibus dissol
uatur opiu3 ꝛ sene ꝛ iusquiamu aliquid camphore cu3
succis lactucarum ꝛ solatri ꝛ erit conueniens. Aliud
bonum conueniens est vt ponatur membrum morsu3
in aqua calida: ꝛ dimittatur per hora3 deinde permu
tetur subito ad aquam frigidam salsam mixtam cu3
aceto. statim remouebitur dolor fricetur statim locus
cu saliua ꝛ aceto post puncturam sedabit dolor ꝛ no fi-
et apostema neq3 inflatio.

Ex puncturis araneorum aliquando consequun
tur seua accidentia ita q extremitates infrigidantur
ꝛ cutis oripilatur: ꝛ erigitur virga ꝛ tenditur ꝛ imple
tur venter ventositate. Curatur eoꝝ morsus cu3 ruta
sicca: ꝛ ciperis contritis quando datur cum vino: ꝛ e
conueniens vt patiens sudet in balneo: ꝛ post balneu
sumat tiriaca: ꝛ bibat vinu calidu tota die paulatim
ꝛ non subito.

Formica volans est in iudicio cura apum: sed est
longior ea: ꝛ habet aculeum ꝛ pedes longos araneales
citrinos longiores pedibus vesparum ꝛ cingulum h3
citrinum ꝛ non est ei de ingenio ad fabricandum ha-
bitaculu suum q est in vespisimo fabricat habitaculu
suum de luto habente orificia lata ꝛ facit pilos vt ara
neus: qui cum egrediuntur de cauernis suis incedunt
ambulatione aranei ꝛ est de iudicio vesparum secun
dum quodam ꝛ propter hoc cura eius non variatur
a cura vesparum ꝛ apum.

Stellio ꝛ lacerta quando mordent dimittunt in
loco morsus dentes paruos subtiles ꝛ nigros: ꝛ non
cessat dolor puncture donec auferantur dentes cu seta
vel cum aliquo ingenio: nam post extractionem den
tium sedatur dolor: ponuntur quadoq3 cinis ꝛ oleum
sup morsura calida valde ꝛ sedatur dolor ꝛ extrahut
detes ꝛ si comedat cicorea ꝛ ponatur pistata super lo
cu pfert detur etia3 in potu tiriaca rutelle ꝛ erit bonu.

Animal habens pedes. xl. q quandoq3 antecedit
in itinere suo ante ꝛ qdoq3 retro cedit habet venenu
vt dicit ꝛ habet. xx. pedes in qualibet parte ꝛ dicit q
eius longitudo est qnq3 vsq3 ad vnu palmu. Curatur
morsus eius cum succo affodilorum vel cu sale ꝛ aceto.

Dicitur q de salamandra ab antiquis q est bestio
la similis lacerte habes quatuor pedes ꝛ est curte cau
de ꝛ pensant quidam q ipsa no aduritur ꝛ si proicia
tur in igne imo ignem extinguit sed veritas sensualis
cu ratione no manifestat hoc. ꝛ accidunt ex morsu ei⁹
dolor vehemens ꝛ inflatio in corpore: ꝛ grauitas in li
gua ꝛ punctio ꝛ tremor ꝛ stupor. Et fit quadoq3 i me
bro nigredo rotunda cum casu membri. Curatur cum
rasina ꝛ melle quando sumuntur in potu cu decoctio
ne camepiteos ꝛ decoctione foliorum lilij: vrtice ꝛ olei
ꝛ quidam dant in illo casu ranas decoctas ꝛ ius earum
ꝛ ponunt carnes salmandre pro emplastro super eius
morsuram ꝛ testiculum campestrem ꝛ folia rute.

Ex morsu scorpionis marini accidit inflatio ve
tris ꝛ forma ydropis: ꝛ quandoq3 accidit exitus ven
tositatis absq3 dolore.

Cura eius est sicut cura rutelle ꝛ cura cois dicunt
sapientes quod aranea marina est maligna valde. q2
inuadit animalia ꝛ corpora: ꝛ salit ad ea ex logiquo vt
ea mordeat. Et si mordere n pot sufflat ad ea nociua suf
flationem ꝛ accidit ex morsu eius apostema magnum
ꝛ velox perditio quandoq3. Cura morsus eius cum ti
riaca magna ꝛ cura communi proprie. si aliqui ver
mes sint venenosi de quibus non sit facta mentio.

loco illo curantur absq3 dubio eorum venena cum cura communi vel aliqua cura propria dicta tractatu illi⁹: ⁊ deus melius nouit.

Capitulum. vj. de mineris que in potu sumuntur et operantur vt venena.

Alxia nocendi et interficiē

m di inuenitur in mineris: ⁊ maxime ī quosdā lapide qui assimilatur corallo quia dicitur ꝙ. ℈.ß.est interficiens: ⁊ operatur tota sui substantia vt napellus: ⁊ secundum hoc est de venenis vltimis ⁊ veris ⁊ accidit ex potu ei⁹ et accidit ex potu napelli. Cura eius est vt vomat cum oleo ⁊ nucibus ⁊ cū decoctione seminis napi ⁊ butiro ⁊ ꝙ post vomitū sumat tyriacam magnam: ⁊ vinū diamuscum ⁊ diamargariton. ⁊ radices ceparis conferunt in hoc valde.

Argentum viuum quando bibitur non leditur ex eo bibens eo ꝙ egreditur cum dispositione sua ad inferiora: sed quando funditur in aurē accidit dolor vehemēs ⁊ commixtio rationis: ⁊ quandoq3 perducit ad spasmū epilensiam ⁊ appoplesiam propter lesionem substantie cerebri cum frigore eius ⁊ commotione ⁊ ipsius permutatione. Sed extinctum ⁊ sublimatum est nociuum ⁊ incisiuum ⁊ inducit puncturam ⁊ tortionem intestinorum: ⁊ deambulationem sanguinis ⁊ grauitatem lingue ⁊ stomachi ex subtilitate quam acquisiuit ex artificio cum sua mala frigiditate ⁊ apostematur corpus ⁊ retinetur vrina ⁊ non extinctum frigiditate sua actuali ledit stomachum ⁊ intestina cum dolore ⁊ torsiōe anteq3 egrediatur per inferiorem regionem. Cura eius est bibere vinum cum aqua mellis ⁊ ʒ.iij. myrrhe vna vice post aliam multotiens ⁊ facere clistere cum eisdem rebus ⁊ baurach ⁊ post illud adhibere ei ea que conferūt in rasura intestinorum vt dictum est capitulo flux⁹ vētris: ⁊ cum hoc addere ea que cor confortant. Quādo autem in aurem fuerit infusum oportet vt patiens saliat super pedem illius partis inclinando aurem versus terram secundum ꝙ possibile fuerit: ⁊ non intromitatur aliud neq3 radius in aurem causa colligendi argētum viuum: quia cum non possit colligi acquirit condictionem ex commixtione rei intromisse vt magis interiora versus cerebrum penetret: quia fit error in eius cura per viam intromissionis: nam solus saltus cum auris inclinatione sufficit ⁊ specialiter in principio rei

Ex potu litargirij accidit vt apostemetur corpus patientis ⁊ lingua eius grauatur: ⁊ stercus ⁊ vrina non retinetur: immo superfluit fluxus ventris ⁊ vrie ⁊ sentit grauitatem in intestinis: ita ꝙ egreditur anus ⁊ fit rasura ⁊ fit inflatio in capite longaonis ⁊ erit a ventre eius quasi glandula lapidea: ⁊ fiunt dolores ⁊ accidentia sicut yleos: ⁊ fit color corporis sicut color plumbi vel limatura plumbi. Cura introducatur vomitus cum baurach. ⁊ cum decoctione seminis apij aneti ⁊ ficus. ⁊ sumat post vinum. ʒ.iij. myrrhe cum vino aut spica celtica cum fimo columbo bibentis vinum: quia curat ꝭ de proprietate: ⁊ oportet vt sumat ysopum absinthium aut semen apij aut seminis piper cum vino aut pondus. ʒ.j. myrrhe cum pondere. ʒ.ß. piperis donec sudet: ⁊ dantur. vj. uel. iiij. grana scamonee in aqua mellis ⁊ vtatur cibarijs factis ex carnib⁹ agni edi ⁊ similiū ⁊ vtatur aperitiuis ⁊ prouocatiuis ⁊ solutiuis ⁊ quando per se absq3 violentia emiserit vrinam ⁊ stercus est signum liberationis.

Ex cerusa quando bibitur vel intrat per anhelitum accidunt corporis albificatio lingue: ⁊ membrorū mollificatio: ⁊ fit tussis ⁊ singultus ⁊ permiscet̄ ratio: ⁊ corpus infrigidatur cerebrum exiccatur ⁊ fit sincopis ⁊ fit in ventre punctura ⁊ mordicatio in stomacho. ⁊ in gutture ponticitas ⁊ asperitas in lingua ⁊ in ore stomachi dolor ⁊ ypocundrijs ⁊ albificantur color corporis ⁊ mingit infirmus quandoq3 nigrum sanguinem. Curatur quando infirmus comedit sisamum vel semen lini et bibit vinum purum super ipsum ⁊ non permittat̄ dormire ⁊ bibat aquam mellis cum. vj. granis vl. iiij. scamonee ⁊ prouocantia vrinam ⁊ prouocetur vomitus cū oleo de lilio vel de aneto: uel de camamilla vel de spica ⁊ clistericet̄ sepe cū clisteri lenitiuo: ⁊ cū oleis fiat in omnibus vt dictum est superius in cura ei⁹ qui sumpsit litargiruꝫ.

Quando aliquis sumpsit gipsum accidit ei illa que accidunt ei qui sumpsit cerusam: Sed maior fit strangulatio ⁊ malus anhelitus in stomacho q̄ȝ in illo. Curat̄ cum cura ceruse vel cura fungorum. ⁊ post hoc sumat in potu mucillaginem fenugreci ⁊ seminis lini ⁊ malue ⁊ radicum maluauisci ⁊ psilij ⁊ mundificetur sepe cum scamonea ⁊ aqua mellis vt dictum est superius: ⁊ si fieret excoriatio intestinorum curetur vt dictum est superius ī fluxu ventris de proprietate curatur ysopo ⁊ cinere extremitatum vitis.

Ex vzifure ⁊ almagra accidit ꝙ accidit ex argento viuo: sed accidit qn̄q3 solutio ventris plurima ex istis. Cura argenti viui extincti est eadem cum illis ⁊ in fine fiant sorbitiones ex brodio gallinarum ⁊ auium pinguium.

Ex potu limature ferri vel squamarum eius fiunt vehemens dolor ⁊ mordicatio fortis in gutture ⁊ incisio in visceribus ⁊ vlcera ⁊ vomitus. Cura dare conuenit lac cum eo ꝙ soluit cum fortitudine vt est puluis pillularum fetidarum vel stomaticarum ⁊ post illud sumat butirum crudum ⁊ coctuꝫ tam diu donec dispositiones male sedentur ⁊ assiduetur effusio olei rosati et olei violati ⁊ de salicibus mirtorum cum aceto sup eorum capita ⁊ quandoq3 patiens sumat aliquid ex magnete vt agregetur illud ꝙ separatum est super seipsū deinde consequenter adhibeātur solutiua ⁊ datur quādoq3 de magnete infirmo. ʒ.j. in potu ⁊ post illō ad sorbendum iura vnctuosa lubricantia cum butiro cocto vacino vt fiat solutio ventris si fuerit descendens. Vel vt euomat ipsum cum eis si in stomacho ad hoc fuerit.

Azinzar idest ziniar vel viride es ⁊ calx ⁊ arsenicum faciunt vehementem puncturam ⁊ mordicationem in gutture ⁊ incisionem in visceribus ⁊ vlcera ⁊ vomitū ⁊ accidit oris siccitas ⁊ dolor in stomacho ⁊ solutio vētris cum sanguine: ⁊ vrine difficultas ⁊ egrediunt̄ cū vrina quandoq3 ⁊ proprie calx ⁊ accidit frigus extremitatum ⁊ sincopis ⁊ exiccatur lingua ⁊ accidit prefocatio. Cura vomat primo cum oleo aliquo in aqua calida: ⁊ nuces masticet: ⁊ post vomitum sumat iulep vel syrupum violatum cū aqua calida: ⁊ post illud sumat decoctionem seminis lini vel rizi vel eruce: vel succū malue cum melle ⁊ continue sumat lac ⁊ mucillagines viscosas.

Cura gipsi sunt iura pinguia ⁊ adeps ⁊ proprie cū maluis: ⁊ curatur proprie calx cum clisteribus vnctuosis leniuicatiuis ⁊ ꝙ valet in hoc est vrina asini ⁊ ʒ.j. fellis gazeli idest caprioli quando datur cū aqua calida.

Accidit ex potu aluminis ⁊ dragagāti tussis vemēs perducens ad ptisim. Cura eorum est continue assumere lac asininum ⁊ potare butirum crudum ⁊ zucharum ⁊ syrupum de ysopo ⁊ similia.

Capitulum. vij. de plantis ⁊ herbis calidis venenosis que in potu vel comestione dantur.

Apellus est herba que pre

n ter hoc ꝙ sit calida venenum habet ex propria natura quo interficit animalia subito. o quam parum cōfert tyriaca magna seu tyriaca andromaci cum suum venenum: immo multotiens nihil confert. Accidit autem ex potu eius vt labia potantis apostemetur: ⁊ eius lingua: ⁊ egrediuntur oculi ⁊ fiunt super ipsum vertigo ⁊ sincopis ⁊ tenasmon ⁊ raro euadūt q ex ea sumunt qn in ethicā cadāt aut ptisim ⁊ si sagitte imbibuntur ex succo eius interficiūt quem

inueniunt statim. Cura secundum q[uod] est possibile fieri sic fit preparetur patiens ad vomendum cum decoctione seminis napi: ⁊ detur in potu vinum ⁊ butirum vacinum coctum multiplicando potum post potum. ⁊ exhibendo decoctionem corticum glandium cum vino: sed cura principalis post vomitum ⁊ etiam ante est exhibitio tyriace cum vino ⁊ musco ⁊ metridati ⁊ diamusci ⁊ diamargariton cum vino decoctionis capparorum macis ⁊ croci: ⁊ dicitur q[uod] nascitur vel nutritur animal quodam apud radicem napelli in modum muris de carne illius si comedatur vel sumatur quod de proprietate sanat venenum napelli: quia eius natura est contraria napello in summo: sed de hoc non habeo veritatem q[ua]uis si dicatur. Cura vniuersalis est bona in hoc: videlicet vomitus ⁊ vsus tyriace magne ⁊ metridati ⁊ similium.

Quando quis sumpsit cornua spice accidit nigredo lingue ⁊ exit vrina ex virga hominis guttatim ⁊ emergunt signa frenesis. Curatur post communem curam que est cum vomitu facto ex aqua hordei ⁊ oleo rosato tepido ⁊ similibus quando datur infirmo aureum camphore cum. ℥. j. aque rosate: ⁊ cum hoc si emplastretur cum sandalis ⁊ rosis ⁊ aqua rosata ⁊ camphora pistatis simul ⁊ incorporatis: ⁊ epar etiam: sumat sepe patiens sanich malorum acetosorum ⁊ vinum de granatis et succum berberis ⁊ sanich hordei ⁊ aquam frigidam cum iulep: ⁊ sirupum violatum ⁊ similia scilicet aqua solatri ⁊ aqua lactis acetosi.

Est quedam herba que markion vocatur ⁊ facit accidentia vt napellus ⁊ curatur cum medicinis napelli ⁊ non cum aliis rebus per euforbium cum per os sumitur fiunt angustia. ⁊ inflammatio ⁊ morditatio in ventre ⁊ singultus: ⁊ ventris fluxus ⁊ maxime cum superfluit. Curatur eius malicia ⁊ emendatur cum vomitu facto ex oleo violato ⁊ aqua decoctionis violarum ⁊ maluarum mixtis cum iulep vel sirupo violato ⁊ post vomitum sumat butirum coctum ⁊ crudum ⁊ sumat aquam granatorum maiorum: ⁊ aquam malorum acetosorum et maiorum ⁊ lactis acetosi aquam ⁊ similia.

Lactitimali ⁊ mezereon ⁊ scamonea ⁊ caiusnemelon ⁊ omne lac herbarum venenosarum in iudicio ⁊ curatione sunt eiusdem curationis ⁊ condicionis. Accidunt ex eis mordicatio ⁊ dolor in ventre ⁊ i[n] intestinis ⁊ solutio ventris ⁊ vomitus flegmaticus ⁊ spumosus ⁊ commotio in stomacho ⁊ intestinis ⁊ toto corpore ⁊ singultus deinde superuenit spasmus ⁊ destruit vox ⁊ fit mors finaliter. ʒ. ij. lactis titimali ⁊ similium interficiunt: et de scamonea. ʒ. ij. ⁊ de mezereon ⁊ camemelon. ⁊ caiusnemelon. ʒ. ij. interficiunt secundum plus ⁊ minus secundum virtutem recipientis ad minus q[uod] datur de his p[ro] medicina est sexta pars. ʒ. j. Curantur talia ⁊ emendantur cum butiro crudo ⁊ cocto cum rebus que valent ad mictum sanguinis ⁊ solutione ventris dictis suis capitulis: ⁊ curantur cum aqua decoctionis malorum acetosorum ⁊ citoniorum ⁊ succo berberis ⁊ sumach ⁊ cum balneo aque decoctionis gallarum ⁊ nespilorum ⁊ sorbarum ⁊ similium. ⁊ si multiplicaretur dolor detur patienti post ista in potu tyriaca magna: vel metridatum vel medicamen de terra sigillata: ⁊ post ista ratione male complexionis acquisite ex his detur in potu oximel et aqua endiuie ⁊ lactucarum ⁊ cicoree ⁊ similium.

Qui enim sumit in potu oleandrum qui est herba venenosa expensa super terram ⁊ est valde calida ⁊ nascitur in ripis aquarum ⁊ fluuiorum incurrit inflationem ventris ⁊ angustiam vehementem ⁊ inflammationem ⁊ aqua in qua oleander sedet vel nascitur est mala valde sumitur cum sirupo violato vel iulep si non est excusatio a receptione eius. Curatur eius malitia cum decoctione fenugreci: ⁊ cum dactilis ⁊ decoctionis seminis agni casti ⁊ ipsius agni casti est ipsius tyriaca ⁊ ficus cum melle ⁊ zucharo ⁊ iulep ⁊ rob vini: ⁊ omnia dulcia sunt conuenientia in hoc ⁊ preter h[oc] vnctuosa ⁊ viscosa ⁊ vsus clisteriorum rerum dulcium est valde conueniens.

Anacardi faciunt accidere i[n] gutture ⁊ ventris concauitate incisiones ⁊ mordicationes ⁊ inflammationes cum egritudine acuta: ⁊ quandoq[ue] destruunt quedam membra: ⁊ quando saluatur aliquis ab eis faciunt accidere alienationem: ⁊ pondus aur. ij. de viridibus ⁊ recentibus interficit: ⁊ in quibusdam hominibus non nocent de proprietate cum sint humidi flegmatici: et maxime quando cum nucibus non comeduntur. Cura ipsorum fit cum oleo amigdalino ⁊ sisamino ⁊ butiro crudo ⁊ cocto ⁊ lacte ⁊ oleo de semine lini ⁊ iuribus pinguibus ⁊ post sedationem mordicationis: sumatur lac acetosum vacinum infrigidatum vel cum niue vel oleum vio. infrigidatum vel aquam hordei infrigidatam vel aquam fructuum: ⁊ sedeat patiens in aqua decoctionis gallarum vel mirtillorum ⁊ sorbarum ⁊ curetur cum cura apostematis calidi: ⁊ granorum pini curant malitiam huius rei ⁊ nux est eorum tyriaca proprie.

Qui sumpsit erucam egrestem incurrit egressionem oculi ad exteriora ⁊ adustionem ⁊ vehementem inflationem. Curatur tamen cum vomitu ex aqua calida ⁊ oleo ⁊ cum cura oleandri dicta superius.

Cum quis recipit gummam rute montane i[n]currit retentionem egestionis ⁊ vrine ⁊ apostematur lingua ⁊ accidunt rugitus ⁊ inflatio ⁊ adustio in gutture ⁊ stomacho ⁊ fiunt quandoq[ue] agressio oculi ⁊ rubedo faciei et eminentie cum pruritu in toto corpore ex acuitate eius ⁊ quandoq[ue] perducit ad difficultatem ⁊ paruitatem anhelitus. Curatur cum vomitu facto ex oleo violato ⁊ aq[ua] calida ⁊ maxime si post vomitum sumpserit lac ⁊ butirum crudum ⁊ gargarizet aquam hordei cum oleo rosato ⁊ lacte dulci ⁊ preter hoc sumat in potu syrupum acetosum ⁊ infusionem absinthii vel decoctionem origani. ⁊ forsitan castoreum cum aceto calefacto aut melle confert de proprietate aut per semitam expulsionis a corpore cum resolutione verumtamen infrigidatio per viam necessitatis melior est in hoc.

Cataputia: condisi ⁊ elleborus albus: ⁊ ciclamen ⁊ succus cucumeris asinini: ⁊ species nigelle venenose male: ⁊ agaricum nigrum quasi sunt eiusdem condictionis i[n] accidentibus ⁊ curatoria inducunt fortissimam ascellationem et vomitum ⁊ quandoq[ue] illa ⁊ specialiter elle. albus congregant aliquid q[uod] non expellitur imo prefocant ⁊ inducunt sincopim ⁊ casum virtutis: ⁊ sudorem frigidum ⁊ spasmum ⁊ maxime elleborus albus et agaricum nigrum. Dicit q[uod] G. voluit q[uod] pulsus bibentis elleborum album specialiter i[n] principio est latus rarus debilis valde propter prefocationem caloris innati sub materia plurima q[uo]d est co[n]sueta medicine virtus subito ⁊ eam non potest expellere ipsa natura: ⁊ cum dominatur apparet diuersitas cui non est ordo: eo q[uod] virtus intrinseca est coartata: cum vero incipit equari ⁊ ordinari dispositio egri fit bona: s[ed] si dispositio egri non fuerit tendens ad rectificationem: imo ad singultum ⁊ spasmum debilitatur pulsus ⁊ diuersificatur absq[ue] ordine ⁊ tardatur eo q[uod] extinguitur calor: apparet ex dissolutione humidi venalis quandoq[ue] vnctuositas humiditatis ⁊ dicitur post hoc q[uod] elleborus albus de proprietate interficit canem. Cura ellebori ⁊ aliorum fit ⁊ fieri debet cum lacte ⁊ butiro cocto plurimo ⁊ cum iuribus pinguibus ⁊ balneo tepido et cum multiplicatio omnis humidi et cum exhibitione tyriace magne cum lacte et butiro et aqua tepida conueniens et vtile esset in principio addere in vomitu si materia tracta ad stomachum non esset tota expulsa facto cum aqua calida et oleo violato et similibus vel addere in clisteri facto ex eisdem rebus et agarico et post hoc rectificare naturam cum rebus dictis.

Accidit ei qui sumpsit elleborum nigrum ventris solutio magna et prefocatio et pulsus cordis et lingue adustio et strictura et inflatio et spasmus cum singultu et mors finaliter et. ʒ. ij. de eo faciunt hoc et interficiunt et plus et minus secundum virtutem. Cura eius fit cum tyriaca et vino calido et absinthio mixto cum vino: aut q[ua]ndoq[ue]. ʒ. ij. cum vino sumuntur

de medicamine q̄ sic fit. ℞ecipe castorei anisi cimini
spice ante terantur ⁊ ponatur super loco doloroso vel i-
flatio pannus calefactus vel spongeam infusam in a-
qua calida decoctionis absinthij. Ciba ipsuȝ post hoc
cum superfluit eius malitia: ⁊ virtus incipit debilita-
ri cum iure gallinarum pinguium ⁊ vino dulci limpha
to multum cum aqua calida ⁊ cuȝ caseo recenti mixto
cum butiro ⁊ melle ⁊ si solutio superfluat sedeat patiens
in aqua frigida ⁊ bibat succos stipticos ⁊ medicinas cō
strictiuas que dicte sunt in fluxu ventris.

Quando quis sumit castoreum plus debito ⁊ specia
liter nigrum fetidum ⁊ cinerulentum incurrit calidita
tem cerebri ⁊ alienationem cum instabilitate ⁊ motu
⁊ sitim ⁊ nigredinem lingue cum suffocatione ⁊ inter-
ficit in die primo. Cura conuenit vt prouocetur vomi
tus cum aqua decoctionis aneti sebesten vel passulla-
rum ⁊ calamenti mixta cum melle ⁊ vino ⁊ post vomi
tum vtatur agresta vel acetositate citri ⁊ succo fructu-
um acetosorum ⁊ aceto vini per se ⁊ lacte vacino aceto
so ⁊ lacte asinino ⁊ tyriaca cum succo malorum aceto-
sorum.

Squila per vsum longum inducit excoriationem ī-
testinorum ⁊ viarum epatis ⁊ antecedunt ista punctu
ra ⁊ incisio sumat statim patiens cum sumit hoc lac ca
lidum ⁊ decoctum cum ferro ignito ⁊ vitellos ouoruȝ
elixatorum in aceto ⁊ succos stipticos cuȝ frixis ⁊ assis
⁊ vino stiptico limphato cum aqua decoctionis mirti
lorum vel sumach.

Strangulator adib: ⁊ leopardi ⁊ omnia genera strā
gulatorum inducunt ponticitatem cum siccitate ⁊ apo
stema in pallato meri ⁊ canna pulmonis: ⁊ cum hoc ele
uatur ex ore īfirmi vapor fumosus ⁊ peruenit lesio ei⁹
vsq; ad scisuram lingue ⁊ tremorem temporuȝ ipsius
deinde ad spasmum prefocatiuum rugitum in ventre
⁊ malam ventositatem ⁊ accidunt sinthomatha ⁊ ocu
lorum tenebrositas cum humiditate in oculis: ⁊ specia
liter quando vult ire ⁊ grauatur pectus: ⁊ scias q̄ stran
gulator leopardi est amari saporis ⁊ horridi odoris.
Cura conuenit vt statim introducatur vomitus cum
aqua aneti ⁊ similium ⁊ oleo: ⁊ fiat clistere cum eisdem
⁊ postea da in potu origanum prasium rutham ⁊ absin
thium: ⁊ sticados cum vino ⁊ camepitheos cum vino
⁊ detur. ʒ. j. ſ. olei balsami vel. ʒ. j. tyriace cum vino in
quo ferrum fuerit extinctum vel argentum vel aurum
⁊ conueniens in hoc est scoria ferri vel coagulum edi
aut cerui: seu gazel: deinde nutries eum cum iuribus pī
guibus gallinarum ⁊ similium.

Quando datur alicui cortex rizi vel semē vrtice: aut
turbit citrinum seu medula fructuum rancida aut mel
malum seu viscus accidit ex cortice rizi qui nominatur
⁊ scribitur in veneni dolor in ore ⁊ lingua: ⁊ lingue in
flatio ⁊ extenditur dolor vsq; ad vmbilicum ⁊ stoma-
chum ⁊ eius intestina ⁊ inflatur corpus totum aliquan
do. Curatur cum oleo decoctioni citoniorū ⁊ cum eis
que dicemus in cura cantaridarum.

Ex comestione seminis vrtice accidunt que accidūt
ex squila tussis fortis ⁊ curatur ex eisdem rebus ⁊ cum
aqua hordei vel sirupo violato ⁊ iulep ⁊ similibus.

Ex exhibitione turbit citrini accidunt ea que acci-
dunt ex elleboro nigro ⁊ agarico nigro. Curatur tamē
ex potu olei amigdalarum ⁊ ex rebus dictis in cura elle
bori nigri ⁊ iuribus.

Cum quis sumit medulas nucum vel auelanarum
vel fructuum rancidas incurrit scisuras lingue nauseā
⁊ sincopim ⁊ angustiam ⁊ ea que dicta sunt de squila.
Curatur earum malitia cum squila succo fructuum ace
tosorum ⁊ insipidorum ⁊ stipticorum ⁊ habentium sti-
pticitatem cum acetositate.

Quando datur alicui mel malum q̄ est acutum val-
de ⁊ q̄ est faciens sternutare propter ipsius malitiam:
⁊ acuitatem accidunt sincopis quandoq; frig⁹ ⁊ sudor
⁊ ea que accidunt ex comestione squile. Cura ei⁹ est vt
vomat continue cum sirupo violato ⁊ acetoso simplic ⁊
aqua tepida ⁊ comedat pisces salitos ⁊ rutam ante vo
mitum ⁊ post sumat tyriacam cuȝ aceto calido ⁊ iulep.

Ex potu visci fit rugitus in ventre ⁊ vertigo absq;
fluxu ventris. Cura introducatur vomitus cum aqua
calida melle ⁊ sale ⁊ clisterizetur cum eisdem rebus et
oleo ⁊ sumat tyriacam cum aceto ⁊ aquaȝ decoctionis
absinthij ⁊ eruce: piperis: castorei vel cum sirupo aceto
so composito q̄ est melius.

Capitulū. viij. de plantis ⁊ herbis frigidis veneno
sis que in potu vel comestione sumuntur.

Datur aliquando alicui opi
um aut nux methel aut iabro ⁊ est radix man
dragore ⁊ vocatur quandoq; asebizezi: seu
iusquiamum album aut nigrū vel vua vul
pis stupefactiua mala seu coriandrum humidum vel
psilium aut fungi vel tubera ⁊ conueniunt cum istis in
capitulo sagitte armene per comestionem opij seu po-
rum accidunt stupor ⁊ extremitatum frigus ⁊ pruritus
sicut ex odore opij quando odoratur ⁊ vertigo ⁊ singul
tus ⁊ oculoruȝ tenebrositas ⁊ strictura gutturis ⁊ anhe
litus ⁊ citrinitas ⁊ offuscatio extremitatum labiorū ei⁹
⁊ faciei citrinitas ⁊ sensuum difficultas ⁊ profunditas
somni: ⁊ retentio lingue ⁊ submersio oculorum ⁊ perdu
cit ad spasmū ⁊ mortem post sudorem frigidum: ⁊ hoc
totum facit propter ingrossationem sanguinis cum in
frigidatione spirituum quare non currit ⁊ fit mors et
ʒ. ij. de eo interficiunt ⁊ plus ⁊ minus secundum virtu
tem ⁊ magis facit operationem suam cum datur cum
vino nisi vinum in sua qualitate ⁊ quantitate ⁊ resistat
eo q̄ vinum ducit melius ⁊ magis subito virtutē opij
ad cor ⁊ membra: ⁊ corpora calida ⁊ colerica magis re
sistunt virtuti opij. Curatur eius malitia ⁊ venenum
cum vomitu facto ex oleo de nucibus ⁊ aqua calida et
sale ⁊ cum syrupo acetoso aqua ⁊ melle: aut cum aqua ⁊
melle post hoc clisterizetur cum clisteribus calidis et
acutis sumat sepe tyriacam cuȝ vino ⁊ assa: vt electua
rium de anacardis cum eisdem potibus vel cinamo-
mum cum sirupo acetoso: seu castoreum autem piper
cum vino: aut syrupo acetoso aut origanū rutam ⁊ sa-
le ⁊ allea ⁊ nuces sunt vtilia in hoc: vel sumat de tyria-
ca q̄ sic fit q̄ est ei propria. ℞e. asse sauine: castorei pipis
ante terantur ⁊ cū malle conficiantur dat in modū aue
lane vel nucis. Similiter si sepe biberit aur. j. asse cuȝ
℥. iij. vini odoriferi esset vtile: ⁊ vinū p se antiquū si su
matur in multa quantitate esset mirabile fricentur ex-
trema ⁊ caput proprie et impediatur somnus cum ster
nutatione facta ex euforbio et elleboro et vngatur totū
cum oleo de costo ⁊ alijs oleis calidis. Sorbeant iura
pinguia gallinaruȝ et aniuȝ et bibat vinuȝ decoctionis
cinamomi in quo aliquid musci ponatur.

Accidūt ex potu nucis metel vertigo et rubedo ī ocu
lis et tenebrositas et ebrietas et somni profunditas et
aurcus. j. de ea exhibitus interficit et fit ex ea sudor et
anelitus frigidus ante hoc quando de ea datur. ʒ. ſ. fa
cit somnum et non interficit nisi homines debiles. Cu
ratur cuȝ vomitu facto ex sale et aqua tepida et post vo
mitum et ante etiam datur vinum odoriferum bonuȝ
cū pipere et piretro et baccis lauri: vngatur totuȝ cor-
pus cum oleis calidis ⁊ ponantur extrema in aqua cali
da et laboret et dormiat: ⁊ vtatur iuribus pinguibus
⁊ vino dulci cum rebus dictis in cura opij.

Cum datur iabro vel radix mandragore q̄ idē est
facit eadem accidentia que faciunt opiuȝ ⁊ nux methel
⁊ litargira: ⁊ surditas: ⁊ thetanus. Cura eius est sicut
cura opij: ⁊ vinum de absinthio conuenit ei piretrum ca
storeum ⁊ absinthium cum vino ⁊ acetum cum eis et
omnibus calefactis conuenit. Vtatur sepe sternutato-
rijs ⁊ fricationibus extremorum et tyriaca cum vino
et vtatur dieta dicta superius.

Accidit bibenti iusquiamum album vt mollificen-

tur membra ⁊ lingua aposthemetur: ⁊ egrediatur spuma ex ore: ⁊ rubent oculi. Et accidunt post illa vertigo ⁊ tenebrositas oculorum: ⁊ constrictio anhelitus et surditas ⁊ pruritus corporis ⁊ gingiue ebrietas et permixtio rationis: et facit epilensiam. ⁊ quandoqꝫ rugit ⁊ ignit quandoqꝫ ⁊ quandoqꝫ emittit vocem vt mulus vel mula quandoqꝫ.

Et ex iusquiamo nigro accidunt eadeꝫ signa interiora tamen cum prefocatione infrigidatione extremoruꝫ ⁊ spasmo ⁊ destructione ymaginatiōis. Cura vtriusqꝫ est vt statim sumat lac vacinum vel caprinum: aut vinum cum melle ⁊ butirum ⁊ grana pini decocta cum vino ⁊ iterum decoctio ficuum ⁊ vinum dulce plurimū ⁊ comedat cepe assatum ⁊ sumat in potu semen raffani ⁊ sinapis ⁊ nasturcij ⁊ semen vrtice cum vino ⁊ etiam aquam decoctionis cepe ⁊ allei raffani ⁊ tyriaca est de melioribus rebus cum aqua decoctionis piperis ⁊ vomitus fiat in principio cum oleo aqua calida ⁊ sale ⁊ radicibus raffani vel eius semina ⁊ fiant clisteria acuta ⁊ fortia: ⁊ sepe sumat vinum aliquid post aliquid cum pipere ⁊ absqꝫ pipere sumat in potu vinum. decoctionis piperis vel castorei ⁊ rute vel mente. ⁊ cardamomi ⁊ foliorum lauri ⁊ oleum balsami cum lacte est multum conueniens: vel tyriaca in qua est balsamus. Emplastretur venter continue cum farina tritici ⁊ vino calido ⁊ farina lupinorum.

Quando quis vuam vulpis sumpserit fiunt offuscatio coloris: ⁊ lingue exiccatio: ⁊ singultus: ⁊ vomitus: ⁊ ventris fluxus muscosus cum abrasione intestinorū: ⁊ fit sapor in gustu vt sapor lactis. Cura sumat sepe ī potu lac asininum vel muliere cum melle aqua lipōdere: vel caprinum. ⁊ anisum cum cardamomo. Comedat amigdalas amaras ⁊ pectora gallinarum ⁊ allas: inducatur vomit⁹ in principio ⁊ sumat tyriacā cū vīo.

Ex coriandro humido quando comeditur lib. ʃ. de eo vel. ℥. iiij. de succo eius eueniūt vertigo ⁊ scotomia ⁊ permixtio rationis ⁊ grossitudo vocis ⁊ somni profunditas ⁊ fiunt sermones sordidi vt sermones ebrij: ⁊ sentitur ex eo odor vt odor coriandri. Introducatur vomitus cum oleo ⁊ aqua aneti ⁊ baurach vł sale ⁊ vtatur rob in omnibus suis cibarijs ⁊ per se: ⁊ cibetur cum vitellis ouorum ⁊ iure anseris pinguis ⁊ gallinarum condito cum pipere ⁊ bibat bonum vinum absqꝫ aqua paulatim tamen: ⁊ sumat de tyriaca cuꝫ rob. Ex comestione psilij accidit debilitas virtutis ⁊ pulsus: ⁊ frig⁹ in toto corpore: ⁊ tristicia ⁊ constrictio anhelitus: ⁊ tensio ⁊ inquietudo ⁊ stupor cum debilitate ⁊ sincopi. Cura eius est eadem cum cura coriandri: sed piper magis contra psilium quam contra coriandum.

Ex comestione fungorum ⁊ rubeorum malorum accidunt strangulatio ⁊ constrinctio anhelitus ⁊ ventris ⁊ inflatio stomaci: ⁊ singultus: ⁊ punctura: ⁊ citrinitas coloris ⁊ puitas pulsus ⁊ corripitatio ⁊ sincopis ⁊ sudor frigidus ⁊ mors ergo omnes sunt mali ⁊ specialit̃ propter multam quantitatem comestam de eis: ⁊ omnes illi qui sunt nigri vel virides: vel varij coloris: qui nascuntur in locis male terre ⁊ vene: ⁊ impetrosis ⁊ apud arbores ⁊ herbas malas sed illi qui nascuntur in locis notis bonis ⁊ qui condiuntur cum pipere ⁊ rebus odoriferis ⁊ vino ⁊ aceto possunt comedi. Curatur eorum malitia cum vomitu facto ex radice vł succo raffani cū aqua aneti ⁊ oleo de lilio: aut aliquo oleorū: ⁊ sumat p⁹ vomitum tyriacam cum melle ⁊ vīo odorifero: ⁊ euaporentur loca nutritiuorum cum decoctione absinthij origani ⁊ ficuum: sumat sepe de diatrion pipeon vł diaciminum ⁊ vinuꝫ antiquum syrupum acetosum etiaꝫ sumat cum sale ⁊ calamento ⁊ nutriat̃ cum cibarijs ⁊ vino victo superius.

Sagitta armena est sagitta īfecta veneno frigido ⁊ interficit alterando ꝯplexionē toti⁹ ad ꝯ̃ria ei⁹ ꝙ ē ꝑ naturam. Cura cum vino eius est vt sumat galbanum cum vino statim: ⁊ cauterizet̃ loc⁹ sagitte vt dcm̃ ē de morsu venenosorum mordentium: ⁊ regatur regimine eoꝝ qui sumpserunt coriandrum psiliū ⁊ fungos. Dicitur ꝙ caro dannule est tyriaca ad illō ⁊ emplastratio ex stercore humano super vulnus similiter.

Capitulum. viiij. de animalibus que corrūpunt vel interficiunt cum eorum corpora comeduntur.

Ea autem que h̄ faciunt principaliter ⁊ operantur sunt sicut cantarides ⁊ lepus marin⁹ ⁊ stellio aut lacret⁹ ⁊ salmādra rane lacunales virides ⁊ rane rubee marine ⁊ citrine accidunt specialiter ex cantaridibus ⁊ alkebikegi idest lupino siluestri ⁊ staphisagria mordicatio cuꝫ quadam mordicatione punctura ⁊ dolor in membris: ⁊ dolor extensiuus ab ore vsqꝫ ad pectinem: ⁊ per anchas genua ⁊ ypocundria ⁊ vlceratio vesice dolorosa apostematis virgam ⁊ pectinem ⁊ partes eius cum inflammatione vehementi ⁊ fit voluntas mingendi absqꝫ ꝙ patiens mingere possit ⁊ quando mingit mingit sanguinem aut frustrum sanguinis cum dolore vehementi ⁊ fit aliquando ventris solutio ⁊ sincopis ⁊ permixtio rationis ⁊ cadit cum surgit ad sellam ⁊ vt plurimuꝫ ei⁹ malitia ⁊ nocumentum est in vesica: ⁊ sentit infirmus in ore odorem picis ⁊ vt plurimum nocent in autummo cum fine veris. Cura cantaridarum staphisagrie ⁊ alkebikegi idest lupini siluestris ⁊ eorum signa sunt communia primo necesse est vt introducatur vomitus cum aqua ficuum ⁊ aneti ⁊ oleo violato ⁊ sale: et fiat clistere ex eisdem rebus ⁊ sumat continuo in potu lac calidum ⁊ aqua psilij ⁊ portulace ⁊ butirum crudum ⁊ clisterizetur post illa ex aqua hordei altee ⁊ mucillaginis seminis lini ⁊ albumine oui: aut cum aqua rizi ⁊ aqua hordei cum decoctione fenugreci aut decoctione pultis facte ex farina frumenti ⁊ cum iuribus pinguibus ⁊ oleo amigdalarum ⁊ adipe anseris ⁊ vitellis ouorum sorbilium ⁊ butiro cocto cum melle aut iulep ⁊ oleo amigdalarum ⁊ lac acetosum vacinum bonum est in hoc: et etiam confert ei aqua mellis et decoctio semenis cucumeris mellonis et ficcuum cum syrupo violato: ⁊ quando talia bibūtur sunt vtilia: ⁊ etiam oleum de citonijs ⁊ ponatur cum siringa continue oleum rosatum in virgam vel cum aliquo instrumento leuiori modo quo potest fieri ⁊ sepe ponatur ī balneo aque tepide decoctionis violarum ⁊ ficuum nutriatur cum iuribus pinguibus ⁊ vtatur pro potu rob cum aq̄ decoctionis lactuce vel endiuie.

Ex potu vel comestione leporis marini accidunt cōstrictio anhelitus ⁊ rubedo oculorum ⁊ difficultas vrine ⁊ tussis sicca ⁊ sputum sanguinis ⁊ mictus eiusdem ⁊ vrina violacea ⁊ dolor in stomacho ⁊ vomitus superfluus colere ⁊ sanguis ⁊ icteritia: ⁊ angustia ⁊ dolor renum ⁊ egestio eius est violacea: ⁊ sudat sudore frigido ⁊ abhorret cibum ⁊ cum videt pisces terretur ⁊ cum non terretur a piscibus sanatur ⁊ sentit saporem piscis fetidi cum eructuatione salsa: ⁊ multi per hoc conuertūtur in ptisim. Cura est continue sumere in potu lac capnum ⁊ lac asininum ⁊ mulieris sugendo ex mammilla ⁊ etiam decoctionem altee vel cicoree vel endiuie et ius vel decoctionem cancrorum fluuialium ⁊ comedere cancros absqꝫ alia re. ⁊ carnes eritij assati ⁊ eius sanguinem. Fortiores medicine que sumuntur post ista sūt calcamentum fluuiale recens calidum ⁊ sanguis anseris ⁊ vrina hominis in antiqua ⁊ sumere. ʒ. j.. ℈. ij. decoctionis radicuꝫ bucormarien scilicet herbe marine cum vino aut tantundem de kitrā idest pice nigra cuꝫ vino videlicet post quietem accidentium: sumat de pillulis que sic fiunt. ʒ. j. ℞. ellebori nigri ⁊ scamonee agarici succi liquiritie ante conficiantur cum vino signum sanitatis est ꝙ non terretur a piscibus ⁊ comedit de his ⁊ si caderet in ptisim: curetur cura ptisis.

Uinum in quo cadit ⁊ moritur stellio est mortificās ⁊ caro similiter ⁊ accidunt ex h̄ vomitus ⁊ dolor stomachi. Cura eius est cura cantaridaruꝫ.

Ex potu ſalamandre vel laceiti vel eorum comeſtio ne accidit apoſtema lingue ⁊ pruritus ⁊ dolor capitis ⁊ aduſtio ⁊ oculorū tenebroſitas ⁊ doloris ī ano ⁊ ydropiſis ⁊ ſpaſmus in ventre: ⁊ vrine retentio ⁊ deſtructio rationis ⁊ lingue apoſtematio ⁊ mollificatio ⁊ greſſus priuatio ⁊ denigratio coloris corpis: ⁊ putrefactio partium corporis que cadunt cum curatur homo. Cura ſumat lac dulce: ⁊ inungatur cum oleo calido ⁊ balneetur ⁊ ſumat ſiſamum cum zucharo: ⁊ detur in potu cum butiro vacino ⁊ tyriaca cum vino decoctiōis ligni aloes vel vino calido: ⁊ ſi ſumatur armoniacum cum terbentina ⁊ ſtorace ⁊ aqua decoctionis camepitheos ⁊ granorum pini foliorum cypreſſi ⁊ ſeminis vrtice erit vtile ſi in ea addatur oleum ⁊ ſimiliter oua teſtudinis marine conferunt ⁊ ſane cocte cum calamento.

Accidunt ei qui bibit ranas lacunales virides ⁊ marinas rubeas offuſcatio coloris trahentis ad citrinitatem ⁊ corporis inflatio ſecunduȝ ſemitam mollitiei vſ in chaceſia: ⁊ aduſtio in gutture ⁊ ore: ⁊ difficultas anhelitus ⁊ occulorum tenebroſitas. caligo ⁊ fetor oris ⁊ fit quandoqȝ thetanus ⁊ ventris ſolutio diſinteria permixtio ratiōis ⁊ vomitus ⁊ ſyncopis: ⁊ emiſſio ſpermatis abſqȝ voluntate ⁊ qui ſoluantur amittunt dentes. Sȝ ex ranis citrinis deſtruitur appetitus: ⁊ acetat eructuatio ⁊ corrumpitur color ⁊ fit ſincopis ⁊ nauſea ⁊ vomitꝰ ⁊ dolor oris ſtomachi ⁊ apoſtematur venter ⁊ crura. Cura iſtarum ranarum eſt eadem euomat cum oleo ⁊ aqua calida aut cum vino plurimo ⁊ vtať diacurcuma ⁊ omni re conferente ad ydropen ⁊ vino proprie ⁊ rebꝰ aſſatis ⁊ calamo aromatico: ⁊ ciperis cum vino vtať exercitio ⁊ cum vnctuoſis cum oleis calidis ⁊ de ſpica ⁊ tyriaca maiori cum vino decoctionis ciperi

Capitulum. x. de fellibus venenoſis ⁊ interficientibus extremitatē animalis ⁊ ſanguine ⁊ ſudore: ⁊ ouis venenoſis.

Um fel bibiť vel ſumitur

c aliquo ingenio ſuperuenit ſincopis quaſi cōtinue ⁊ interficit: ita ꝙ medicina raro cōfert. Cura neceſſe eſt vt fiat vomitus cum butiro aqua ⁊ oleo ⁊ ſimilibus. Et poſt vomitum exhibeatur tyriaca continue metridatum ⁊ diamuſcum ⁊ diamargariton cum vino odorifero: ⁊ ſorbeat iura gallinaruȝ ⁊ pullorum ⁊ carnium in quibus aliquid muſci macis ⁊ croci ponatur. Bibat vinum odoriferum.

Accidit ex potu fellis leopardi vel comeſtione vt bibens vomat coleram citrinam vel viridē ⁊ ſentit odorem aloes in naſo: ⁊ ſaporem eius in ore ſuo ⁊ fit ycter icia ex eo ⁊ eſt mortale ⁊ ſi ptranſeat horas quattuor ſeperatur de eius euaſione. Cura ť euomat vt dictum ē ⁊ poſt vomitum ſumat tyriacam aut tyriacam de terra ſigillata que ſic fit. Re. terre ſigillate baccharum lauri aā. ℥. j. coaguli caprioli. ℥. iiij. ʒ. rute myrre aā. ℥. j. cōficiantur ⁊ doſis eius eſt ad modum nucis cum aqua endiuie euomat iterum ⁊ fiat balneum cuȝ aqua decoctionis roſarum ⁊ gariofilate ⁊ betonice.

Cum quis ſumit fel canis aque ſecundum quantitatem vnius lentis interficit poſt ebdomadam vt dicitur Cura eſt vt ſtatim ſumat butirum coctum cum gentiana cinamomo ⁊ coagulum leporis ⁊ vngatur totus cuȝ oleo de ſpica vel de lilio: ⁊ ſubtilier regimē ⁊ fiat ex iuribus pinguibus auium ⁊ gallinarum.

Extremitas caude ceruitie facit accidere vehementem anguſtiam in nutritiuis ⁊ ſincopim cum ſumiť ore ⁊ interficit. Cura fiat vomitus cum butiro ⁊ aqua aneti ⁊ ſumat poſt vomitum tyriacam cum aqua decoctiōis fiſticorum ⁊ auelanarum quater in die vel detur id ꝙ ſic fit. Re. auelane fiſtici fellis elefantis vel equi ante miſceatur datur cum vino odorifero.

Quando quis bibit ſanguinem tauri recenteȝ incurrit difficultatem anhelitus: ⁊ dolorem in brancis ⁊ meri. ⁊ rubedinem lingue: ⁊ expuit fruſtra ſanguinis congellati in dentibus ⁊ gingiuis ⁊ fiat nauſea magna cuȝ anguſtia: ⁊ fit corroſio in lingua ⁊ ſic perducit ad prefocationem ⁊ ſpaſmum. Cura non fiat vomitus: ſed cliſtere ⁊ ventris ſolutio: ⁊ ſpecialiter poſtqȝ ſumpſerit ficus immaturas: ⁊ ſemina caulis ⁊ aſſam ⁊ baurach et cinerem lignorum ficuum cum aceto aut piper cuȝ aceto vel aliquo coagulorum cuȝ aceto ⁊ emplaſtretur vēter cum farina hordei. aqua decoctionis aſſe vel herbe eius ſolutio fieri debet cum pillulis fetidis vel puluere earum cum melle ⁊ vino decoctionis cauliū vel eius ſeminis.

Quando quis ſumpſerit ſudorem animalium fiet facies viridis ⁊ apoſtematur ⁊ currit ex corpore ſudor fetiduſ. ⁊ ſpetialiter ab aſcellis ⁊ inguinibus. Cura fiat vomitus ſtatim: ⁊ detur ei in potu vinum cum. ℥. ʒ. ſalis gemme: ⁊ confert ei tyriaca de terra ſigillata facta ſuperius de cura fellis leopardi.

Oua alate ſunt oua animalis venenoſi ꝙ ego nō cognoſco: ⁊ dicitur ꝙ quaudo aliquis bibit de his ꝙ ſtatim moritur: ⁊ ſi non feſtinetur in eius cura non confert aliqd. Cura introducať vomitꝰ ſtatim ⁊ fortiter ⁊ poſt vomitum ſumat ſtercus ancipitris vel auſturis: ⁊ ſumat gentianam cum ficubus ſicis ⁊ oleo: ⁊ emplaſtretur caput cum ſale: ⁊ vngatur corpus cum butiro vacino cocto.

Capitulum vndecimum de piſcibus frigidis ⁊ aſſaturis ſuffocatis ⁊ frigidis: ⁊ carnibus corruptis: ⁊ turtis ſuffocatis ⁊ frigidis.

X piſcibus frigidis et pro

e prie poſitis in loco humoroſo accidunt accidentia fungorum ⁊ non apparet aliquando aliquid vſqȝ ad diem vnum vel duos: accidunt enim ex eorum comeſtione ſtrangulatio ⁊ ſingultꝰ: ⁊ ſudor frigidus: ⁊ ſincopis: ⁊ inflatio ventris: ⁊ alia dicta capitulo fungorum.

Cura eſt eadem cum cura fungorum ⁊ ſpecialiter ſumere tyriacam cum vino de pipere ⁊ pillulas fetidas vel puluerem ipſaram cum vino ⁊ melle.

Aſſature ſuffocate ⁊ carnes corrupte ⁊ turte cum coperiuntur ⁊ nono euaporant ſubmergitur fumus ad pfundum rei ⁊ fit venenum. Ergo non eſt conueniens vt cohoperiantur: ſed talia calida actu comedantur: ⁊ euaporare abſqȝ aliqua cohopertura dimittantur. Accidunt ex comeſtione rerum iſtarum colerica paſſio et triſtitia. ⁊ ventris ſolutio cum vomitu. ⁊ deficit ratio comedentis quandoqȝ per diem aut dies: ⁊ fit ſomnus pfundus ⁊ mors. Cura fiat vt dictum eſt in paſſione colerica calida ⁊ frigida ⁊ fiat vomitus cuȝ aqua calida ⁊ oleo ⁊ ſumat poſt vomitum tyriacam cum rob vel ſirupo citoniorum vel de agreſta: ⁊ terra ſigillata cuȝ eiſdem ſyrupis eſt valde bona: ⁊ eius tyriaca ſimiliter. Cibetur iuribus pinguibus auium ⁊ gallinarum. Et bibat rob. de vino vel de granatis: ſeu de berberis cuȝ aqua decoctionis ciperi.

Capitulum. xij. de ſanguine ⁊ lacte coagelatis in ſtomacho ⁊ lacte corrupto.

Vandoqȝ corrumpitur lac

q in ſtomacho ꝙ ſcitur quando conuertitur in acetoſitatem ⁊ putrefactionem aliam fit ab eo vertigo ⁊ ſincopis: ⁊ punctura in ore ſtomaci: ⁊ accidit colerica paſſio quoniā ex eo mortifera.

Cura introducatur vomitus cum aqua mellis ⁊ pꝰ vomitum ſumat vinum purum cum diatrion pipereō vel tyriacam: ⁊ vngatur totus venter ⁊ ſtomachus cū oleo de coſto vel oleo de ſpica: ⁊ vtatur dieta equali cuȝ vino bono puro in quo ſit aliquid mellis.

Cum congellatur sanguis in stomacho vel vesica: vel intestinis: aut alibi fit ex eo proculdubio venenum q̄uis per naturam non sit adeptus vt conuertatur ad venenum: nam cum congellatur in aliqua cōcauitate corporis accidunt accidentia mala: nam cum congellatur in pectore destruit color faciei: ⁊ minoratur pulsus ⁊ debilitatur: ⁊ perducit ad frequentiam in primis ⁊ mollificationem ⁊ sincopim ⁊ si congellatur in stomacho infrigidatur corpus ⁊ accidunt prefocatio ⁊ paruitas pulsus: ⁊ continua sincopis ⁊ quando congellatur in vesica accidunt accidentia proxima similia illis: ⁊ similiter intestinis ⁊ dolor loci distinguit hoc cum sua grauitate.

Cura communis fit cum coagulo ⁊ proprie leporis cum lacte fici ⁊ aceto ⁊ cardamomo ⁊ aqua cineris lignorum fici iterata ⁊ bdelium ⁊ sticados. Et dicitur ꝙ lac caprinum liquefacit omne coagulatum in concauitatibus: ⁊ iterum. Re. asse caulis ante partes equales ⁊ detur in potu cum aceto ⁊ videbis mirabile: ⁊ conuenit propter hoc si fieri potest ꝙ patiens vomat cuȝ melle: ⁊ succo apij ⁊ aqua calida ⁊ post vomitum sumat tyriacam de terra sigillata: aut tyriacam magnam cum aqua decoctionis croci. Iterum. Re. duo frustra terre sigillate ⁊ coaguli leporis. ʒ. vij. ⁊ caprioli an̄. ʒ. viij. gengiane aristologie rotūde seminis rute siluestris myrrhe an̄. ʒ. j. conficiantur dosis eius sit vt nux cum aqua calida ⁊ syrupo acetoso. Quando datur aur̄. j. cordumeni idest carui agrestis cum aur̄. j. asse ⁊ aqua calida destruit sanguinem coagulatum in vesica: ⁊ idem operantur folia acetose montane ⁊ fortius agaricum aut siseleos aut aliquid coagulorum: aut. a. j. carpobalsami aut ʒ. ij. blacthe birantie: aut. ʒ. ij. ligni peonie aut radicis q̄n in potu sumitur cum aqua calida ⁊ aceto vincente aq̄ in commixtione. Iterum omnes medicine frangentes lapidem in vesica initiantur cum siringa: ⁊ fiat clistere aliquando: ⁊ si ista non valent non fit excusatio quin fiat incisio ⁊ extrahatur sanguis coagellatus in vesica sicut lapis extrahitur.

Quando lac coagulatus in stomacho ex aliqua causa ignota vel nota accidit sudor frigidus ⁊ sincopis ⁊ febris multotiens cum rigore: ⁊ si eius congelatio fuerit cum coagulo tunc erit deterior ⁊ velotior ad prefocandum ⁊ est coagelatio lactis de genere coagelatiōis sanguinis. Et apparent preter iam dicta paruitas pulsus ⁊ prefocatio constringens anhelitum ⁊ inflatio ventris manifeste.

Cura euitet omnis qui habet lac. vel aliud congellatum in stomacho salita: quia addunt in caseitatem. Vtatur in potu per se: aut mixto cum aqua aut ponatur cum eis. ʒ. xv. calamenti quia mirabiliter resoluit ipm statim: quia de proprietate cōseruat omne lac a coagulatione. Iterum sumat in potu cuȝ aceto ⁊ aqua calida aur̄. j. de aliquo coagulorum: quia educit ipsum per vomitum aut per solutionem ⁊ sumat sepe de medicina facta superius de terra sigillata ⁊ aq̄ calida ⁊ aceto: aut sumat cum aceto ⁊ aqua ciceris ligni fici: ⁊ specialiter quando iterratur cinis in ea: ⁊ iterum omnes medicine q̄ valent in congellatione sanguinis in stomacho ⁊ vesica valent etiam contra congellationem lactis ī stomacho a quacunq̄ causa fuerit.

Capitulum. xiij. de his qui sumpserunt vinum vel aquam frigidam in ieiunio post nimium laborem: aut post egressionem de balneo: aut post coytum factum ī corpore manito vel aqua saponis.

Cum quis sumit vinuȝ in ieiunio: ⁊ specialiter vinū grossum ⁊ dulce feculentum ⁊ post exercitium laboreȝ ⁊ coytuȝ facit accidere prefocationem doloris ⁊ inflationem ⁊ paralesim.

Cura introducatur vomitus pro posse cum omni re quem est melior medicinarum aut vētris solutio seu flebotomia post hoc sumat aquam frigidam cū rob de granatis cum aceto aut vino berberis: aut aquaȝ acetositate citri vel malorum acetosorum. Quando quis bibit aquam frigidam in ieiunio aut post coytum vel laborem fortem ⁊ biberit eam ita ꝙ stomachus specialiter impleatur timetur de corruptione complexionis epatis ⁊ totius corporis: ⁊ fit per h ydropisis.

Curatur ipsius malitia in principio cum diatrion pipereon diacurcuma diamusco ⁊ diamargariton: sed potare vinum clarum purum odoriferum post eam est de melioribus rebus. Quando quis per ignorantiam aut per aliquem modum ocultum sumeret aquam sapōis calicis vel arsenici curaretur cum eisdem rebus quibus curatur ille qui sumpsit calcem aut arsenicum secundū ꝙ suis capitulis superius dictum est: ⁊ specialiter cum vomitu cum decoctione seminis lini ⁊ rizi eruce mellis molochie ⁊ similium: in omnibus istis ⁊ superius dictis in quibus non est facta mētio de dieta exhibeatur dieta equalis que confortet virtutem que fit de iuribus gallinarum aut auium seu carnium pinguium ⁊ vinum limphatum cum aquam secundum naturam recipientis: ⁊ deus melius nouit.

Liber quartus incipit in quo determinabitur de medicinis compositis ⁊ simplicibus vtilibus ⁊ necessarijs ad omnium infirmitatum curationem ⁊ primo fiet mētio de compositis secundo de simplicibus medicinis.

Caplm pmū de indigentio medicinarum ꝯpositarum.

c

Ondictiones et cause que inducunt medicos ad inuentionem medicinarum compositarum sunt septem: quarum prima est: quia medic⁹ indiget multotiens medicina que calefaciat corpus secundum aliquam mensuram: ⁊ non inuenit medicinā secundum illam mensuram: nam non oportet vt medicina qua egritudo curatur sit nisi secundum egritudinem ⁊ per comparationem eius: verbigratia quando in corpore hominis fuerit egritudo frigida qua corpus elōgatur a complexiōe sua naturali quattuor numeris tunc necessarium est vt sit medicina qua medicatur egritudo elongata a complexione naturali per quantitatē caliditatis addite equali huic quantitati ⁊ cum multotiens medicus non possit talez medicinā inuenire simplicem cuius calefactio ⁊ frigidatio sit huius mēsure cogitur inuenire duas medicinas: ⁊ eius simul componere quarum vna sit calidior cōplexione tēperata tribus numeris ⁊ alia calidior temperata. v. numeris: et sic fiet cōplexio composita media inter vtrasq; que erit calidior complexione temperata. iiij. numeris hic conuenit vt meli⁹ appareat īceptio hui⁹ littere scire ꝙ gradus in arte medicinali sunt quattuor. primus secundus tertius ⁊ quartus: ⁊ in vnoquoq; gradu sunt tres mansiones siue numeri: ⁊ sic manifestum est ꝙ. xij. sunt māsiones vel numeri in gradibus rerum. Unde cum dicitur ꝙ egritudo sit elongata a complexione temperata cum declinatione ad frigiditatem quattuor numeris intelligitur ꝙ illa frigiditas sit in principio secundi grad⁹ videlicet in eius prima mansione vel numero: ⁊ cum dicitur ꝙ medicina composita debet esse calida in cōtrarium illus conuenit fieri ex medicīa simplici calida tribus numeris ⁊ erit illa medicina calida in fine primi gradus tantum: ⁊ sic erit minus calida q̄z sit frigiditas infirmitatis que tendit ad principium secundi gradus. Unde illa medicina calida tribus numeris debz componi cum medicina calida quinq; numeris q̄ erit calida in medio secundi gradus ita ꝙ excedet frigiditatem infirmitatis per vnum numerum quare si pōatur in medicina calida trib⁹ numeris que est minus calida p numez vnū quam frigiditas infirmitatis acquiret hec medicina a medicina simplici calida quinq; numeris per compositionem cum ea vnum numeruz ⁊ habebit hec medicina per compositionem. quattuor numeros caliditatis vt egritudo habet quattuor numeros frigiditatis ⁊ sic per rectam compositionez ad eam fiet vera curatio per contrarium: vt volunt medici: apparet manifeste ꝙ necessitas curationis induxit aliquando medicos ad compositionem medicinarum: maxime cum medicine simplices non possunt aliquando inueniri conuenientes ad curationem infirmitatis cū qualitatibus contrarijs secundum numerum vel intensionem infirmitatis secunda est quia necesse est aliquando medicare membruz cum aliqua re dura que per se non adheret membrum sicut est coralus vel ziniar: vel cerasa ⁊ similia. Unde apparet ꝙ oz ea considerare ⁊ miscere cuz re alia conuinente ad illam infirmitatem vt adhereat membro vel carnij ⁊ ziniar quādo commiscetur cum melle vt melius corrodat ⁊ mundificet aut coralus quando miscetur cum cera et oleo vt fiat emplastrum super stomachum. Tertia est quando volumus facere emplastrum ex radicibus ⁊ herbis siccis: oportet vt decoquantur ⁊ pistētur ⁊ misceantur cum pinguedine vel oleo aut alia re ad hoc vt possint extendi ⁊ emplastrari super locum. Quarta est quando volumus dare aliquam medicinam violentam sicut elleborum vel portulacam siluestrem vel fellichinum ꝙ est idem vt fecit. Hypo. qui dabat istas medicinas in pleuresi cum volebat mouere materiam humoralē preter sanguinem. ⁊ miscemus cum medicina violentia medicina q̄ frangit eius malitiam ⁊ remouet suam horribilitatem vt non euacuetur hora qua recipitur: neq; postq; recepta fuerit nisi post longuz tempus specialiter cum vltimo non possit retineri propter horribilitatem eius aliquando ⁊ ad hoc vt virtus eius confortetur in meliorem operationem sicut miscemus cū elleboro diacalamentum ⁊ sifeleos ⁊ res odoriferas ⁊ cuz turbit: zinziber ⁊ zucharum ⁊ sic d̄ alijs. Quinta est quādo volumus dare aliquam medicinam sedatiuam doloris per viam stupefactionis sicut est opium iusquiamum ⁊ cortices mandragore ⁊ similia ꝙ nos ponim⁹ cum his que habent refrenare eorum malitiam. Refrenamus enim malitiam cum castoreo ⁊ ⁊ pipere ⁊ ruta ⁊ similibus ⁊ malitiam mandragore cum absinthio ⁊ sinapi ⁊ castoreo ⁊ similibus: ⁊ malitiam iusquiami cū alleis ⁊ semine raffani ⁊ cepis ⁊ similibus. Sexta est quando volumus ꝙ medicina operetur effectus contrarios in frigiditate videlicet quando volumus dissoluere materiam loci ⁊ confortare locum vt non recipiat aliquid sicut quando ponimus res calidas resoluentes cum rebus stipticis frigidis sicut in augmento apostematis: quia ponimus florem camemille ⁊ absinthium causa resolutionis ⁊ miscem⁹ cis rosas ⁊ sandalos causa confortationis loci vt non recipiat de materia amplius quam consueuerit currere ad locum. Septima causa est quem quando volum⁹ expellere venena multa calida ⁊ frigida facimus medicinam compositam vt resistamus diuersis venenis ⁊ diuersimode: ⁊ venenosis infirmitatibus. Et hoc fuit causa quare inuenta fuit tyriaca post metridatum eo ꝙ metridatuz nō erat tanti fortitudinis contra omne venenū vt est tyriaca

Capituluz secundum de causis quare medicine simplices in composita ponuntur.

s

Implices medicine ponuntur in medicina composita propter causas octo. quarum prima est quia medicīa simplex ponitur in composita ex natura egritudinis propter quam componitur illa medicina vt carnes vipere in tyriaca ꝓpter venenosas infirmitates ⁊ pestilentiales ⁊ venena ebibita. Secūda causa est vt mutetur qualitas mala nociua que est in medicina vt nō noceat sed conferat sicut piper ⁊ anisum cum ponuntur in scamonea: vel zinziber in turbit vel assa cuz fellichinio. Tertia causa est vt medicina aliqua equet medicinam primam ⁊ alia aliam: ⁊ sic vna post aliam donec composita sit reducta ad finem quem intēdit operator vt fit in ellectuario de anacardis ⁊ diacurcuma. nā medicine simplices in ponderibus suis: ⁊ vna post aliam ponuntur in electuario de anacardis vt operentur principaliter contra egritudines neruorum ⁊ in diacurcuma vt operētur principaliter contra ydropisim asclitē. Quarta causa est vt confortentur alie medicine que intrant in medicinam compositam vt radices lilij celestis a corpus: ⁊ agaricum in tyriaca crocus ⁊ macis ī diamusco. Quinta est vt penetratio iuuetur aliarum medicinarum ⁊ velocior fiat per corpus ⁊ membra vt ponitur ruta in tyriaca: ⁊ acetum in medicinis frigidis ⁊ apium in diureticis. Sexta causa est vt rectificetur malitia qualitatis que est in alia medicina. vt piper vel castoreum quando ponitur cum opio vel iusquiamo: vel semi. frigida diurectica quando ponuntur cum cātaridibus vel piper ⁊ anisum quando ponuntur cum scamonea. Septima causa est vt permaneant alie medicine ita vt non resoluantur velociter vt opium quādo ponitur in confectionibus calidis. Octaua causa ē vt cōtinuentur virtutes illarum medicinarum composita sicut ponitur vinum in thyriaca ⁊ cera in vnguētis

Capitulum tertium de causis quare multiplicat̃ quã titas alicuius medicamine simplicis: vel minuitur in medicina composita.

Causa quare multiplicatur quãtitas vnius medicine super alteram sunt septem prima quarum est quem quando virtus medicine est vehemẽs ponit̃ de ea quãtitas parua: ⁊ quando est debilis ponitur quãtitas mul ta vt consequatur per suam multitudinem illud a quo deficit virtus eius. Secunda est quando medicina est multorum vel paucorum iuuamentorum tunc ponitur de ea multa quantitas: sed quando medicina est vehe mentis operationis ⁊ virtutis fortis in calefactione vel infrigidatione ⁊ alijs qualitatibus ponitur de ea parua quantitas sicut est euforbium vel opium ⁊ quan do est medicina que confert multis egritudinibus de qua dicitur ꝙ est multorum iuuamentorum quamuis eius non sit ita vehemens: sicut est agaricus vel reubar barum ponitur de ea multa quantitas sicut est in com posita medicina respectu aliarum medicinarũ que mo uent corpus sed si virtus eius fuerit vehemens ponit̃ quantitas parua sicut est scamonee virtus. Tertia cau sa est quia oportet vt sit quantitas medicine secundum situm membri quem si medicina ponitur ĩ composita propter membrum longinquum vel profunde positũ debet eius quantitas multiplicari ne eius virtus antequam veniat ad membrum lesum positum in profũdo resoluatur ⁊ non appareat illius effectus in loco leso in tentus a medico. Quarta causa quoniã quando iuua mentum medicine est iuuamentum nobilis quantita tis sublimis proiicitur ex ea quantitas magna ⁊ si non est sic ponitur de ea quantitas parua. Quinta causa est quoniam quando iuuamentum alicuius medicine est iuuamentum in alia ex medicinis composite medicine ponitur de ea quantitas parua ⁊ si est iuuamentum pro prium non inuentum in aliqua aliarum medicinarũ tunc ponitur de tali medicina quantitas magna. Sexta causa est quem quando in medicina inuenitur aliquod nocumentum mixtum cum iuuamento vel ra tione sui: vel ratione corporis tunc ponitur in compo sita de ea quantitas parua. Septima causa est quoniã quando in medicina composita sunt alie medicine que destruunt virtutem alicuius medicine ⁊ ipsa est vtilis operationis ponitur de ea quantitas multa.

Capitulum quartum de quantitate pulueris specie rum ponenda ⁊ quo ad gulam ⁊ quo ad effectum inten tum contra infirmitatem in confectionibus zuchari vł mellis.

Conueniens ⁊ vtile reperitur p medicos ⁊ infirmos si in vnaquaqꝫ lib. mellis bene cocti ⁊ spumati ponantur. ℥. iij. pulueris specierum tritarum ⁊ cribellatarum: nã ex isto modo confectionis fi et effectus melior ⁊ operatio medici nobilior. Posset poni in lib. j. mellis cocti ⁊ spumati. ℥. j. ſ. pulueris spe cierũ preparatarũ vt dictũ est: ⁊ tunc non esset cõfectio tam bone operationis neque effectus sed esset maio ris delectatiões ad gustũ. In lł. vero zuchari syrupiza ti ⁊ cocti perfecte ponitur ⁊ poni debet. ℥. j. pulueris spe cierũ preparatarũ ⁊ cribellatarum quia tũc cõfectio erit perfecte operationionis s̃m intẽtionem medici ⁊ sciẽ tie. Si aũt in. lł. zuchari syrupizati vt dictũ est ponatur ℥. ſ. pulueris specierum dictarum vel. ℥. ij. ponantur tantum erit cõfectio melioris saporis ⁊ diminute ope rationis secundũ medicũ ⁊ penes intensionẽ medici nalẽ. Nos aũt volumus intelligere p puluerẽ specierũ preparatarũ omne ꝙ põt conteri: ⁊ teritur ⁊ cribratur ⁊ ꝙ per istã viã intrat in cõfectionib⁹ sꝫ nõ volum⁹ in telligere ea que intrant in cõfectionibus in modũ nu cleorũ pinearũ vel amigdalarũ: neqꝫ volum⁹ intelligere medulas seminis melõis, cucurbite ⁊ similiũ neqꝫ gũ mas humidas neqꝫ ea q̃ cõtundũtur ⁊ nõ puluerizant̃ neqꝫ cribrant̃. nã ea q̃ sũt hui⁹ nature cõfectiõis nõ de bent põi in ꝓportiõe bõa superi⁹ ad lł. mell' vel zuchari.

Ca. v. de tyriacis ⁊ metridato ⁊ medicis optatis.

Cura frigidi est vt comedat carnes castrati ⁊ edi ⁊ arietis ⁊ pulli ⁊ auium non degentium in aquis elixatas ⁊ assatas in pastillo ⁊ in testa ⁊ vitellos ouorum et feniculuz ⁊ petrosillinū ⁊ boraginez ⁊ spinacia cōdita cum oleo ⁊ speciebꝰ vt cinamomū ⁊ cardamomum et galanga ⁊ similia. ⁊ bibat vinū albū claꝝ odoriferꝝ bonum ⁊ ponat in eo aliquid de aqua vngatur locus cuz oleo de lilio vel de spica ⁊ ponatur emplastꝝ de cepis lilij ⁊ alleis vt dictū est in capitulo de bubone frigido: vel emplastꝝ de farīa ⁊ oleo ⁊ aqua. facta maturatione aperiat cum rasorio ⁊ impleatur vulnus cū alumie zucharino ⁊ vitello oui vsqꝫ ad dies tres. Mūdificeť cum vngento apostoloꝝ vel emplastro de terbentina ⁊ melle ⁊ myrrha ⁊ farina siliginis vel hordei vel cuz vngento viridi si indiget maior mundificatione mūdificato vulnere incarnetur ⁊ consilidetur.

Capitulum. xxxiiij. de scrofulis ⁊ duritie cancro in mammilis.

s SCrofule ⁊ durities semper fiunt ex materia frigida indurata ⁊ coagulata a frigido. Cācer fit ex melācolia adusta indurata per adustionem.

Signa scrofularum ⁊ duritiei sunt durities tact⁹ ipsaꝝ ⁊ globositates in loco ⁊ ꝙ non dolēt nisi cū tanguntur ⁊ albedo loci. sed durities non habꝫ globositates diuersas vt scrofule. cancri vō signa sunt durities ⁊ calor in loco: ⁊ ꝙ incipit ad modū fabe ⁊ augmentatur continue cum calore ⁊ punctura ⁊ habꝫ circa se venas nigras sanguine melancolico.

Cura scrofularum ⁊ duritiei est vt purgetur cum trocisco de turbit ⁊ locus emplastretur cum diaquilon ⁊ fiat in omnibꝰ vt dictum est in capitulo de scrofulis. ⁊ post vlcerationem ⁊ ante.

Cura cancri duobus modis est vt incidatur membrum totum cum tota egritudine ⁊ cura hec male pōt fieri vt mihi non placet. Secundo modo vt regatur cum tēperata dieta ⁊ abstineat ab oībus melancolicis ⁊ purgetur bis in mense cum decoctione dicta vel pillulis dictis in capitulo ō pustulis nasī ⁊ faciei ex melācolia adusta: ⁊ locus continue vngatur cuz oleo rosato ⁊ non tangendo quasi locum nisi cum penna ⁊ leuiter: nam ex quolibet tactu eius malitia augmētatur vt embrocetur cum oleo ꝙ sic fit. ℞. olei rosati. ℥. iij. papaueris albi. ℥. j. opij iusquiami ana. ℈. j. gūmi arabici. ℥ ß. pistentur ⁊ dissoluantur omnia in oleo. nam embrocatio eius tardat eius augmentum ⁊ malitiā ⁊ cura appellatur blandiens. cum ergo hec egritudo non possit curari nisi cū amputatione membri ⁊ totius egritudis cum eius radix sit infixa in venis circundantibus mēbrum plenis sanguine melancolico. ⁊ cū vene he a mēbro non possint euelli nisi cuz abstersione mēbri. ⁊ ꝑ aliā viam curam non recipit: ideo non videtur mihi bonum intromittere in ipsam neqꝫ honestum relinquere eniz satis melius est.

Capitulum. xxxv. de lacte coagulato in mamillis ⁊ dolore propter lac ⁊ de superfluitate pilosa vel in modum pili ibidem aggregati.

b HEc egritudo cognoscitur cū mulier lactat ⁊ dolet mamilla cū exprimitur lac ⁊ non exit lac nisi stillando ⁊ cum difficultate vel est pregnans quia illis temporibus accidit ei: ⁊ accidit ēt virginibus cum menstrua retinetur ⁊ redūdat ad mamillas ⁊ conuertitur in lac: ⁊ lac aliquando ibi coagulatur ⁊ conuertitur multotiens in formā piloꝝ per actionem caloris spermatis quasdā partes lactis coagulari a quibusdam ⁊ fit per viā istā in superfluitate illa forma pili ⁊ ad cuius dissolutionem intendas quacunqꝫ causa acciderit: nā ex lacte coagulato multotiens fit dolor ⁊ fe. ⁊ apostematur mamilla. Ungatur ergo loc⁹ a principio cuz oleo rosato actu calido ⁊ fiat emplastꝝ super mamillā quod sic fit. ℞. coaguli agni vel edi. ℥. iij. fermenti de milio vel de siligine ł hordeo ł farie fabaꝝ lib. ß. storacis. ℥. j. ponatur coagulum in aceto forti ⁊ dimittatur per horā ⁊ plus: ⁊ cum dissolutuz fuerit incorporetur cum aliquo fermentoꝝ. ⁊ farina fabaꝝ et storace ⁊ perfecte malaxetur ⁊ incorporetur ⁊ addatur oleum rosatuz: si bene non posset incorporari ponatur hoc emplastꝝ super mamillā post vnctionez cum oleo rosato purgetur cū trocisco de turbit vel decoctiōe dicta capitulo de pustulis in naso ex colera adusta: scarificetur in spatulis ⁊ ponantur ventose. Abstineat a carnibus ⁊ a vino per dies aliquos. Si vero conuertetur in saniem perforetur mamilla ⁊ curetur vt dictum est in apostemate calido in mammillis.

Ca. xxxvj. de apāte sanioso calido ⁊ frigido ī costis.

a APostema calidum in hoc loco cognoscitur ex rubedine obscura vel clara ⁊ dolore pungitiuo vel pulsatiuo in loco ⁊ ex figura ipsius cū acuitate vel eminentia. Frigidum cognoscitur ex colore pellis non īmutato. ⁊ quia non dolet sed grauedinem ⁊ pondus sētit patiens in loco ⁊ ex figura plana ⁊ ex magnitudine eius quia occupat magnum locum in hac parte ⁊ vocatur hoc apostema frigidum cum est magnum in hoc loco ⁊ alijs: ⁊ cū comprehenderit in se multam saniē vndimia ⁊ illud apostema in hoc loco ⁊ similibus propter multā ꝑseuerantiam cum sanie in hoc mēbro fit penetrās ad interiora ⁊ fit fistula penetrans per hanc viā ⁊ hoc contingit ꝑncipaliter propter ignorantiam medici cum non cognoscit saniem generatam in loco propter priuationem doloris ⁊ rubedinis ⁊ propter ignorantiam infirmi super seipsum cum non sentiat nisi grauedinem in loco ⁊ non videt pellem exteriorē mutare colorē: ⁊ sic ex istis causis sanies longo tempore perseuerat ⁊ facit qd̄ dictū ē.

Cura calidi si virtus ⁊ etas consenserint flebotometur in parte contraria: vel ventosetur in naticis: ⁊ purgetur etiam cum decoctione dicta capitulo de pustulis que fiunt in naso ⁊ facie ex sanguine adusto vel ex colera. Et vngatur locus cū oleo de camomilla ⁊ oleo rosato mixtis ⁊ ponatur super apostēa emplastrum de maluauisco factum capitulo de apostemate calido in aure. Et vtatur dieta frigida in ꝑncipio vt dictum est in obthalmia calida ⁊ potu frigido. Facta maturatione ⁊ fe. declinante potest vti carnibus elixatis ⁊ vino limphato incidatur locus ſm longitudinem co

starum z incensum eax. impleatur vulnus cū alumine zucharino z oleo rosato vsq; ad tres dies z post hoc mundificetur cum emplastro de melle z myrrha z farina hordei dicto in multis locis z aliquando cū vngento apostolorum z si necesse fuerit cum viridi mundificetur etiam postea incarnetur z consolidetur.

Cura frigidi purgetur cum pillulis de aloe z agarico vel cum trocisco de turbit z hoc in principio. z vngatur locus cum oleo de spica vel de lilio z ponatur emplastrum de cepis z oleo dicto superius: propterea maturationem z perforetur. z non extrahatur hora vna tota sanies sed paulatim ne sincopis superueniat z mors impleatur locus cū alumine z vitello oui post mundificationē loci cū emplastris z vngentis mūdificatiuis incarnetur z consolidetur. vtatur bonis carnibus z bono vino in quo sit aliquid aque z super vulnus ponatur hoc emplastrum de terbentina z melle z myrrha z farina hordei z siliginis: z pone in vulnus penetrationis pecias inbibitas in vino myrrha z melle z sic mundifica vulnus illud cū re illa z cū vngento apostolorū donec incarnatum sit z sanies fuerit exsiccata. Si vero sanies per hanc viam non exsiccaretur fiat cauterium ita q̄ vulnus vndiq; comburatur z sanies exsiccetur. remota escara cū butiro postea procedatur cum incarnatiuis in fine vero cum consolidatiuis.

Puluis qui datur continue ante vstionē z post in fistula penetrante z vulnere infistulato penetrante causa mundificandi saniez sic fit. Re. ysopi ireos liquiritie. añ. ℥. j. croci. ʒ. j. cribretur. datur de eo omni mane. ʒ. j. cum vino calido. ʒ. j. ſ.

Capitulum. xxxvij. de apostemate calido z frigido sanioso z duritie in ore stomaci.

i In apostemate calido z frigido sanioso in ore stomaci procedatur ex parte cognitiōis z diete maturationis z purgationis flebotomie z ventosationis vt dictū est in superiori capitulo. super hoc apostema inciditur secundum longitudinē corporis: illud vero secūdum incessum costax. Item in mundificatione z icarnatione z consolidatione procedatur vt dictum est: sed in duritie secus est. nam durities fit vt plurimū ex melancolia vel ex humore reducto ad genus melancolicū per adustionem cuz presentia sui destruat appetitū necessariū ad totum corpus z virtutem comunē. Si fuerit cū febre interficit s̄m maiorē partē z de hoc casu meo tempore paucos vidi liberari imo omnes quos vidi fere de illo casu mortui sunt. Et credo q̄ hoc fiat quia hec durities nodosa cū fiat ex illa materia adusta cancrizet os stomaci z ipsum destruat: z si virtus necessaria z vtilis ad totū destruitur necessario z per se consequēs corpus. Si autē hec durities fuerit sine febre minus timorosa est. s; nō ē sine magno timore. hec aūt durities siue fuerit cum febre siue sine febre timorosa est eius cura: procedatur contra eius duritiē in principio cum vomitu si virtus fuerit fortis qui vomitus sic fieri debet. Re. seminis aneti: seminis attriplicis: seminis raparum seminis sinapis añ. ʒ. j. raphani contuse z pistate. ℥. ſ. pistentur omnia z bulliant in vna lib. aque donec nō remaneat nisi medietas. coletur z in illa colatura addātur. ℥. ij. oximellis compositi. Hoc totum sumat patiens post prandium per horam vnā z stet per tempus anteq; excitet vomitū cū penna iuncta in oleo: hoc enī principaliter diminuit materiam z apostema. vel si vomitus fieri non posset fiat decoctio s̄m q̄ dictuz est capitulo de pustulis nasi z faciei ex melācolia adusta. vel dentur pillule que fiunt in eadē parte contra melancoliā. Vtatur dieta tpata vt dictū est illic z bono vino claro odorifero limphato. vngatur locus cū oleo de spica continue z fiat emplastrum diaquilon dictum in capitulo de scrofulis vel emplastrū de maluauisco z ouis: vel emplastrum de cepis z alleo dictum superius. Facta maturatione incidatur locus z impleatur locus cuz alumine zucharino z vitello oui vsq; ad dies tres. postea mundificetur cū myrrha z melle vel vngento apostolorum incarnetur z consolidetur. Si aūt fuerit penetrans procedatur vt dictū est in vndimia penetrante capitulo superiori cum mūdificatiuis z alijs. In oībus istis apostematibus penetrantibus in fine si non consolidē tur cauteriuz est valde vtile z bonum z fieri dz cum cauterio habentez formaz vulneris vel vlceris. Et debet omne vulnus vel fistula penetrans in vacuitatē spūalium vel intestinorum post cauterizationez quando cū alijs medicinis non consolidatur z post remotionem carnis z pellis viste sepe mundificari cū vngento apostolorum z viridi z ablui vsq; ad exsiccationem saniei cum vino decoctionis myrrhe z corticuz granatorum z aluminis zucharini z sūme custodire ne pellis generet i orificio vlneris nisi hora ꝯsolidatiōis.

Capitulum. xxxviij. de eminentia vmblici.

b Ex egritudo semper fit ex ruptura mirach continentis intestina cum ventositas vel labor vel clamor vel saltus mouet ipsum z pulsat ipsum violenter z sic scinditur sicut vesica tensa scinditur ex percussione violēta veniente super ipsam vt faciunt pueri cum volunt q̄ scindatur z sonet. hec passio vt plurimum accidit in loco pueris z mulieribus propter multam humiditatez mollificantem z ventositatem extendentem que accidit propter gulositatem z ingestionem z propter debilitatem loci in eis.

Cura eius est vt abstineant ab omnibus ventosis z azimis z a leguminibus z acutis. Vtatur in suis cibarijs consolida maiori: z minori fiat ligatio fortis supra locum cum binda z optime firmetur locus cum stupis z plumaceolis habentibus formā quadratam. z ponatur emplastruz super locū q̄ sic fit. Re. picis nigre. ℥. ij. picis grece. ℥. j. mumie. ℥. iij. dragaganti gūmi arabici sanguinis draconis masticis boli armeni nucis cypressi glutinis piscium vel carte añ. ℥ ij. thuris. ℥. ſ. liquefiant pisces ad ignem z cuz liquefacte fuerint deponantur ab igne ne plures comburantur z incorporetur cum eis puluis aliarum rerum agitando semper spatula z vngatur manus cum oleo rosato. z fiat magdaleon de quo omni mense remouetur sup locum z fit quantitas emplastri tanta q̄ comprehendit totum locum z plus: z firmetur sic cū ligatiōe z plumaceolis z emplastro q̄ tota eminentia intra vadat z non exeat pro posse. Curabitur per tempus nisi error fuerit infirmo. Si enim sumeret de pillulis que fiunt sic bene esset ei. Re. nucis cypressi z mumie añ. ℥. ſ. cinamomi. ℥. ij. gariofilorum zinziberis folij añ. ʒ. j. sanguinis draconis. ʒ. ij. myrtilorum. ℥. ij. de hoc puluere sumat omni mane stomaco ieiuno. ʒ. j. vel. ſ. cum vino calido vel de electuario q̄ fit ex myrthis z ex melle calido de ruptura. Hic addendum est q̄ ꝯuenit de operatione manuali cum acu z filo penes curam illā. Sciēdum est prius q̄ eminentia vmblici fit ex multis cāis aut propter scissuram siphac quod est supra ventrem z exit ab eo recticula vel zirbum vel intestina aut humiditas vel caro aut eminentia eius est ex sanguine qui fluit vel a vena vel artaria aut ex ventositate coartata in loco. Quando est propter rupturaz siphac z exitū zirbi tunc est color eminentie vt color corporis z est lenis absq; dolore: z apparet eminentia diuersi situs: qn vero eminentia est propter rupturaz siphac z exitum intestini tunc est situs eminentie maioris diuersitatis z nō variatur color eius a calore corporis z ē ibi lenitas absq; dolore: z cū p̄mis locū cū digitis occultatur z redit z audit sonus aliqn̄ i eius repulsione z magnificatur eminentia ꝓpter introitū balnei z laborē. si vo eminētia vmblici fuerit ꝓpter humiditatē tūc est eminētia lenis z nō occultatur qn̄ p̄mis ipsam cū manu neq; stringitur neq; auditur. Si aūt eminētia fuerit ꝓp sāguinē qui fluit a vena vel artaria declinat eminentia ad ni-

gredinẽ ⁊ est lenis ⁊ non occultatur qñ ꝑmis neqꝫ auditur neqꝫ constringitur. quādo vero propter carnez fit eminentia vmbilici nō remanet diuersi sitꝰ sed dura ⁊ secundū quantitatẽ vnā cū vero fit eminentia propter ventositatẽ tunc tactus est lenis: ⁊ ipressura eiꝰ auditur sonus ⁊ rugitus: ⁊ cū percutitur auditur vt tympanū humefactū. quando cognoueris ꝙ eminētia ẽ propter sanguinẽ fluentẽ ex vena vel artaria vel ventositatez non cadit in ea oppositio cū ferro vel incisiōe eo ꝙ causa faciens eminentiaz non posset remoueri sed augmentaretur. Si vero eminentia fuerit propter intestinū vel zirbū tunc oportet vt precipias infirmo ꝙ teneat anelituz ⁊ stat extensus stans: tunc vero signa cū encaustro in circuitu vmblici totus eminētis: post hoc resuppina infirmū super dorsuz suū: deinde circūda cū spatumine lato in circuitu vmblici super locū quē signasti incidendo super finẽ cutis vt melius mediuz eminẽtie ad superiora cuz vncino magno: deinde liga eminẽtiaz in circuitu cū filo forti de lana: vl' se: ico ligato forti bene nodato: post hoc aperi vel scinde mediū eminẽtie cū vncino extensuz supra ligamentum: ⁊ intromitte digituz indicẽ in vulnꝰ ⁊ quere intestinū. Si ergo inueneris intestinū captū a ligamento tunc extrahe lacertum qui ẽ sub scissura: ⁊ impelle itestinū ad interiora ventris. ⁊ si inueneris zirbū tunc accipe ipsum cuz vncino ⁊ incide superfluitatẽ eius que ad eminentiaz deriuauerat. si aūt artaria vel vena cōtradiceret operationi tue circūda ipam ⁊ stringe ipsam bene: postea redi ad operationem tuā ⁊ accipe duas acus ⁊ intromitte in eas filū forte ⁊ itromitte acus duas i circuitu quē fecisti circa eminentiam vmblici in modū crucis: qs acus facias penetrare: deinde stringe eminentiam in quatuor locis super acus ⁊ si vis auferas acꝰ ⁊ dimitte donec putrefiat caro extensa ⁊ cadat per se. aut incide ipsam quando subtiliatur ⁊ putrescit: deinde cura ipz locum cū eo ꝙ oportet ex vngentis donec sanetur. ꝙ si eminentia vmblici est ex carne nata in vmblico: tūc oportet vt concaues eminentiā sicut diximus ⁊ extrahas sanguinẽ aut humiditatẽ quā inuenis in ea: deinde cura ipsam cū eo ꝙ ꝯsolidat locū. Attēde ꝙ hic modus curationis non pōt sciri nisi per vsum ⁊ postꝙ sensibiliter talis operatio oculis visa fuerit neqꝫ est fienda neqꝫ debet fieri nisi in puero vel adolescēte vel aliquo homine terribili ⁊ fortis alterius etatis.

Capitulū. xxxviiij. de apostemate calido ⁊ frigido sanioso duritie manifesta super epar.

b Egritudo timorosa est ex situ eius ꝓpter nobilitatem mēbri principalis cuiꝰ operatio est necessaria toti corpori. nā calidū apostema in loco fit vel ex sanguine vel ex colera. frigidum ex flegmate ⁊ durities ex melancolia.

Signa calidi sunt rubedo cum fuscitate vel citrinitate ⁊ acuitas vl' eminentia cum dolor extenso vel acuto ⁊ vt plurimū fe. Frigidi signa sunt h albedo cū mollitie vel duritie ⁊ plātiēs figure apātis vel occupatō magna loci ⁊ vl' grauitas magna cū pōdẽ

Cura calidi est vt regatur cū dieta ꝑata declinante ad frigiditatem si affuerit fe. s. cum succo hordei ⁊ farri ⁊ amigdalato cocto ⁊ mica panis lota in aqua ⁊ aqua ciceruz ⁊ lactucis ⁊ spinachijs elixatis cōditis cū amigdalato ⁊ portulacis ⁊ cucurbit̄. ⁊ eiꝰ potꝰ sit agresta cū aqua vel vinū de granatis cum aqua: vl' aqua decoctionis prunorum ⁊ granatorum vel aq̄ decoctionis agreste ⁊ zuchari. Si vo sine fe. fuerit bibat vinū album limphatum ⁊ comedat carnes pullorum ⁊ castrati ⁊ edi elixtas cū herbis dictis fiat flebotomia in brachio cōtrario ⁊ ventosatio in naticis vel mūdificatio cum decoctione vel pillulis dictis ca. de pustul' rubeis de colera adusta. vngatur locus cum oleo ro. ⁊ de camomilla mixtis: fit emplastrum de maluauisco ⁊ farina lini dictum superiꝰ: vel emplastrum de farina ⁊ olo ⁊ aqua. fcā maturatiōe fiat icisio cū rasorio i parte decliuiori secundū longitudinem corporis: impleatur vulnus cum alumine zucharino ⁊ vitello oui vsqꝫ ad dies tres mundificetur cū emplastro de terbētina melle ⁊ farina hordei: aliquādo cū vngento apostolorꝫ ꝑm ꝙ tibi videbitur melius ⁊ incarnetur ⁊ consolidetur.

Cura frigidi est vt regatur cum bona dieta declināte ad caliditatem sicut cum carnibus ⁊ bono vīo claro odorifero in quo aliquid aque ponatur ⁊ cum feniculo ⁊ borragine ⁊ similibus ⁊ vitellis ouorꝫ ⁊ ficubꝰ cū amigdalis ⁊ nucibꝰ ⁊ alleis coctis: purgetur a pīcipio cum pillulis dictis in polipo vel trocis. de turbit ⁊ hermodatilorum vel cū pillulis dictis superiꝰ: vngat' locus cū oleo de spica vel de lilio. emplastretur locus cuz emplastro de cepis ⁊ alleo ⁊ cepis lilij narrato multotiens ⁊ cum emplastro de melle quod sic fit. Re. mell' lib. j. farie fenugreci ⁊ seminis. lini aā. ℥. j. picis liqde lib. s. olei. lib. iij. liquefiat pix cū oleo ⁊ coletur ⁊ incorporetur cum melle ⁊ farina dictis ⁊ icorporetur si fuerit necessariū inspissari aliquid de farina siliginis vel hordei. Facta maturatione fiat incisio in loco decliuiori ⁊ non permittatur tota sanies exire: impleatur vulnꝰ cū alumine zucharino ⁊ vitello oui vsqꝫ ad tres dies: mūdificetur cū myrrha ⁊ melle ⁊ vngento apostolorꝫ incarnetur ⁊ consolidetur. Si aūt durities per hanc viaz neqꝫ resoluetur nꝫ maturaretur. supponatur emplastrū quod sic fit valens ad omnẽ duritiem vbicunqꝫ fuerit. Re. galbani serapini oppoponaci aā. ℥. j. farie fenugreci seminis lini aā. ℥. ij. terbentine lib. s. olei de camomilla. ℥. iiij. farine frumenti quod sufficit ad inspissandum: ponantur gūme i oleo de camomilla supradicto frustratim incise ⁊ dimittantur per duas horas ⁊ plus: postea dissoluantur ad ignẽ ⁊ cū dissolutū fuerit addat' terbentina: ⁊ cum omnia fuerint dissoluta colētur ⁊ incorporet' cū faria fenugreci ⁊ se. lini ⁊ frumēti ⁊ si fuerit necessariuz fiat magdaleon ⁊ ponat' sup duritiē: nā resoluit duritiem ⁊ ducit cito ad maturationẽ p tempora.

Cap. xl. de apāte calīo ⁊ frigido ⁊ duritie sup splenẽ.

o Omnia que dicta sunt ex pte cause ⁊ signorꝫ ⁊ diete ⁊ flebotomie ⁊ ventosationis ⁊ mundificationis emplastrationis ⁊ resolutionis remotionis ⁊ additionis in superiori capitulo de apostematibus referantur ad illud capitulum ꝑter ꝙ in duritie splenis proceditur cum fortiori emplastro ⁊ in fine cum cauterio si non resolueretur neqꝫ maturaretur. Emplastrum ad duritiem splenis sic fit. Re. armoniaci serapini bdelij oppoponaci aā. ℥. s. olei de spica. ℥. iij. terbentie lib. s. farine fenugreci ⁊ seminis lini. aā. ℥. iij. farine lupinorum ꝙ sufficit: ponantur gumme in aceto per tempus ⁊ dissoluantur. ⁊ cum dissolute fuerint addatur terbentina: ⁊ cum dissoluta fuerit oia: colentur ⁊ addatur oleuz ⁊ incorporentur farine reruz supradictarum ⁊ fiat magdaleon: fiat emplastrum ⁊ ponatur super splenez oī die semel: abluatur durities cū aceto calido ⁊ ponatur emplastꝝ: nam resoluetur durities in breui ⁊ mollificabitur ⁊ fiet sanies. Cauteriū in modum sectionis secūdum longitudinẽ corporis non recipiendo de pelle nisi parꝝ ⁊ sectionẽ sustineat. hoc cōplet quod per emplastrum non poterat adimpleri.

Capitulū. xlj. de apostemate calido ⁊ frigido sanioso in parte posteriori a collo vsqꝫ ad caudam.

a Apostemata calida nascētia in his locis ⁊ frigida cognoscuntur: ⁊ fiunt vt dictū est de apātibꝰ calidis ⁊ frigidis superiꝰ ⁊ spāliter in apātibꝰ sup epar ⁊ sup costas ⁊ proceditur in eis vt dictū ẽ ⁊ in illis costarum cū dieta ⁊ minutione ⁊ purgatione siue fiat cū febre siue non ⁊ cuz emplastris omnibꝰ preter ꝙ icisione sunt nerui ⁊ villi ⁊ principia neruorum existentium a spina: nā est valde timorosum incidere in parte pectoris ⁊ maxime apud spinam ⁊ per exitum neruorum a'nuca que transit per spinam. incidatur ergo a radice colli vsqꝫ ad finem costarum secundum situm ⁊ incessum costarꝫ

a fine costarum vsq3 ad caudam secundum figurã apostematis ꝛ rugationem pellis venientis a spina ad corpus iterum. Si apostemata in his locis fuerit magna nõ extrahatur sanies tota vna hora. ꝛ hoc est generale documentum in omnibus apostematibus magnis.

Cap. xlij. de apãte calido ꝛ frigido saioso i iguinib⁹.

b **Egritudo** vocatur bubo vel dragũzelus vel apostemata inguinis. ꝛ fiat vt plurimũ ex materia que ab epate expellitur ad alia loca ꝛ est aliquando calida ꝛ aliqñ frigida. ꝛ fit etiam cum homo infirmatur in virga propter fedam meretricem vel aliam cã ita ꝙ corruptio multiplicatur in ea ꝛ non potest natura multiplicare virgam ꝛ locum propter corruptionẽ multiplicatam ꝛ propter stricturã viarũ: redit materia ad loca iguinũ pp habilitatem istoꝝ locorum ad recipiendũ superfluitatẽ ꝛ affinitatem quã habent loca illa cũ vga corrupta.

Signa calidi sunt rubedo ꝛ dolor acutus vel extẽsiuus ꝛ figura apostematis acuta vel eminens. Frigidi sunt contraria. Intendas pro posse a prĩcipio remouere materiam aut cum flebotomia de manu de vena epatica que est inter annularem ꝛ auricularem vel ventosatione in naticis vel clisteri vel medicinis sicut decoctiones ꝛ pillule facte in apostematibus calidis dictis superius. ꝛ in dieta ꝛ potu regat̃ vt dictum est in capitulis. Vngatur locus omni die cum oleo de camomilla ꝛ ponatur vsq3 ad perfectam maturationem emplastrum de maluauisco ꝛ cepis ꝛ ouis ꝛ farina lini ꝛ fenugreci factũ superius. Et emplastꝝ de farina ꝛ oleo ꝛ aqua sicut dixi. nã per viam istam vel resoluetur vel veniet ad saniem. Facta sanie incidatur cum rasorio quia meli⁹ est ꝙ̃ flebotomo propter cauernositatem loci ꝛ fiat vulnus bene magnum vt locus iste spongiosus ꝛ cauernosus melius purget̃. ꝛ fiat vulnus obliquum secundum rugationem loci. naʒ per formam illam incisionis melius i fine ꝯsolidatur ꝛ ducitur ad bonum finem. impleatur vulnus vsq3 ad dies tres cum alumine zuchario ꝛ oleo rosato. postea mundificetur locus cuʒ emplastro de melle ꝛ myrrha ꝛ farina hordei vel vngento apostolorum. ꝛ si dolor ibi essʒ fortis fiat hoc mundificatiuũ. Re. olei de camomilla ℥. j. butiri. ℥. iij. farine seminis lini ꝛ fenugreci añ. ℥. j. vitellos ouorum. iij. misceantur omnia simul ad ignẽ ꝛ inspissetur aliquantulũ cum farina hordei ꝛ ponat̃ hoc calidum super locum ꝛ perfecte mundificat̃. ꝛ si ꝑ hoc dolor non remouetur fiat inunctio circa vulnus cũ oleo de camomilla in quo ponatur. ℈. j. opij. ꝛ. ℈. iij. iusquiami ꝛ. ℈. j. seminis apij ꝛ. ℈. iij. aceti terantur ꝛ misceantur cum oleo. Mundificato vulnere incarnetur ꝛ consolidetur. Si vero frigidum fuerit purget̃ cũ trocisco de turbit vel cum pillulis fetidis vel de agarico dictis superius. ꝛ regatur bona dieta ꝛ calida. vngatur locus cum oleo de spica vel de lilio ponatur sup locum emplastrum de alieis ꝛ cepis ꝛ lilij dictuʒ superius vel diaquilon vel emplastrum vt dictum est i duritie splenis vel resoluetur vel maturabitur. Facta sanie incidatur vt dixi superius: impleatur locus cũ alumine zucharino ꝛ oleo de camomilla vel de lilio vsq3 ad dies tres mundificetur cũ vngento apostolorũ vl' viridi vel emplo de myrrha vel de sarcocolla ꝛ melle ꝛ farina lupinorum hoc abstergit sine corrosione. Facta mundificatione incarnetur ꝛ consolider.

Capitulum. xliij. de scrofulis ꝛ duritie in inguine.

b **Egritudo** difficilis est ad curandum ꝛ fit semper ex melancolia aq̃ resolutũ ẽ vl' ex flegmate gipseo grosso vel duro coagulato ac frigido.

Curatur cum trocisco ð turbit ꝛ pillulis fetidis ꝛ bona dieta vt dictum est in tractatu ð scrofulis. vngatur cum oleo de spica ꝛ de lilio ꝛ ponat̃ diaquilon continue super locum. vel emplastꝝ de gummis quod factuʒ est i duritie splenis si resoluitur bonũ est. Si autem vlceretur mundificetur ꝛ procedatur in mundificatione incarnetur ꝛ consolidetur.

Capitulum. xliiij. de ruptura mirach ventris ꝛ eminentia ꝛ castratione in inguine.

b **Egritudo** fit ex ventositate tendente mirach scilicet ꝛ siphac ꝛ scindente ex saltu ꝛ ex clamore ꝛ ex casu ꝛ ex nimio coytu ꝛ ꝑcussione ꝛ cibo ventoso ꝛ alijs causis eiusdem generis. Cognoscitur cum infirmus iacet corpore suppino. ꝛ cum venter inanitus ꝛ redeunt intestina intra ꝛ cum tussit fit eminentia manifesta in loco.

Cura eius fit duobus modis cum incisione ꝛ sine incisione. si fiat cum incisione siue sine incisione dieta eius debet esse bona ꝛ temperata ꝛ non vẽtosa. abstineat a legumine ꝛ ab omnib⁹ que diximus superius ex quibus causatur egritudo: bibat optimum vinũ claꝝ ꝛ odorifeꝝ nõ dulce i quo ponat parũ ð aq̃.

Cura cum incisione sicut debet fieri q̃uis incisio huius loci sit periculosa ꝛ maxime propter neruositatem ꝛ infiltrationem artariarum ꝛ venarum eiusdem loci ꝛ propter dolorem: tamen medicus potest procedere si visus fuerit de operatione: vel visus fuerit cũ aliquo operante rationabiliter ꝛ fuerit bõi ingenij. ꝛ bõe imaginationis secure potest in tali cura procedere ꝛ ꝑ aliã viam nemo in hac presumat ex se modo aliquo operari: quia posset per indoctam operationeʒ de leui homo interfici. Primo ante incisionem clisterizetur infirm⁹ vt intestina vacua sint ꝛ de leui ad sua redeant loca. sequenti die post clistere stomaco ieiuno medicus debet locare infirmum super vnum discum planum ꝛ ponet̃ ipsum infirmum in manus discipuli sui vel ligare ipm bene vt se mouere nõ possit. ꝛ eleuatis crurib⁹ ꝛ aptis ꝛ bene ligatis vt non impediant operationem ꝛ vt locus bene videatur tunc medicus accipiat cum manu sinistra pellem que est super locum infirmũ ꝛ scindat ipsam secundum rugationem loci ꝛ consequatur cũ incisione sua foramen ꝛ locum a quo exeunt zirbum vel intestia. Et potest de foramine experiri si hora incisiõis eleuauerit minister testiculum illius partis vsq3 ad locum qui inciditur per istam viam statim manifestabit̃ foramen: quia per eandem viam descendunt intestina per quaʒ testiculus ad superiora eleuatur. ꝛ cuʒ fuerit certus de foramine dimittatur testiculus descendere ad locum suum. ꝛ nullo modo presumat testiculum extrahere vt faciunt stolidi medici ꝛ nil scientes: sed accipiat neruum ꝛ viam per quam descendunt intestina ꝛ liget ipsum neruum vel viam cuʒ filo lineo subtili quadruplicato in duobus locis inferius ꝛ superius ꝛ sit inter duas ligationes distans secundum grossitudinem vnius digiti: illud spacium scindatur per medium ex transuerso. ꝛ postea cauterizetur optime: ꝛ post cauterium impleatur locus cum puluere sanguinis draconis ꝛ albumine oui: ꝛ firmetur bene locus cum pulmaceolis ꝛ binda ꝛ dimittatur ita per vnum diem integrum. Et semper vsque in fine infirmitatis iaceat infirmus suppino corpore. ꝛ sepe clisterizetur vt intestina sint vacua a superfluitate ꝛ ventositate ne locus vulneratus impediatur. Pulvis sanguinis draconis sic fit. Re. sanguinis dracõis. ʒ. ß. masticis dragagãti añ. ʒ. ij puluerizentur ꝛ cribrentur. ꝛ cuʒ firmatus fuerit locus ꝛ mundificatus ab escara ignis incarnetur ꝛ consolidetur. Curaui sine icisione pueros maxime ꝛ alios in quibus intestina non descendunt ad bursam testiculorum ꝛ qui habeant paruam eminentiã cũ lombare vel emplastro ꝛ puluere multos meo tẽpore curaui. Lombar sic fieri debet de panno lineo triplicato ꝛ sit ei⁹ latitudo secundum q̃tuor digitos ꝛ impleat̃ bombace ꝛ sumat̃ vt zupetũ ꝛ fiat plumaceol⁹ triangulus vel quadrangulus ꝛ sumatur hic plumaceolus cum lombare ita ꝙ possit poni plumaceolus super rupturam cum cingitur lombar ꝛ debet plumaceolus habere quandam bindã in angulo interiori: ꝛ illa binda vel corrigiola debet ha

bere lõgitudinẽ vt possit trahi int' coxã ⁊ testiclos ⁊ flecti ad posteriora sup naticã posteriorẽ ⁊ ibi firmari cũ lõbare atq; necti ne moueat' immo in firmitate remaneat Emplastr̄ q ponitur sup rupturam sub plumaceolo sic fit vt dictum est in capitulo de eminẽtia vmbili. ⁊ pulũis quem sumere debet omni die fit vt dictũ est ibi. Fit etiam emplastr̄ fortius illo. Re. picis grece. ℥. iij. picis nigre que a quibusdã appellat' naualis. ℥. ij. glutinis pisciũ vel charte. ℥. iiij. armoniaci. ℥. ij. frustrati incidant' ista ⁊ ponant' in. ℥. ij. aceti. ⁊. ℥. iij. olei de mastice. ⁊ cũ steterint per medium diem in istis liquorib᷒ ponantur ad ignem. ⁊ cum dissoluta fuerit colent' ⁊ inspissentur cũ puluere qui sic fit. Re. masticis dragaganti thuris farine fenugreci boli armeni: mumie sanguinis dracõis. añ. ℥. ß. terant' ⁊ cribrent' ⁊ fiat magdaleõ ⁊ reseruet' vsui. Aliud emplastr̄ ad idem. Re. mumie colle carte. añ. ℥. ij. boli armeni nucũ cypressi añ. ℥. ß. masticis thuris dragaganti gũmi arabici añ. ℥. ij. sanguinis dracõis. ʒ. j. picis naualis. ℥. ij. collofonie. ℥. j. dimittat' in aceto per horas ⁊ postea liquefiat ad ignem in cazola cum pice naualí: quibus liquefactis deponãtur ab igne ⁊ incorporẽtur cũ puluere aliar̄ rer̄: ⁊ fiãt magdaleones in aqua frigida. sumat in ieiuno. ℥. ß. d electuario qđ sic fit. Re. pulueris myrti. ℥. iij. mellis dispumati lib. ß. misce. Castratio fit duobus modis per attritionem testiculorum postq̃ steterũt per longuz tẽpus in aqua calida si fortiter manibus fricantur bene possant destrui. sed est hoc valde dolorosum ⁊ timorosũ valde. Fit etiam per abscisionem burse testiculor̄ super quodlibet ouũ ⁊ vt quodlibet ouũ per se extrahatur: ⁊ tunc vuln᷒ curetur ⁊ incarnetur ⁊ consolidetur cũ defensione in principio vt dictum est in alijs incisionibus. ⁊ hic modus castrationis valde secur᷒ est in hominibus ⁊ oĩbus alijs aĩalibus.

Ca. xlv. de ficis condilomatibus ⁊ emoroidibus i ano ⁊ vulua.

b Egritudines fiunt a materia grossa melãcolica que descendit ad loca illa ⁊ cõuertit' ad carnositatẽ.

Signa earũ sunt q fici habent pedẽ ⁊ figurã ficus non emittũt neq; sanguinẽ neq; humiditatem. Cõdilomata non habent pedẽ ad moduz ficus: sed tuberositatem ipsam sine pede: ⁊ aliquãdo ab eis emanat quedã humiditas subtilis. ⁊ emoroide sunt tuberositates vel eminentie a qbus emanat sanguis omni mense.

Cura fici est cum medicinis ⁊ ferro vel ligamẽto. Cũ medicinis vt purgetur infirmus cũ pillulis que sic fiunt. Re. mirobalanor̄ indor̄. ℥. ß. kebulor̄ mũdator̄. ʒ. ij. elebori nigri scamonee. ʒ. j. sene epithimi añ. ʒ. ß. masticis. ℈. j. turbit. ʒ. ij. fiant pillule cũ succo polipodij vel fumiterre. Dosis est. ʒ. j. ß. sero ⁊ non cenet. Si autem pillulas recipere non posset sumat decoctionẽ istã. Re. prunor̄. ℥. iij. cuscute sene epithimi añ. ʒ. ij. mirobalanor̄ indor̄. ℥. j. polipodij. ℥. ij. vel iij. pistent' ⁊ bulliant in. ℥. vj. aque donec non remaneant nisi tres: coletur ⁊ in colatura addantur. ℥. ij. zuchari ⁊ zuchar̄ permittatur liquefieri: coletur iter̄ hoc totum in aurora detur patienti ad bibendũ. Facta mũdificatione ligetur cum filo vel incidãtur vel vrantur. Si autez iuersi fuerit intra intestinũ cũ ventosa magna posita super anũ: ⁊ sic apparebũt. ⁊ cũ apparuerint fiat vt dictũ est. eodẽ modo in condilomatib᷒ procedat'. Contra emoroidas potes procedere vel exsiccando ⁊ hoc cũ cauterio vel consolidando. ⁊ hoc cũ emplastro q sic fit. Re. farine gallar̄ farine nucũ cypressi mastic̃ boli armeni añ. ℥. j. pistentur ⁊ bulliantur in aliquantulo aceti ita q inspissentur ⁊ fiat tũc emplastr̄ ⁊ calidũ sup emoroidas liget' ⁊ bene stringat': vel aperiendo vt eas aperire volueris cũ emplastro q sic fit. Re. cepas numero. ij. ⁊ spicas allei numero. iiij. pistent' ⁊ incorporẽtur cum farina lupinor̄ ⁊ aliquantulo aceti fortissimi ⁊ ponat' super locũ ⁊ statim aperient'. Uel si vult oi mense facere flebotomiã de saphena pedis que est intus in talo excusabit infirmum ab apertione emoroidarum. Ad remouẽduz dolorẽ cũ accidit in illo loco causa istarũ infirmitatũ fiat istud vngentum q dolorẽ remouebit si locus cancera tus non fuerit. Re. olei ro. ℥. iij. cerusse. ℥. j. litargiri. ʒ. ß. cere. ʒ. ij. opij. ℈. j. iusquiami. ʒ. j. papaueris albi. ʒ. ij. opij. ℈. ij. corticis mãdragore. ʒ. ß. pulueriz ent' pulueriza nda ⁊ cribrent' ⁊ fiat vngentum cũ cera ⁊ oleo ⁊ addat' in fine aliquid aceti: vngat' loc᷒ cũ illo: ⁊ etiam emplastret'. cessabit. n. dolor sicut credimus. hec. n. fecimus in multis in illo casu ⁊ dolor incõtinenti cessauit.

Ca. xlvj. de apostemate calido ⁊ frigido sanioso ⁊ fistula in ano.

b De apostema calidum vel frigidum curat' vt dictũ est in alijs apostematibus saniosis. sed sm plurimũ omne apostema saniosũ in hoc loco parit fistulã aut penetrantẽ aut non penetrantem. Si aũt fuerit non penetrans mũdificet' cum vngento apostolor̄ vel viridi: ⁊ cũ sarcocolla ⁊ melle ⁊ incarnet' ⁊ consolidet'. Si autem fuerit penetrans ñ curat' de leui: sed melius ⁊ honorabilius est eam dimittere. ⁊ si curari dz curat' vno istor̄ modor̄ dilatet' locus cũ spongea vel medulla melegarij ⁊ amplief' vsq; ad fundũ: ⁊ cum videris fundũ facias cauterium vrendo cũ ferro ignito totuz qđ apparet de fundo fistule. ⁊ post vstionem impleat' vulnus cũ alumine ⁊ butiro vsq; ad dies tres. incarnet' cum puluere thuris ⁊ consolidetur cum puluere mumie. Si autem non curatur per hoc conare trahere filum per foramen intestini cum acu facta ex plumbo longa sm necessitatem loci. ⁊ cum digito posito in ano vel duobus digitis ita q vna pars fili veniat per vulnus ⁊ alia per anum: ⁊ sic omni die serando locum totum cum filo tãdiu q totum intestinum cũ carne scindatur ex filo vsq; ad exteriora. ⁊ per viam istam potest curari. sed valde difficile est ⁊ male potest fieri hoc vltimum q nostro vidimus tempore de fistula in loco isto.

Capitulum quadragesimumseptimum de extractione lapidum in vesica.

p Rimo operator debet experiri de lapide vtrum fuerit in vesica vel non: hoc modo ponat duos digitos manus sinistre. s. indicem ⁊ medium in ano. ⁊ eleuet cum illis digitis intestina vsq; ad virgam infirmi. ⁊ cum manu sinistra tenter si inuenit aliquid expulsum ad locum vbi apparet eminentia inducta a digitis intrinsecis: ⁊ sic mouendo digitos intrinsecos ⁊ palpitando cum manu extrinseca in locis que sunt inter intestinum ⁊ anum ⁊ coxam ⁊ virgam manifestabitur de lapide. Aliud signum commune. quia habens lapidem propter dolorem cuz vult mingere conatur fricare testiculos ⁊ loca illa. sed nõ ẽ hoc signum necessarium quia fit fricatio hec in stranguria cum vlcere. Aliter autem potest experiri de lapide videlicet generato per exhibitiõem sirupi que fecimus contra materiam lapidis generandi cum quo pueros multos curauimus qui dicebantur habere lapidem ꝓpter dolorem hora minctionis vel micture ⁊ propter fricationem virge ⁊ testiculorum illa eadem hora. hic enim sirupus si datur infirmo habenti lapidem confirmatum non confert quin habeat dolores hora micture ⁊ fricationes circa virgam ⁊ testiculos sicut ante qui sirupus sic fit. Recipe radicis apij fenugreci petrosellini ana numero quatuor seminis earundem herbarum ana vncias. ß. milij solis vncias duas sarifragie viridis. ℥. j. ß. seminis lactucarum ⁊ endiuie citrulli ⁊ cucumeris ana. ℥. ß. ameos amomi ana. ʒ. ij. ciceris imperatoris siue siluestris cicoree scolopẽdrie añ.

M. j. polipodij. ℥. vj. incidantur radices ⁊ herbe frustratim ⁊ pistent̃ in mortario cũ seminibus ⁊ cũ pistate fuerint oĩa grosso modo buliant in duab⁹ lib. vini albi ⁊ duab⁹ aque mitte cũ vino tãdiu ꝙ medietas sit consumpta: colet̃ ⁊ optime exprimat̃ ꝙ virtus rez bene exeat. ⁊ hec colatura dimidat̃ per mediũ. ⁊ in vna medietate ponat̃ lib. j. mellis ⁊ ponat̃ ad ignez ⁊ buliat aliquantulũ postea reseruet̃ in vase. ⁊ in alia medietate ponat̃ lib. ſ. zuchari ⁊. ʒ. j. ſ. cantaridaz ablatis capitibus ⁊ alijs ⁊ pistent̃ cantarides ⁊ pmittant̃ bulire cuz zucharo aliq̃ntulũ ⁊ colet̃ ⁊ reponat̃. De illo in quo sũt cantarides: sumat de quarto in quartũ diem in aurora ʒ. j. ſ. cũ. ℥. iij. aq̃ decoctionis radicũ apij petrosellini seminis lactucaz endiuie portulacaz ⁊ seminũ cominũ. Et posset aliq̃s expectare supra receptionem illius vsq ad. vij. diem ⁊ plus min⁹ ſm ꝙ videbit̃ medico de effectu ei⁹ forti vel debili. Dieb⁹ aũt omnib⁹ qb⁹ non sumit sirupũ istũ de cantarib⁹ sumat omni mane ĩ aurora. ℥. j. ſ. de illo mellis cũ. ℥. iij. aque predicte. Exhibitio illi⁹ sirupi data ſm ordinez post duas vices aut tres statim fricationes consuetas ⁊ dolores mitigat. ⁊ signũ est ꝙ nondũ lapis est confirmat⁹. Si aũt non mitigat̃ est signũ lapidis confirmati cui non confert nisi incisio. Vtat̃ dieta temperata bona ⁊ abstineat a melãcolicis ⁊ flegmaticis pro posse. Cũ aũt medicus cert⁹ fuerit de lapide ⁊ vult extrahere. pmo oz vt euacuet intestina cum clisteri: ⁊ post clistere non permittat infirmũ nisi paz comedere: ⁊ sic sequenti die stomaco ieiuno accipiat infirmum ⁊ ponat ipsuz suppinũ supra vnũ discuz ⁊ vnũ ministz a dextris ⁊ aliũ a sinistris qui teneat crura eleuata ⁊ infirmum firmuz ne moueat̃ hora operationis ⁊ ponat digitos in ano vt diximus ⁊ reducat cũ digitis pro posse lapidem ad locũ q̃ est inter anũ ⁊ radicem testiculoz: ⁊ tũc ex obliquo ab vna partium ne tangat musculũ venientem ab vno in modũ testiculoz ſm rugationem loci scindat̃ cũ rasolio vsq ad lapidem ⁊ fit vulnus maius lapide vt sine difficultate possit extrahi cũ vncino quo extracto vulnus impleat̃ cũ puluere de bolo armeno dragagãto ⁊ mastice facto eq̃liter: ⁊ suatur vuln⁹ ponendo vnũ punctũ: ⁊ sic cũ illo puluere ⁊ albumine oui firmet̃ vuln⁹ vsq ad finem: bibat vinũ stipticũ ⁊ paz ⁊ non album ⁊ comedat temperatam dietam ⁊ boni nutrimenti. Si autem vulnus non bene consolidaret̃ ponat̃ supra ipsum puluis qui fit de munia ⁊ mastice equaliter: ⁊ sic indubitãter curabit̃ nisi fuerit in incisione peccatũ. Attende ꝙ hoc opus n nq perfecte apprehendit̃ nisi per visum specialiter in hac operatione. Scias itez ꝙ hec egritudo raro fit in muliere ⁊ est difficilis curationis in ea ꝓpter interpositionem matricis inter vesicaz ⁊ anum ⁊ maxime cũ incisione. quãuis enim collũ vesice multuz sit strictũ est valde curtum ita ꝙ omnis superfluitas q̃ reperitur in vesica siue sit grossa siue multa statim expellit̃. ⁊ ideo raro in mulieribus generat̃ lapis: procedat̃ ĩ ea vt dictũ est. Si autez nõ consolidaret̃ finaliter vulnus per quod lapis fuerit extractus sed fuerit fistula ꝓcedat̃ in cura eius cum vstione loci vt dictũ est in apostemate ⁊ fistula penetrante in ventre superiori ⁊ inferiori. si autem lapis ad medium virge descenderet ⁊ ꝑ foramen virge non posset exire neq per medicinaz neq per aliud ingenium medicabile incidat̃ locus vsq ad lapidem: ⁊ extrahat̃: ⁊ super vulunus statim ponatur cum albumine oui puluis factus ex sanguine draconis ⁊ mastice ⁊ ligetur quia ĩ breui ꝯsolidabitur ⁊ loc⁹ optime continuabitur per viam istam.

Capitulum quadragesimumoctauum de pustulis albis ⁊ scissuris ⁊ corruptionibus que fiunt in virga ⁊ circa preputium propter coitum cum meretrice vel feda vel ab alia causa.

b Ec egritudo semper accidit ex frigido vel materia ventosa retenta ⁊ reclusa inter preputiũ ⁊ pellem virge: ⁊ q: non expirat crescit ⁊ multiplicat̃ in loco vndecũq neglecta fuerit in principio. Itez aliq̃ndo multiplicat̃ ꝙ corrũpitur pellis ⁊ denigrat̃ ⁊ corrodit̃ cũ hec substantia virge q̃ ampli⁹ restaurationem non recipit ⁊ accidit cũ hac corruptione fe. ⁊ fluxus sanguinis ⁊ mors multotiens.

Curetur in principio cũ mũdificantib⁹ ⁊ confortantibus locũ vt est aqua decoctionis mellis. ro. non colati. ⁊ post ablutionem embrocet̃ locus tot⁹ corrupt⁹ cũ petijs ĩfusis ĩ vino ⁊ aceto mixtis ⁊ in q̃bus sit decoctus puluis galle vel nucũ cypressi: hec faciat sepe donec malitia corporis sit remota. Si aũt corrupto in tantũ augmentata fuerit ꝙ denigrauerit locuz signuz est mortificationis loci: tunc intendas ad remouendũ denigratũ ⁊ corruptũ cũ ferro ignito separando totũ corruptũ ⁊ marcidũ a non corrupto. naz si hoc non fieret non cessaret deambulatio donec totũ membz esset corruptum. ⁊ propter hoc pro posse nil ꝺ corrupto remaneat hoc facto emplastret̃ locus non corrupt⁹ cũ puluere boli armeni ⁊ oleo rosa. ⁊ aliquantulo aceti. nam illud defendit ne corruptio fiat deãbulatiua. Supra vuln⁹ vero ⁊ locũ excoriatũ vt sanguis stringatur ponat̃ albumẽ oui cũ puluere boli armeni ⁊ hoc vsq ad dies tres: Si autem post istos tres dies visum fuerit aliquid de corrupto mundficetur cum vngento apostolorum vel viridi. facta mundificatione incarnetur cum incarnatiuis ⁊ consolidatiuis de quibus mentionem fecim⁹ ⁊ faciem⁹. Ablutio cũ aqua frigida ⁊ continua abstersio cũ eodem post coitũ cũ feda vel meretrice pfecte defendit virgã a corruptione ex illa causa ⁊ maxime si post ablutionem cũ frigida aqua fiat roratio loci cũ aceto. Puluis optim⁹ ad ꝯsolidãdũ vlcera vĝe mũdificata sic fit. Re. nucũ cypsi aloe myrrha aã. ℥. ſ. puluerizent̃ ⁊ cribret̃ ⁊ ponant̃ sup vlcera ⁊ post puluerẽ petie infuse in vino ponant̃.

Ca. xlix. de apate calido ⁊ frigido sanioso ⁊ nodo in virga.

a Postema huius loci calidũ ⁊ frigidũ cognoscit̃ ⁊ curat̃ vt dictũ est de eisdẽ apatib⁹ in locis diuersis ⁊ ꝑ vnctiões ⁊ flebotomiã ⁊ mũdificatões ⁊ vẽtosatões in ꝯtrariũ ⁊ purgatões cũ pillulis ⁊ decoctõib⁹ ⁊ trocis. ⁊ emplatões ⁊ incisiones ⁊ mũdificatões ⁊ incarnatiões ⁊ ꝯsolidatiões ⁊ dietas narratas in calido ⁊ frigido apate. Cõtra nodũ istius loci spãliter ꝓcedẽdũ ẽ. Recipiat medic⁹ noduz inter digitos suos ⁊ trahat ipsum ad locũ in quo vene ⁊ artarie nõ appareãt ꝓ posse. q: in hoc mẽbro multũ timẽdũ est de artariaz venaz incisione. ⁊ tũc incidas pellẽ super ipsum nodũ ⁊ extrahe ipm̃ totaliter: quo extracto suas pellẽ ⁊ pone super pellez pulueris sanguinis draconis ⁊ dragagãti eq̃lite. cũ albumine oui ⁊ dimittat̃ sic q: in breui consolidatur sine aliquo periculo.

Capitulum. l. ꝺ apostemate calido ⁊ frigido sanioso testiculorum.

b Oc apostema semper generatur a materia descẽdẽte a nutritiuis ad testiculos. tum propter habilitatem loci. tum quia nutritiua naturaliter expellunt superfluitates ad inferius.

Signa calidi apostematis ⁊ frigidi multotiens dicta sunt.

Cura et dieta ⁊ regimen dicta sunt in multis locis vngatur locus cum apostema fuerit calidum cum oleo rosato calido in hyeme estate vero cum frigido actu. fiat flebotomia manus alteris in quo fuerit apostema de basilica vel scarificatio fiat in naticis vel mundificatio cum rebus dictis in apostematibus calidis. s. pillulis aut decoctõib⁹ ⁊ si impediret vrinã fiat flebotomia de saphena intus in talo nam flebotomia hui⁹ vene valet multũ in egri

tudinibus huius loci ⁊ in egritudinibus matricis emplastretur locus cum maluauisco dicto in de maturatione apostematis calidi. Facta sanie incidatur ⁊ non ꝑmittatur sanies tantum ꝙ corrumpat didimum. q2 postq̄ꝫ corrumpitur locus nō ꝯsolidatur nisi extrahatur qḋ indecens est. Aliquādo. n. hoc apostema resoluitur cū vnctione ⁊ purgatione ⁊ flebotomia vel scarificatione ⁊ cum emplastris maturatiuis ⁊ remota sanie si ad saniem deueniret mundificetur cum melle ⁊ myrrha ⁊ farina hordei incarnetur ⁊ ꝯsolidetur.

Cura frigidi bonū est vt purgetur cum pillulis dictis in scrofulis ascellaꝝ vel trocis. de turbit ⁊ hermodactilis. ⁊ vngatur locus cum oleo de spica ⁊ sit intentio tua in resolutione cum emplastro diaquilon vel cū emplastro dicto in duritie splenis in fine: vel resoluetur vel maturabitur in breui. Facta sanie si nō resoluit incidatur ⁊ mundificet ⁊ incarnetur ⁊ ꝯsolidetur ⁊ non ꝑmittatur ouum corrumpi: q2 malum est. Cogitur. n. medicus post corruptōem extrahere: vel vulnus nullo modo consolidaretur.

Capitulū. lj. de hernia aquosa carnosa ⁊ ventosa testiculolorum.

b **Ec egritudo** fit semper ex materia descendente ad inferi⁹ que aliquādo est vētosa aliqñ aquosa: ⁊ aliquādo humor descendens ꝯuertitur in carnem ⁊ appellatur tūc carnosa.

Signa ventose sunt q2 subito aduenit ⁊ pellis testiculoꝝ lucet ⁊ parua est ⁊ nō cedit tactui sicut vesica tēsa ⁊ sonat cum ꝑcutit. Aquose signa sunt q2 aduenit successiue. ⁊ q̄uis luceat cedit tactui ⁊ cum ꝑcutitur sonat vt venter plenus aqua. Carnose signa sunt durities: ⁊ ꝙ longo tp̄e incepit cum tangitur cōiter totum mouet qḋ est inter testiculum ⁊ ꝙ per tp̄s nullo modo minuitur.

Cura ventose est vt clisterizet cū oleo in quo decocta sint ciminū ⁊ ameos ⁊ amomuꝫ ⁊ aliqd mellis ⁊ aliqd salis mundificet ēt aliqñ cū pillulis fetidis dictis in scrofulis ascellaꝝ. vngat locus cum oleo ḋ spica ⁊ oleo de aneto de qbus in fine fecimus mentionem. fiat emplastrum tale supra locum. ℞. cimini. ℥. j ameos amomi seminis fenugreci ciperi dauci baccaꝝ lauri allei cocti añ. ℥. ß. farine fabaꝝ lib. j. aceti. ℥. ij. misceat farina fabaꝝ cum quantitate vini conueniēte ad liqditatem ⁊ misceat acetum cum his ⁊ ponat ad ignē. ⁊ cū bulierint addat puluis oīum aliaꝝ reꝝ. ⁊ cuꝫ inspissata fuerint omnia ⁊ calida facta inunctione cum aliquo ex oleis supradictis ponatur emplastrum calidum: ⁊ sic per vsum curabit. abstineat a leguminibus ⁊ a rebus ventosis.

Cura aquose est vt vngat cum oleo de costo qḋ faciemus vel cū oleo de lilio ⁊ emplet cum emplastro de gūmis dicto in duritie splenis vel cū emplo qḋ sic fit. ℞. sulfuris. ℥. iij. rasine lib. ß. litargirij aluminis zucharini añ. ℥. iiij. olei oliue. ℥. ij. dissoluat rasina cū oleo ⁊ colet ⁊ cum infrigidatum fuerit incorporet puluis aliaꝝ reꝝ: ⁊ i fine addat aliqd aceti cuꝫ eis. hoc facto ponat calidū sup locū. Si aūt ꝑ illam viā nō ꝯsumitur aqua: ꝑfora bursam testiculoꝝ cum flebotomo ⁊ extrahe aquam. ⁊ ponas in foramine tētam ita ꝙ possis libere qḋ erat intus extrahere. Et pone post extractōeꝫ aque emplastꝝ factum in tractatu de ruptura sup locuꝫ vbi apparet eminentia rupture. ⁊ liga ipsum bene firmiter ne aqua descendat per didimum vel viam ad testiculum. Nā ꝑ aliam viam nō potest descendere ad testiculum nisi ꝑ illā. si. n. descēderet recidiuaret egritudo: purget sepe cum trocis. de turbit vł pillulis fetidis ⁊ regat cum bona dieta sicca videlicet carnibus assatis ⁊ similibus. hec enim egritudo sepe recidiuat ⁊ semper redeas ad perforationem ⁊ constrictionem meat⁹ per quem descendit ad inferius ⁊ perfecte curabitur: ⁊ cum hac via multos curauimus. Et scias ꝙ cauterium ꝓ certo qḋ sequitur ad perforationem ⁊ ꝙ ꝓcedit vsq3 ad locum in quo aqua ꝯgregata erat est de melioribus rebus que recidiuam impediunt ⁊ que curā talē rectificant.

Cura carnose valde difficilis ⁊ periculosa est q2 non curatur nisi cum incisione. ⁊ anteq̄ꝫ accedas ad incisionem mollifica carnositatem ꝓposse cum oleo de spica ⁊ diaquilon ad scrofulas. Facta mollificatione scindatur cutis cum rasorio ⁊ carnositatem q̄ꝫ inuenies remoueas a testiculo. ⁊ si testiculus nō fuerit lesus dimitte ipsum. ⁊ si lesus fuerit extrahe ipsum cum carnositate: q2 si remaneret corrumperet alium ⁊ non consolidaretur. post extractionem carnositatis siue extrahatur testiculus siue non sumat pellis incisa bene ⁊ subtiliter. ⁊ super sutura ponatur puluis hic. ℞. sanguini draconis masticis dragaganti ana terantur ⁊ cribelentur. ⁊ cum albumine oui ꝑ vnum diem dimittantur super vulnus ab illa die vltra ponatur puluis tantum vsuꝫ in fine sine albumine. Hic est opus modus curationis carnose ⁊ ꝑ viam aliam non recipit curationem fm̄ ꝙ temporibus nostris nobis fuit manifestum ꝑ vsum ⁊ operationem in ipsa.

Capitulum. lij. de apostemate calido ⁊ frigido ⁊ nodo in coxa ⁊ genu.

a **Postemata** istorum locoꝝ cognoscuntur vt dictum est in apostematibus calidis ⁊ frigidis q̄ in adiutorio fiunt ⁊ humeris ⁊ curantur eodē modo ⁊ cum eisdem rebus vt dictum est illic ⁊ reguntur cum eadem dieta vt illi. sed flebotomia fit in istis de basilica pedis contrarie partis que ē inter annularē ⁊ auricularem ⁊ scarificant isti in naticis. Sed purgationes cum medicinis sunt eedem ⁊ fiunt cum eisdem. In incisione apostematuꝫ genu considerentur ꝯcatenationes ⁊ inuolutiones neruoꝝ illius loci q2 valde timorosum est. fiant ergo incisiones genu fm̄ rugationem ⁊ superficiales ꝓ posse ⁊ nō ꝓfunde. ⁊ sic ꝑiculum melius euitabitur. Cōtra nodum genu ⁊ coxe ꝓcedatur cū purgatiōe q̄ fit ex trocis. de turbit ꝯtinuatis: ⁊ cum emplastro diaquilon dicto in scrofulis gule vł emplastro de sulfure dicto in hernia aquosa: si resoluit bonum est. Si vero non incidatur pellis superficialiter vsq3 ad substantiam nodi ⁊ remoueatur pellis a nodo ꝓ posse: ⁊ tunc nodus extrahatur cuꝫ folliculo. Emplastretur locus cum alumine zucharino ⁊ vitello oui vsq3 ad tres dies post mūdificetur cū melle ⁊ myrrha ⁊ farina hordei vel vngēto aploꝝ ⁊ in fine incarnet ⁊ consolidet.

Ca. liij. de crustis ex flate salso ⁊ cācrenis i crurib⁹.

o **Omnes iste infirmitates** semper fiunt ex flegmate salso ⁊ ex melācolia.

Signa ei⁹ q̄ fit ex fl̄ate sī prurit⁹ ⁊ mltiplicatio corticū ⁊ crustaꝝ ei⁹ q̄ aūt ē ex melācolia adusta sī q̄ ē cū vlcerib⁹ nigris ⁊ fetidis ⁊ sine crustis ⁊ corticibus ⁊ non cum multo prurituu. ⁊ hec est illa que est male cure.

Curentur siue sint cū vlcere siue sine vlcere h̄ mō. Mūdificet corp⁹ cū pillulis fetidis q̄ꝝ dosis ē. ʒ. ij. vel. j. ß. vel cū pillul' q̄ sic fiūt. ℞. elebori. nigri. ʒ. j. scamonee. ʒ. ß. mirobalanꝝ idoꝝ. ℥. j. sene epithi. masticis sisileos añ. ʒ. j. turbit polipodij añ. ʒ. ij. fiāt pillule cū suc. fumiterre vel cū vino decoctōis ei⁹ dosis ē. ʒ. ij. vel. j. ß. sero cū vadit dormitū ⁊ ñ cenet. post mūdificatōeꝫ fiat flebotomia sepe de vena basilica q̄ ē inter annularē ⁊ auricularē. flebotomia huius vene trahit sanguinē melācolicū ⁊ melācoliā a toto corpore. Abstieat a salsis acutis ⁊ melācolicis ꝓ posse sup locū aūt si fuerit sine vlcere fiat hoc vngētū. ℞. olei de camomilla. ℥. iiij. sulfuris. ℥. j. cere. ℥. ij. liq̄fiat cera cū oleo. ⁊ cū dissoluta fuerit deponat ab igne ⁊ incorporet secū puluis sulfuris. in fine addat. ℥. ß. argēti viui extincti cum saliua vel sale quia melius extinguitur

miscendo in mortario ⁊ aliquid aceti. Aliud. Re. olei ro. ℥. iiij. cere. ʒ. ij. ceruse sulfuris argēti viui an̄. ʒ. j. fiat vngentum ⁊ addantur duo albumina oui in fine incorporationis ⁊ aliquid aceti. Si vero cum vulnerib⁹ fuerint feridis que appellantur cancrene mundificentur cum vngento apostoloꝝ ⁊ viridi per temp⁹: Et cō solidentur cum puluere mumie ⁊ thuris ⁊ abluantur sepe cum aqua decoctionis gallarum ⁊ floris camomille vel cū aqua decoctionis corticum granatoꝝ ⁊ myrrhe. Si autem nō curantur per hoc vlcerose fiant vlcera longa cum cauterio cultelari. q: vlcera acquirunt ex hoc bonam formam vlceris ad ꝯsolidandum ⁊ rectificatur complexioni membri ⁊ compositio eius ita q̄ō de leui post hec consolidantur. Facto cauterio mundificetur escara ⁊ incarnetur ⁊ consolidetur vt dictum est in primo: sepe purgetur patiens ⁊ flebotometur de basilica pedis. Aliud in cancrenis vlceratis abluatur locus vlceratus omni die fortiter cum aceto forti ⁊ ponatur post ablutionem super locum vlceratū omni die emplastrū quod sic fit. Re. mellis lib. s. vitellos. iiij numero farine hordei ꝙ sufficit ad inspissandum ista duo simul facta cum illo emplastro incarnatione post mundificationem ꝯsolideᵗ locus vt dictū est in alijs. s. cum puluere nucis cypressi ⁊ vino calido.

Ca. liiij. de vena q̄ appellatur vitis seu ciuilis ⁊ varicib⁹ q̄ in cruribus fiunt.

b **Ec egritudo** manifesta est satis ex se ⁊ ꝯtingit plurimum viatoribus ⁊ statib⁹ ⁊ laborātib⁹ pedib⁹.

In cura huius infirmitatis ꝓceditur duobus modis videlicet cū medicinis localibus ⁊ cū incisione. Medicine locales sunt medicine defendentes locum a superfluitate currente vel superfluitatibus soluentes ⁊ stipticantes locum vt est emplastrum quod sic fit. Re. nucū cypssi farine gallaꝝ cyperi mumie masticis thuris dragaganti an̄. ℥. j. boli armeni. ʒ. vj. farine hordei. ʒ. vj. incorporenᵗ omnia cū albumine oui ⁊ addaᵗ in fine aliquid aceti ⁊ fiat emplastrum abrasis pillis sup locū ponaᵗ ⁊ dimittatur ꝑ tres dies uel quatuor vel plus ſm ꝙ infirmus poterit tolerare. nam quāto maiorem facit pseuerationem ⁊ effectum faciet maiorem cum illo emplastro ⁊ mundificetur cū pillulis fetidis ⁊ flebotomia de basilica pedis regaᵗ ⁊ meliorabitur vel defendeᵗ ne augmenteᵗ ⁊ rūpatur. Cū incisione ꝓcediᵗ in ei⁹ cura tribus vicibus. primo inscidaᵗ subtiliter pellis q̄ ē sup venā ꝑ exercō vena perforeᵗ vel ledaᵗ in aliquo ⁊ tūc recipiaᵗ vena a medico cum duob⁹ digitis ⁊ extrahaᵗ paulatim vena a medico inter manus suas donec totā hab. erit: ⁊ tunc ligeᵗ cū filo in loco vel circa locum qui remanere dꝫ in membro pars illa que est extracta incidaᵗ ⁊ ligatō cū filo remaneat: ⁊ hoc primo fiat ſm partem vene venientis a superiori ⁊ eodē modo fiat in parte inferiori. ⁊ sic totalis maior pars extrahatur ⁊ postea suatur pellis: ⁊ consolidetur. ⁊ iste modus videtur mihi impossibilis ⁊ nō est de consilio meo vt fiat. Secundus modus est vt incidatur subtiliter pellis ita ꝙ vena non tangatur: ⁊ hoc in supremo cruris ⁊ eleuetur aliquantulum vena ita ꝙ fiant due ligationes distantes ſm grossitudinē vnius digiti ⁊ stringatur ⁊ firmetur bene ⁊ dimittatur sic per vnam diem ⁊ sequenti incidatur vena ex transuerso: ⁊ caput superioris vene cauterizeᵗ ⁊ dimittaᵗ currere quo potest cū ligatione sua ⁊ pars inferior vene ligate dimittaᵗ vsqꝫ ad dies tres ⁊ tunc incidaᵗ caput illius partis cum tota ligatione ⁊ euacueᵗ illa inferior pars vene a toto sanguine: qua euacuata firmetur locus cum puluere boli armeni ⁊ albumine oui vsqꝫ ad dies tres: postea incarnetur ⁊ consolidetur. Tertius modus est vt ligetur vena duabus ligationibus firmis vt dictum est superius ⁊ incidatur spacium medium ⁊ cauterizetur caput cuiuscunqꝫ ligationis fortiter ⁊ dimittatur sic vsqꝫ ad tres dies emplastrando omni die locum vulneratum ⁊ vstum cum bolo ⁊ albumine oui ⁊ tunc aperiatur vena in loco inferiori circa calcaneum: vel partem illam cum flebotomo lato ita ꝙ sanguis totus a ligatione inferius vene exeat: quo remoto firmitur locus ⁊ consolidetur. Et attende ꝙ ligationes iste fieri debent semper a loco superiori cruris secundum ꝙ melius potest fieri isti duo modi sunt magis possibiles. ⁊ melius passibiles ⁊ vltimus melior omnibus ⁊ magis saluus vt mihi apparet.

Capitulum quinquagesimumquintum de apostemate ⁊ nuga vel scissura que fit in calcaneo propter frigus in hyeme.

q **Vas potest habere medicus** considerationes in curatione huius infirmitatis: vnam ex parte defensionis ne eueniat ⁊ alteram ex parte remotionis egritudinis iam facte ratione defensionis ne eueniat. Euitet omni ingenio patiens stricta calciamenta ⁊ habeat calcias duplicatas largas ⁊ vngat omni sero calcaneum cum vngento quod sic fit. Re. armoniaci. ℥. j. rasine. ℥. ij. thuris masticis an̄. ʒ. ij. farine fenugreci. ℥. j. cere. ℥. s. olei. ℥. vj. dissoluaᵗ armoniacum ⁊ rasina ad ignem: ⁊ postea addatur cera ⁊ oleum ⁊ cum omnia fuerint dissoluta colentur ⁊ in colatura addantur puluis masticis ⁊ thuris ⁊ farina ⁊ fenugreci: hoc defendit calcaneum a passionibus supradictis ratione egritudinis iam facte. si fuerit sine vlcere continues cum calciamentis largis ⁊ calidis ⁊ ponat emplastrum factum de armoniaco simplici super locum apostematum resoluit totum quod est in loco. Si autem vlceraretur aut esset cum vlcere: mundificetur primo cum vngento apostolorum ⁊ sit locus bene calidus cum calceis duplicatis ⁊ largis. ⁊ post mundificationem cum puluere de mastice ⁊ thuris ⁊ myrrha facto ante ⁊ super puluerem ponatur stupa infusa in vino ⁊ sic curetur vsqꝫ ad finem.

Ca. lvj. de duritie ⁊ calo ⁊ nodositate ⁊ porris que fiunt in digitis pedum.

p **Rimo ꝙ patiens habeat** calciamēta larga. secundo vt mollificetur durities vel calus cum axungia vel pinguedine porci salita: vel lardone ponendo omni die de re illa super locum de nouo vsqꝫ ad. x. vel. xj. dies ⁊ cum mollificatio facta fuerit recipiatur tota nodositas vel calus cū ac ⁊ circundetur acus cum filo vndiqꝫ ⁊ circunquaqꝫ multis inuolutionibus postea eleuetur acus cum filo ad superiora: ⁊ totum illud quod eleuabitur incidatur infra in acum ita ꝙ nihil de comprehenso ab actu remaneat pro posse. in fine cauterizetur locus in quo erat pes ⁊ radix cum cauterio potentiali punctali vngatur locus vstus cum butiro vsqꝫ ad remotionem escare ⁊ apostema consolidetur. Contra porros pedis ⁊ manus habuimus experimentum mirabile omni die fricentur porri cum cepe squilitico viridi ⁊ fortiter post ablutionem cum aqua calida remouet eos in breui hoc modo. Accipiatur cortex medius squile ⁊ frangatur per medium ex transuerso. ⁊ ex loco vnde exit humiditas fricetur porrus ⁊ in breui euanescet. Aliud cauterizetur vnusquisqꝫ porrus cum oleo feruenti: ⁊ postea cum cauterio punctali cauterizetur ⁊ curabitur perfecte.

Capitulum. lvij. de fistula.

f **Istula est vlc⁹ profundum** infistratum in membro ⁊ ossibus aliquando cuius os est strictum: ⁊ eius intrinseca latitudo est magna a quo viras magni coloris ⁊ liquidum emanat ⁊ fit in carne neruo ⁊ osse. Eius generatio est semper ex materia venenosa flegmatica vel melancolia in qua adustio induxit acuitatem ⁊ ventositatem. Cognoscitur per tactum ⁊ visum vtrum sit in osse ⁊ membro ⁊ alijs membris ⁊ non in osse.

Cura eius q̃ est in mẽbro ⁊ nõ i osse ẽ vt medic⁹ i pncipio dilatet vuln⁹ cũ rasorio si possibile est ⁊ ꝯsequat̃ vltimũ ei⁹. si aũt nõ fuerit possibile dilatari vulnus fistule cũ rasorio: aut pp timorẽ infirmi. aut consumptionẽ membri dilatet tunc cum tenta de spõgia vel aristologia rotũda decẽtur vel cũ medulla melegatij. Facta dilatatione vt medicus eius ꝓfundum vel eius vltimum ꝯsequatur mundificetur locus fistulatus cum vngẽto apostoloꝝ qđ sic fit. Recipe cere albe rasine añ. ℥. xiiij. oppoponaci floris eris añ. ℥. iij. armoniaci. ℥. xiiij. aristologie longe thuris añ. ℥. vj. myrrhe galbani añ. ℥. iiij. bdelij. ℥. vj. litargiri. ℥. ix. infundãtur bdeliũ in aceto vini ⁊ decoquatur in estate cũ li. ij. olei ⁊ in hyeme cũ lib. iij. vt puluere affodilloꝝ facto in fistula lachrymali vel puluere affodilloꝝ mixto cum rodelgar vt dictum ẽ ibi. Facta mundificatõe cauterizet̃ locus qui erat fistulatus cum instrumento ferreo ꝯueniente in figura ad vulnus ⁊ ad membꝝ vulneris remoueatur de escara cum butiro vel vngẽto apostoloꝝ ⁊ postea incarnet̃ locus ⁊ ꝯsolidet̃.

Eius aũt cura q̃ est in osse ⁊ alijs mẽbris fit hoc modo aut in osse nodoso aut nõ nodoso: sed plano. Si aũt fistula fuit infiltrata in osse non nodoso ⁊ alijs membris dilatetur vulnus vsq̃ ad ꝓfundum cum rasorio vt dictum est vel tentis dictis ⁊ pulueribus ⁊ vngentis donec os corruptum appareat ⁊ tunc remoueat̃ os corruptum totum ꝑ posse ⁊ fiat cauterium in osse in parte illa que ꝯtinuata erat cum osse remoto. Et imprimatur bene cauterium vt si aliqđ de osse corrupto remansisset occulte ꝙ alteretur ⁊ remoueat̃ beneficio cauterij ⁊ fiat cauterium cum instrumento ferreo ꝯueniẽte in forma ⁊ in figura ad membꝝ ⁊ ipsam egritudinem ꝫ paruitatem ⁊ magnitudinẽ eius. Scias ꝙ cauterium cum ferro oẽm cõplexionem ⁊ compositionem membri lesi rectificat. Remota escara cauterii cum mũdificatiuis incarnetur locus ⁊ ꝯsolidet̃: ⁊ hoc paulatim vt qđ fini stri ñ ꝯtigeret vllo mõ ex subita ⁊ violẽta ꝯsolidatõe. si aũt fistulã fuerit in osse nodoso infiltrata dimittere ei⁹ curam melius est ⁊ magis laudabile. nã non ꝯsequitur medic⁹ honorẽ neq̃ lucꝝ ex illa cura tam ꝓpter longitudinẽ cure q̃ ꝓpter finem vt plurimũ nõ laudabileꝫ Si aũt in eius cura intromittere te volueris facias vt dictum ẽ in non nodosa p̃ter q: nõ debes vulnus dilatare cũ rasorio vel ferro ꝓpter inuolutionẽ neruoꝝ ⁊ arteriaꝝ ⁊ venaꝝ quas euitare non posses. q: ex incisione istoꝝ membroꝝ destrueretur motus ⁊ forma membri. ⁊ post mundificatõem ⁊ restaurationem cum pulueribus ⁊ vngẽtis ⁊ remotionem ossis ⁊ cauterium fiat in omnib⁹ vt dictum ẽ supius: purget̃ sepe cum pillulis fetidis ⁊ pillulis de eleboro dictis ca. de crustis ⁊ cancrenis vel cum decoctõe facta ex eisdem. nam purgatio ista facta sepe ex istis reb⁹ est multum ꝯferens in hoc casu. bonum ⁊ vtile in medium in omnibus fistulis est cum nouo vlcere in loco decliuiori fistule trahere materiam currentem ad fistulam superiorem ⁊ antiquam. ⁊ hec ẽ regula vniuersalis in fistula.

Ca. lviij. de cãcro ⁊ mortificatõe seu corruptõe vel herpete estiomeno in mẽbro quolibet.

Cancer ẽ apa dux nascens ex melancolia adusta vel ex humore reducto ad melãcoliam ꝑ adustionem ꝯgregato in vno loco ⁊ incipit ad modũ ciceris apparere in loco cum duritie ⁊ calore. ⁊ augmẽtat̃ ꝯtinue paulatim cũ multiplicatõe duritiei ⁊ caloris. ⁊ eius radix sunt vene circundantes ipsam plene sanguine melãcolico. ⁊ nascitur vt plurimũ i mãmillis ⁊ locis glãdulosis sub asellis ⁊ inguinibus ⁊ ꝯsimilibus ⁊ hꝫ hanc naturã ꝙ quanto magis palpatur ⁊ fricatur ⁊ tangitur eius malitia ⁊ duricies ⁊ calor magis augmẽtatur ⁊ sic bonum ẽ vt nõ tãgatur aut leuit̃ tangatur absq̃ molestia. Corruptio vero deãbulãs siue herpes estiomen⁹ semp fit in omni mẽbro ex colera adusta venenosa que cũ ceciderit in membro nõ cessat ꝑ sua acuitate ⁊ venenositate corrodẽ mẽbꝝ ⁊ deambulare corrodendo donec ipsum destruxerit ⁊ mortificauerit nisi refrenet̃ beneficio medicinali vel diuino. ⁊ appellat̃ a laicis ex modo sue corrosionis ⁊ deambulationis lupa siue erisipila. ⁊ differt erisipila ab herpete estimẽo. q: erisipila non deambulat neq̃ imprimitur nisi in pelle quasi par in carne: herpes exprimitur vsq̃ in ꝓfundum membri ⁊ vsq̃ ad os sed cura est eadem.

Cura cancri nullo mõ curat̃ cancer curatõe ꝑfecta nisi totum abscindat̃ in quo est cum infirmitate totali cũ eius radix de q̃ fecim⁹ mẽtõem nõ possit euelli nisi via illa. Refrenari põt eius malitia cũ cura leui ⁊ molli ⁊ blanditiua hoc mõ. Utat̃ dieta tẽpata ⁊ viño bñ liphato ⁊ abstieat ab oib⁹ salsis ⁊ acutis ⁊ melãcolicis ⁊ leguminibus ⁊ caseo. ⁊ purget̃ sepe cũ pillulis fetidis ⁊ pillulis de eleboro factis in ca. de cancrenis in decoctõe facta ex eisdẽ. vngat̃ locus ⁊ circa locũ cum oleo ro. tangẽdo locũ cũ pẽna inũcta in eodẽ oleo ⁊ cum boloarmeno puluerizato ⁊ mixto cum oleo ro. vel vngẽto qđ sic fit. Re. olei ro. ℥. iiij. cere. ℥. ij. liquefiat cera ⁊ dissoluat̃ cum oleo cui addat̃ cũ infrigidatum fuerit. ℥. ß. cãphore puluerizate ⁊. ℥. ß. cerusse ablute ⁊. ℥. ß. aq ro. hoc vngẽtũ reprimit eius augmẽtũ ⁊ malitiã ⁊ feruorẽ ⁊ specialiter si cũ eis adiũgat̃ opij gra. viij ⁊ gra. xvj. iusquiami puluerizati perfecte. ⁊ hoc vngẽtuꝫ multum immo fortiter valet in omni loco ⁊ lepra ⁊ locis cãcrosis ⁊ vlceratis ex mã venenosa adusta.

Cura herpetis ẽ vt comedat res frigidas ⁊ bibat aquam puram in q̃ aliqđ de mica panis positũ fuerit ⁊ comedat succum hordei ⁊ lactucas ⁊ portulacas ⁊ cucurbitas. ⁊ si fuerit debilis carnes pulloꝝ ⁊ edi conditas cum agresta ⁊ aceto. purget̃ sepe cũ decoctõe ⁊ pillulis factis ca. de pustulis rubeis in facie ex colera adusta. Cauterizet̃ locus si ẽ possibile ita ꝙ tota pars infecta cõprehẽdat̃ a cauterio ponẽdo cauterium inter partẽ lesam ⁊ sanã. posset ẽt remoueri pars corrupta cũ aliquo corrosiuo. sed cauterium ẽ melius ⁊ nobilius in hõ casu. Sup locum sanum circa infirmum ponat̃ oleuꝫ ro. mixtuꝫ cum bolo armeno ⁊ aliq̃ parte aceti. nã cauterium cum hoc repmat malitiã eius nisi vlterius nõ deambulet. Abluat̃ locus corruptus bis in die cũ aceto forti calido ⁊ post ablutionem ponatur super parteꝫ lesam ⁊ mortificatam ⁊ corruptam emplastrum quod sic fit. Recipe mellis lib. ß. vitellos ouorum crudos numero. iiij. farine hordei lib. ß. misceantur ⁊ extendatur de hoc supra petiam: ⁊ ponatur super locum corruptũ addantur post duos dies in illo. ℥. x. pulueris myrrhe ⁊ fiet melior mundificatio ⁊ fortior. Facta mundificatione per ablutionem aceti ⁊ appositionem emplastri incarnetur ⁊ consolidetur. ⁊ si mundificatio non fieret bene per adherentiam rei corrupte cum carne sana secetur cum rasorio remoueatur corruptum vsq̃ ad lxum sanum: ⁊ purificetur ab omni malitia cum emplastro predicto. ⁊ cum mundificatus fuerit locus procedatur postea vt dictum est superius.

Capitulum quinquagesimumnonum de carbunculo vel antrace ẽm ꝙ possunt fieri in qualibet parte corporis.

Carbuncul⁹ et antrax eiusdeꝫ sunt speciei ⁊ non differunt nisi secundum intensionem ⁊ remissionem ⁊ ex parte dispositionis materie ⁊ ex parte sue lesionis in membro: naꝫ quodlibet illorum apostematum fit semper ex materia colerica adusta venenosa: vel ex sanguine reducto ad illam dispositionem per viam adustionis. sed in antrace est adustio cum venenositate multo magis augmentata quam in carbunculo ⁊ est magis destruens membruꝫ ⁊ magis alterans totum corpus ⁊ magis destruens vitam ꝙ carbunculus. ⁊ scias ꝙ carbunculus semper antecedit antracem in generatione.

Signa carbunculi sunt rubedo cum citrinitate vl' fuscedine: ⁊ acuitas forme apostematis ⁊ velocitas sue natiuitatis cum febre ⁊ dolore. In antrace sunt eadem signa intensa ⁊ sunt vesicule circa sūmitatem apostematis ac si ignis tetigisset locū. ⁊ multotiens apparet nigredo. vel viriditas vel liuiditas circa os antracis ⁊ est sine dolore. ⁊ illud est signū mortificationis membri in quo est. ⁊ est aliquando cum antrace vomitus ⁊ sincopis que appellatur somnus a laicis: ⁊ ē signū mortꝭ. ⁊ multotiēs fit sine vomitu ⁊ sincopi ⁊ sine nigredine ⁊ viriditate in sūmitate eiꝰ: ⁊ tunc antrax non est sic malitiosus. Iterum in antrace non multiplicantur sanies sicut in carbunculo. Sed in antrace membra simplicia loci marcescunt ⁊ mortificantur. in carbunculo non sic: sed fit sanies alba que decoquitur a membris simplicibus cum superfluitate viscosa in modum spolij neruorum ⁊ venarum. ⁊ dicitur ꝙ est radix infirmitatis: in antrace autem dicidiť substantia membri cum qua destruitur forma membri ⁊ compositi eius. Scire etiam debes ꝙ apostema scilicet antrax in aliquibus locis per naturam ipsius loci ē mortale sicut in mamilla proprie sinistra sub ascellis ⁊ in lingua.

Cura vtriusqꝫ ratio principij ⁊ specialiter cum antrax nondum venerit ad sincopim ⁊ vomitum ⁊ nigredinem vel viriditatem circa eius sūmitatem est vt flebotometur cum apparet in contrario partis lese vel ventosetur ⁊ non fiat post eius confirmationem q̄r per hoc spargeretur ventositas per corpus ⁊ fieret lesio naturalis sed potest fieri sequenti die si virtus fuerit fortis ⁊ etas fuerit conueniens. Flebotomia de eadem parte est vtilis multum. Iterum fiat clistere lenitiuum etiam in principio in vtroqꝫ ⁊ sumat de tertio in tertium. ʒ. ij. vel. iij. sirupi qui sic fit. cum aqua decoctionis prunorū vel cū aqua que sic fit. Rec. violarum cicoree boraginis bugolose an̄. M. j. coquantur ⁊ coletur cum aqua ⁊ seruetur ⁊ detur in carbunculo ⁊ antrace. ʒ. ß. vel. ʒ. j. cum aqua decoctōis rerū supradictarum de electuario qđ sic fit. Re. sene epithimi. an̄. ʒ. j. elebori nigri rosarū rubearū an̄. ʒ. j. terantur perfecte ⁊ cribrentur ⁊ fiat electuarium durum quodammodo cum melle rosato colato vel cum melle spumato ⁊ specialiter in antrace. Re. polipodij. ʒ. iij. sene cicoree epithimi cuscute. an̄ ʒ. ß. elebori nigri. ʒ. ij. mirobalanorum indorū. ʒ. j. pruna sicca numero. x. pistentur omnia grosso modo ⁊ abluantur in. ʒ. xviij. aque ⁊ consumatť medietas: verū est ꝙ sene ⁊ epithimum ponantur in fine decoctionis ne virtus earum resoluatur: ⁊ coletur hoc totum ⁊ in colatura addatur vel ponatur lib. ß. zuchari ⁊ iterū reducantur ad ignem ⁊ buliant aliquantulum ⁊ coletur ⁊ detur vt dictum est vel detur. ʒ. j. Pl'ueris qui sic fit cum. ʒ. j. ß. sirupi rosati ⁊ cum. ʒ. iij. aq̄ prunorū vel cum aqua aliarum rerum. Re. ʒ. iij. bdelij serapini armoniaci opoponaci seminis cicute pulpe coloquintide aloes epatici an̄. ʒ. v. scamonee. ʒ. iij. cinamomi spice croci ⁊ incorporentur cum succo porri ⁊ fiat magdaleon ⁊ vsui reseruetur. hic puluis nō detur nisi forti ⁊ robusto: super cor ponatur si non fuerit antrax super mamillam emplastrum factum hoc modo. Re. sandalorū rubeorum. ʒ. ij. rosarū rubearum. ʒ. iij. camphore. ʒ. ij. farine hordei lib. ß. puluerizentur optime ⁊ incorporentur cum aqua rosata. ⁊ aspergatur emplastrum cum aceto vini. Si autem fuerit super mamillam antrax ponatur hoc emplastrum in parte posteriori super spinam in contrarium infirmitatis vt cōfortet cor ⁊ natura confortata expellat materiam ad exteriora. Circa locum infirmum vt prohibeatur deambulatio eius vngatur cum oleo mixto cum bolo armeno ⁊ aqua ro. ⁊ aliquantulo aceti ⁊ camphora. Super locum infirmitatis ⁊ maturationem fiat hoc. Re. ficuum siccarum. ℥. ij. sinapis ℥. ß. pistentur ⁊ incorporentur cū melle rosato ⁊ farina feniugreci vel lini. Aliud fortius. Re. armoniaci. ℥. j. terbentine. ℥. iij. dissoluantur ista ad ignem ⁊ colentur ⁊ incorporentur cum supradictis. In antrace autem anteqꝫ ponatur hoc detur post purgationem. ʒ. ß. tyriace cū. ℥. j. sirupi rosati ⁊ aqua frigida mixta cum aqua rosata. ⁊ scalpelletur locus infirmus ⁊ abluatur cum aqua calida ne sanguis coaguletur in loco ⁊ distilletur supra culmen antracis cū candela accensa: vel vratur cum ferro igniro. vel cauterizetur locus cū cera ⁊ oleo ⁊ terbentina mixtis simul ⁊ sint calida ita vt vrant quando ponuntur super locū. Dieta eius sit mica panis lota in aqua vel succus hordei cum vino de granatis: vel comedat lactucas vel cucurbitas vel portulacas conditas cū aceto. Et si fuerit debilis comedat carnes edi vel pullorū elixatas cū herbis supradictis: ⁊ conditas cū aceto vel agresta; potus eius sit vinum de granatis vel agresta cum quatruplo de aqua frigida vel vinum acerbum cum quincuplo eius de aqua frigida. Facta mundificatōe incarnetur ⁊ consolidetur vt dictū est in alijs. Attende ꝙ vnctiones que fiunt circa locum ⁊ emplastra confortātia cor ⁊ mūdificatōes cum sirupo ⁊ clisteri debēt continuari vsqꝫ quo oīa accidentia mala remota sint ⁊ annihilata perfecte

Ca. lx. de viriditate vel nigredine ꝯtingente in quolibet mēbro ex percussione.

b Egritudo cōtingit ab humoribus ⁊ ex sanguie currente ad locū cū ñ apostematur neqꝫ cito resoluiť: sed remanet in loco ⁊ alterat colorem membri ꝓm sui essentiam. ꝑmo si virtus ⁊ etas ꝯsenserint fiat flebotomia in cōtrario partis vl' scarificatio cū ventosis ⁊ hoc prima die ⁊ ad plus. secunda postea vero non fiat nisi fuerit multū carnose habitudinis. Emplastretur locus cum emplastro quod sic fit. Re. sulfuris. ʒ. j. aluminis zucharini ceruse an̄. ℥. j. ß. olei de camomilla. ʒ. iiij. cere. ʒ. ij. liquefiat cera ⁊ dissoluatur cum oleo ⁊ deponatť ab igne: ⁊ cū ceperit infrigidari incorporeť puluis aliarū rerū: ⁊ cū fuerit facta incorporatio addatť in fine aliqđ aceti: ēpithimetur locus nocte ⁊ die ex illo: ⁊ omni die anteqꝫ ponatť vngentum abluatur locus bis cum aqua que sic fit calida actu. Recipe absinthij. M. j. florum camōille rosarum rubearū assari baccarum lauri an̄. M. ß. buliant omnia in illa vbi sit aliquid aceti. Si aūt non resolueretur scarificetur locus ⁊ postea cum ablutionibus ⁊ vngento procedatur.

Ca. lxj. de combustione ignis ⁊ aque calide ⁊ olei.

p Primo infrigidetur locus statim post combustionem cum aqua frigida ⁊ niue ⁊ vngatur locus vsqꝫ ad dies quatuor cum. ℥. iiij. olei ros. ⁊. ℥. ij. populeon in quibus ponantur tria albumina ouorum ⁊ ʒ. iiij. camphore ⁊. ʒ. j. ceruse ablute ⁊. ℥. j. aque ro. ⁊ incorporentur omnia simul perfecte ⁊ infrigidetur locus cum niue ⁊ aqua bis in die: ⁊ semꝑ post infrigidationem vngatur locus cum oleis predictis mixtis cū rebus supradictis. post dies quatuor fiat inunctio cum vngento quod sic fit. Re. olei ro. ℥. iiij. cere. ʒ. ij. dissoluatur cera cum oleo ⁊ deponatur ab igne ⁊ addatur puluis ceruse tantum ꝙ sufficiat ad inspissandum. facta permixtione addatur duo albumina ouorum ⁊ incorporentur cum ipso vngento. Aliud. Re. calcis non extincte lib. j. abluatur cum aqua veri frigoris per multas vices ita ꝙ nota sui acuitas remoueatur post ablutionem eius incorporentur cum. ℥. iiij. olei rosati. ⁊. ℥ iij. populeonis ⁊. ℥. ij. aque rosate: liniatur supra pecias hoc: ⁊ ponatur supra locum vstum sanat locum vehementer ⁊ remouet escarā: satis melius est vt primo fiat incorporatio oleorū cum calce ⁊ postea fiat ablutio cum aqua in illo vngento.

Caplm. lxij. de sudationibus que fiunt in omnibus mēbris tpe maximi caloris ⁊ maxime cū hō se fatigat

b **Egritudo** fit ex fumo colerico vl' sanguineo resoluto a materia venarum cum calor estiuꝰ fortis fuerit ⁊ homo se exponit ad eũ aliqua causa laboriosa agit calor i humores subcutaneos ⁊ venarum ⁊ eos resoluit ⁊ trahit ad cutim ⁊ facit pustulas rubeas ⁊ albas ⁊ citrinas in modum sinapis ⁊ fit cũ feruore ⁊ pruritus ⁊ calor maximꝰ in loco.

Curam eius est vt vngatur locus cũ oleo rosato ⁊ aqua rosata ⁊ aliquantulo aceti. Et fiat epithimatio cum succo solatri vel lactucarum super vnctionẽ vel cũ aqua cucurbite. Si autem posset balneari in aqua decoctionis rosarum ⁊ salicis ⁊ florum camomille esset optimum ⁊ post ablutionẽ si fiat vnctio predicta cito liberabitur. Mundificetur aliquantulũ corpus si videtur plectoricũ cũ aqua prunorum i qua dissoluantur. ℥. ij. tamarindorum ⁊. ℥. j. mãne. Dieta ei sit frigida ⁊ potus eius sit frigidus vt agresta ⁊ vinum de granatis ⁊ vinum acerbum cum aqua frigida ⁊ hoc vsq; ad dies tres.

Cap. lxiij. de formica miliari vl' i petigie ⁊ igne psico

Formicam ⁊ impetigo fiunt ab eadẽ materia salsa flegmatica vel colerica adusta in q̃ est ad mixtio alicuius humiditatis. Miliaris vero ⁊ ignis persicus fiunt ex materia subtili valde in qua caliditas extranea inducit ventositatem ⁊ acuitatem.

Signa formice ⁊ impetiginis sunt pruritus ⁊ ardor loci ⁊ asperitas ⁊ casus corticum apelle loci in quo sunt. Differt tamẽ formica ab impetigie: quia formica non sic imprimitur in mẽbro vt impetigo nec est tante asperitatis nec spaciositatem tantã occupat in membro vt impetigo. impetigo enim in figura sua occupat locum serpendo huc ⁊ illuc ⁊ determinate ⁊ serpendo facit quasdam lineationes crustosas i membro. Signa miliaris ⁊ igni persici sunt q in miliari fiunt pustule que ad modum milij ⁊ vrunt ⁊ incẽdũt locum ⁊ multiplicant numero ⁊ fiunt aliquando albe ⁊ aliquando rubee ⁊ corrumpuntur maxie albe emittunt humidum in modũ saniei sed est venenũ in igne vero persico fiunt vesice in loco ac si ignis tetigisset eum et non multiplicantur in loco ⁊ comburit ⁊ incendit.

Cura formice ⁊ impetiginis est vt abstineat a rebus acutis ⁊ salsis ⁊ vino puro ⁊ vtatur dieta humida purgetur vel mundificetur cum sirupo qui sic fit. ℞e. sene epithimi cuscute añ. ʒ. ß. elebori nigri. ʒ. ij. scolopendrie politrici fumiterre. añ. M. j. polipodij. lib. ß. pistentur ⁊ buliãt in lib. ij. aque donec remaneat medietas coletur ⁊ in colatura illa addatur li. ß. zuchari buliat aliquantulum ⁊ coletur iterum ⁊ repõatur in vase sumat de hoc patiens. ℥. ij. vel. iij. añ diẽ de quarto in quartũ plus vel minꝰ secundũ virtutẽ cũ aqua decoctionis prunorum vel sumat. ʒ. j. ß. pillularũ fetidarum sero cum vadit dormitũ ⁊ non cenet q̃ scẽ sunt capitulo de scrofulis ⁊ duritie sub assellis. Vngatur locus cũ oleo de camomilla vel vngẽto q sic fit. ℞e. litargirij. ℥. ß. aloes. ℥. j. myrrhe. ʒ. ij. cere. ʒ. j. oli de camomilla. ℥. iiij. fiat vngentum addatur in fine aliquid aceti fiat balneum in quo ponatur lib. ß. sulfuris cũ aq̃ decoctionis fumiterre ⁊ florum camomille. ⁊ post balneũ fiat vnctio. Si aũt nõ curatur per hoc scarificetur locꝰ vt exeat sanguis ⁊ postea supra fricetur cũ aceto squilitico ⁊ post fricationem vngatur vsq; ad finẽ cũ vngẽto de litargirio. Et si per hoc non curaretur ponatur locũ cantarides pistate ⁊ mixte cũ fermento ⁊ aceto. ⁊ excorietur locus ⁊ post excoriationem vngatur locus cum vngento de cerusa q sic fit. ℞e. olei rosati. ℥. iiij. cere. ℥. j. liquefiat cera cũ oleo ⁊ cum dissoluta fuerit cum olo deponatur ab igne. ⁊ cum ceperit infrigidari addatur puluis ceruse q sufficit ad inspissandum ⁊ in fine addãtur duo albumina ouorum vel tria ⁊ plus camphore.

Cura miliaris ⁊ ignis persici est vt regatur ex parte diete vt dictum est ⁊ vngatur locus cum populeõ vl' cum vngento de cerusa ⁊ curabitur. Mũdificetur corpus cum decoctione facta ex. ℥. ij. manne ⁊. ℥. j. tamarindorum dissolutorum cum aqua decoctionis prunorum ⁊ est melius. Et post mundificationẽ fiat balneũ cũ aqua decoctionis rosarum ⁊ malue ⁊ consolide minor. ⁊ post hoc iterum fiat vnctio cum predictis vngẽtis ⁊ sic perfecte curabitur indubitanter. Sola fricatio cum radicibus lapacij contusis aliquantulum facientibus continuam residentiam in aceto albo bono delet impetiginem ⁊ similia expertum est.

Ca. lxiiij. de morphea alba rubea nigra ⁊ albaras.

b **Egritudines** fiunt ex peccato virtutis nutritiue que non assillat nutrimentũ cum nutrito in colore ⁊ propter debilitatem ɔtingentem in virtute ex peccato cõplexionis alterate in loco a causa intrinseca. ⁊ aliquando extrinseca calefaciẽte vl' infrigidante locũ in quo apparet in albaras autẽ cum ibi sit manifesta asperitas ⁊ decidunt furfures a loco p fricationem notatur q cũ peccato assimulatiõis sit penitentia materiale aduste ex qua fit pruritus in loco cũ asperitate loci ⁊ differt a morphea alba rubea vel nigra quia albaras profũdatur i carne ⁊ neruis morphee continentur in superficie cutis tantum.

Cura in morphea alba est mundificare corpus cũ trocisco de turbit q sic fit. Recipe. turbit albi mundi electi pulnerizati. ʒ. j. ß. zinziberis conditi. ʒ. j. incorporentur simul cum aliquantulo sirupi rosati comedatur masticando circa mediã noctem ⁊ post cum abluatur cum vino liphato. In rubea fit flebotomia scarificatio in nigra mundificetur corpus cum pillulis fetidis vl' cũ decoctione dicta in capitulo impetiginis in albas fiat etiam mundificatio cum eisdem pillulis ⁊ eadem decoctione ratione loci.

Cura quasi in omnibus est eadem natura locus non indiget nisi rectificatione quadam. fricetur locus cũ cepe viridi ⁊ acetũ squilitico calido maxime in alba. In alijs ⁊ albaras prius scarificetur locus ⁊ postea fricetur. Facta fricatione forti cũ aceto ⁊ cepe cauterizetur locus cũ emplastro q sic fit. ℞e. cantaridarũ. ʒ. j. pistẽtur ⁊ incorporentur cũ. ℥. ij. fermenti ⁊ aliquantulo aceti vini ponatur hoc super locũ ⁊ dimittatur per horaz ⁊ plus tan diu q locus vesicatus fuerit sed in albaras diutius dimittatur quia indiget fortiori impressione eo q magis infixa est in mẽbro cũ pñtia materie aduste. post vesicationẽ vngatur locus cũ vngento de cerusa ⁊ in fine cũ vngento de litargirio dictis capitulo superiori. Abluatur locus omni die ante vnctionem cũ aqua decoctionis fumiterre ⁊ ciperi ⁊ floris camomille ⁊ hec via est nobilior ad earum curationem.

Capitulũ. lxv. de pruritu ⁊ sabie in toto corpore.

b **Egritudo** fit semper ex flegmate salso in quo facta est adustio multa vel non multa ⁊ hec in qua non est multa adustio est cum humida alta vero sicca balneetur stomaco ieiuno de tertio in tertium diem vel de quarto in quartum in aqua decoctionis fumiterre ⁊ floris camomille ⁊ ponatur in ipso balneo lib. j. sulfuris ⁊ lib. ii. oli cõis. Et sumat omni mane. ℥. j. ß. sirupi q sic fit cũ. ℥. iij. aque decoctionis prunorum. ℞e. fumiterre scolopendrie adiãti ciperi capari acori sene epithimi radicis enule. añ. M. j. pistentur oĩa preter sene ⁊ epithimũ que semper ponunt in fine decoctionis buliant oĩa per tempus ⁊ in fine addatur zucharum in delicatis quantũ est medietas aq̃ in non delicatis mel loco zuchari ⁊ iterum reducatur ad ignem ⁊ sirupizetur ⁊ postq; receperit de sirupo p dies octo ⁊ balneatus fuerit sumat. ʒ. j. ß. vel. ij. de pillulis fetidis cum vadit dormitum ⁊ non cenet vel mundificetur cum sirupo ⁊ elleboro dicto in petigine vel pillulis ad flã que sic fiunt. ℞e. mirobalanorum indorum. ʒ. j. turbit scamonee añ. ʒ. ß. elebori nigri. ʒ. ij. sene epithimi zinziberis añ. ʒ. ß. fiant pillule cum succo fumiterre

vel polipodij fiant ad modum ciceris dosis eaꝝ est. ʒ.
j.ß. vel.ij. secundum virtutem: Facta purgatione vna
vel pluribus. secundum ꝙ infirmus indiguerit ex mul-
titudine ⁊ longitudine temporis scabiei fiat etiaꝫ post
hec flebotomia vel ventosatio i spatulis naticis ⁊ dor-
so. Omnibꝰ istis ꝯpletis vngať in locis magnis lesis
cū vngēto ꝙ sic fit. ℞. litargirij myrrhe aloes añ. ʒ. iiij
cere. ʒ. ij. oleo de camōilla. ℥. iiij. dissoluať cera cū olō
⁊ deponatur ab igne ⁊ cum frigidum fuerit infundatur
puluis aliarum rerum ⁊ addatur in fine aliquid aceti.
Et si fortius vngentuꝫ facere volueris pone loco olei
de camomilla oleum laurinum. ⁊ non ponas ceram ⁊
adde in illo vngento in fine. ℥. ß. argēti viui extincti cū
saliua vel expressi cuꝫ petia. Aliud vngentum nobile.
℞. fumiterre viridis. M. j. radicum enule. M. j. pi
stentur ⁊ bulient in lib. j. olei per tempus ⁊ fint in eodeꝫ
oleo. ℥. ij. farine fenugreci ⁊. ℥. ß. sulfuris triti cum olō
⁊ aloe ⁊ myrrha ⁊ litargirio ⁊ aliquantulo aceti fiat vn
gentum de quo vngat loca magis lesa tantum ⁊ sic cu
rabitur. Aliud ad idem. ℞. olei de mastice. ℥. ij. ter-
bentine. ℥. j. misceantur ⁊ de illo fiat inunctio est eni mi
rabile in hoc casu.

Capitulum. lxvj. de sectione super vermes genera
tos sub cute ⁊ nominatur hec egritudo bouina.

b Egritudo fit semper ex materia cor-
rupta mācida que demā
datur a venis ad vacuitates membroꝝ sb cute

Signa eius sunt deābulatio sub cute de loco ad
locū: ac si serpens esset qui moretur sub cu
te: ⁊ corruptō cum putrefactione loci. Cuꝫ ergo medi
cus ꝑpenderit hoc intendat ad curationeꝫ eiꝰ ne mul-
tiplicetur ⁊ fiat in membro corruptio vniuersalis ⁊ in
corpore primo flebotometur tertia die post flebotomi
am si fuerit corpus pletoricū purgetur cum pillulis fe
tidis. Abstineat a carnibus vel vino per dies quatu-
or vel tres post purgationem veniat ad locum cuꝫ ra
sorio ⁊ scindat ipsum ⁊ extrahat putridum ⁊ vermes
⁊ impleatur locus aloe ⁊ alumine zucharino ⁊ aliquan
tulo aceti. Mundificetur locus cum vngento aposto-
lorum vel viridi. Facta mundificatione icarnetur ⁊ cō
solidetur: Si autem sectionem patiens sustenere nolu
erit vratur locus cum cantaridibus ⁊ aceto vel cū alu
mine fecum ⁊ aceto vel cum sapone ⁊ calce mixtis vel
cum oleo cera ⁊ terbentina mixtis ⁊ ponatur huiusmōi
mixtura feruens super locum ita vt vrat locum totali
ter vsqꝫ ad profundum ⁊ post vstionē procedatur cuꝫ
erradicatione vermis ⁊ rei marcide ⁊ mundificatiuis
⁊ alijs vt dictum est supra.

Capitulum. lxvij. de sectiōe sup ventositatē ⁊ fumū
deambulantem de mēbro in membꝝ cū maxio doloř.

b Egritudo fit semper ex materia ve
nenosa a qua ventositas
vel fumus eleuatur currens per membra.

Signa sunt deambulatio currens in modum vē
ti de membro in membrum ⁊ dolor into
lerabilis ex acuitate fumi venenosi ⁊ ardor ⁊ mltotiēs
febris calor in quo perseuerat fumus. Cum perpende
rit per signa illō liget membruꝫ in parte superiori ⁊ in
feriori ita ꝙ fumum vel ventuꝫ inter duas ligaturas
comprehendat ⁊ in illō medio faciat cum rasorio scissu
ram ⁊ extrahat fumum ⁊ impleat locum cuꝫ aloe ⁊ bo
loarmeno ⁊ olō rosato ⁊ aliqūātulo aceti mixtis siml'
post tres dies vel quatuor incarnetur locus ⁊ consoli
detur. abstineat his diebus ab acutis ⁊ nimis calidis
rebus. Mundificetur cum decoctione facta capitulo ð
impetigine anteqꝫ fiat scissura cum rasorio. vltimum
⁊ melius ꝙ potest fieri in illo casu postqꝫ ligatiōes facte
sunt ⁊ fumus vel vapor inter ipsas est comprehensus
est cauterizare locum vsqꝫ ad profundum cum instru-
mento punctuali vel cultelari ⁊ antecedere cum cliste
ri ⁊ mundificare intestina anteqꝫ fiat cauterium vel scis
sura facto cauterio remoueatur escara cum butiro vel

axungia vsqꝫ ad dies quatuor. postea incarnetur ⁊ locꝰ
in fine consolidetur. Attende ꝙ mundificatio in omni
egritudine que fit a materia intrinseca est valde vtilis
⁊ conueniens ⁊ necessaria dummodo virtus vel etas
vel timor non impediat.

Explicit Liber primus.

Incipit liber secundus de omnibus vulneribus ⁊ con
tusionibus que fiunt in omnibus membris a capi-
te vsqꝫ ad pedes.

Capitulum .xxvij. de causis que impediunt consolidationem vulneris in quolibet membro et cetera.

Capitulum primum de casu et percussione capitis cum fractura cranei et sine fractura et de modo curationis eius.

Cum quis percutitur in capite cum lapide vel fusto et similibus vel cadit et percutit cum capite super lapidem vel aliquid aliud et non frangitur cutis vel pellis oportet medicum considerare vtrum craneum sit sit fractum vel non.

Signa ꝙ craneum sit fractum sunt hec vomitus et sincopis hora casus et percussionis et nigredo oculorum et fuscedo circa ipsos cum quadam concauitate et cum rubedine venarum antecedente et vertigo et scotomia nam cum stomacus continuetur cum cerebro mediante quodam neruo magno et hoc scitur ex anothomia in omni lesione capitis et maxime cum leditur subito ex percussione forti debilitatur stomacus et cum patitur cerebro ex affinitate et currunt humores ad ipsum: et propter debilitatem non potest stomacus retinere sed euomit: sic vomitus super fortem lesionem capitis cum scotomia significat et ex hac eadem causa prouenit rigor qui significat paralesim futuram aut spasmum et vltimo mortem et hoc commune signum scilicet rigor in omnibus vulneribus neruorum. et maxime nobilibum: quia cum hoc ꝙ antecedit in istis vlceribus neruorum febris forte nocumentum aduenisse in neruis et locis nobilibus significat et debilitas mentis cum paruitate somni vigilijs et febris cum istis infra dies quatuor et etiam operator per tactum potest de hoc inuestigare si in talibus vsus fuerit: his signis firmiter de lesione cranei et paniculorum cerebri poterit medicus videre: cum autem aliquid istorum non affuerit neque maior pars istorum scire poterit recte ꝙ craneum non est lesum neque dura mater vel pia mater neque aliquis paniculorum cerebri. Attendendum cum hoc generale quoddam ꝙ quando quis leditur in capite cum ense macia vel sagitta si lesio est fortis et debet per hoc conuerti ad paralesim vel conuertitur. ꝙ quando fuerit lesio in parte dextra ꝙ peralesis fit in sinistra et econuerso. Et per hoc scitur ꝙ nerui qui veniunt vel mouent partem dextram radicaliter sunt in sinistra et econuerso. Et hoc vult Auic. li. tertio cap. de plaga et incisione capitis.

Cura si craneum fuerit lesum vel non fuerit statim a principio in ipsa visitatione humectentur capilli cum aqua calida. et oleo rosato mixtis in hyeme in estate cum frigida et oleo rosato mixtis postea remoueantur capilli cum rasorio tunsura cum forficibus precedente. Tertio fiat flebotomia de vena cephalica in manu contrarie partis lese nisi virtus et etas contradixerint vel ventosatio in spatulis et in posteriori. Et fiat ꝙ omni die aselle per aliquem modum et maxime per clistere ꝙ sic fit. Re. lib. j. aque decoctionis maluarum et blete et olei cois. ℥. iiij. mellis. ℥. ij. salis. ʒ. s. misceantur omnia simul et colentur et imponatur tepidum. Nam clistere hoc aleuiat cerebrum et trahit fumum et materiam ad inferiora et est vltimum bonum in euitatione apostematis calidi in loco leso in cerebro post flebotomiam vo et an clistere post clisterem secundum ꝙ medico videbitur si craneum fuerit lesum incidatur cutis secundum figuram triianguli largani vt tota lesio cranei perfecte videatur et impleatur vulnus vndique ita ꝙ labia vulneris inuersentur cum stupis et plumaceolis infusis in oleo rosato tepido mixto cum vitello oui et non cum albumine: quia nil deterius in fractura cranei et vulneribus capitis quam frigidum. Et si indigeret constrictione sanguinis per incisionem alicuius vene pone cum oleo et vitello puluerem q sic fit. Re. mumie a uminis zucharini boliarmeni dragaganti an. ʒ. s. puluerizentur et cribrentur vel alium fortiorem qui sic fit. Re. gipsi. ʒ. j. mumie tele aranee pulueris nigri qui reperitur in ore furni boliarmeni dragaganti an. ʒ. s. puluerizentur et cribrentur. Et si illa non sufficerent ad constrinctionem sanguinis loco olei ponas cum pulueribus albumen oui et oleum remoueas et sic constringetur et cum hoc ligentur extrema et ponatur ventosa magna supra epar sine incisione et statim constringit sanguinem cum predictis. Tertia autem visitatione post incisionem considera fracturam cranei vtrum fuerit oculta an manifesta. Si autem fuerit oculta pone encaustum super fracturam ocultam et cum parum steterit remoueas encaustum cum petia a superficie ossis cranei imprimetur encaustum in scissura oculta et fiet per viam istam ꝙ ocultum erat manifestabitur ad oculum. Cum autem fuerit certus de fractura cranei siue fuerit oculta siue manifesta oportet considerare in remotione ossis secundum naturam vel figuram lesionis cranei et fortitudinem et debilitatem infirmi et naturam loci lesi verbi gratia primo secundum naturam vel figuram lesionis cranei vt si craneum in lesione sua fuerit depressum ita vt comprimat cerebrum et non separatum a circunferentijs vel separatum fuerit craneum a circunferentijs et aut separatione sua aut intrauerit sub osse suo aut non intrauit et iterum aut fuerit fractura cranei linealis oculta vel linealis manifesta aut semicircularis vel circularis. Si autem fractura cranei fuerit linealis oculta et fuerit manifesta tibi per encaustrum vt dictum fuit supra et fuerit prope iuncturam cum in remotione cranei laborabis cum instrumentis ferreis et hora trepanationis vel raspationis bonum est vt aures obturentur cum bombace vel petijs vt minus sonitus instrumentorum ab infirmo audiatur et erit hec causa vt infirmus minus timeat de manuali operatione. Et procedas cum trepano et scauignatore remouendo os lesum secundum fracturam lesionis et longitudinem. Si lesio fuerit linealis vel circularis vel semicircularis si autem fractura cranei fuerit linealis oculta vel manifesta non indiges alio nisi cum raspatore procedere vel scauignatore scissura manifesta vel oculta dilatando ipsa vsque ad profundum remouendo craneum ab vtroque latere vsque ad duram matrem in oculta autem eodem modo si vsque ad duram penetrauerit matrem. et si non penetrauerit procedas cum dilatione operando cum instrumentis vsque ad finem eius semper euitando iuncturam. Si autem craneum fuerit depressum non semparatum a circunferentijs remoueas partem depressam laborando in circunferentia ossis sani perforando vsque ad profundum ita vt depressum eleues vel remoues secundum ꝙ melius videbitur tibi. Si autem craneum depressum fuerit et separatum a circunferentijs conare remouere aliquid de craneo sano et mollificare depressum cum oleo rosato ita ꝙ remotionem et mollificationem sani cranei leuiter sine dolore sine distensione et vlceratione miringarum et neruorum possit pars depressa a medico remoueri. Si autem pars depressa subintrauerit craneum aut illa que subintrauerit est minor fractura cranei aut maior si minor fuerit mollifica illam partem cum oleo rosato et cum mollificata fuerit extrahe leuiter et suauiter sine dolore et postea fiet vt dicemus. Si autem pars depressa maior fractura fuerit remoueas de osse sano tantum cum trepano et raspatore ꝙ possumus illam partem depressam post mollificationem cum oleo rosato leuiter et suauiter extrahere et remouere. Secundo in remotione cranei lesi debes considerare debilitatem et fortitudinem infirmi verbi gratia: nam si eger fuerit debilis et fuerit puer vel decrepitus debes procedere cum operatione tua que sit cum trepano rasorio et raspatore leuiter suauiter. ꝙ facis in forti et robusto in vna hora debes in istis facere in tribus successiue vel in vna die. Attendere

debes ꝙ mult ẏtiens si consideraueris in craneis pue-
rorum remouere lesionem ⁊ superfluitatez capitis mū
dificare ⁊ solum per appositionem olei rosati mixti cū
melle rosato super fracturam cranei ⁊ cū illis ponere
folia caulium ⁊ circa vulnus oleum rosatū mixtū cum
boloarmeno ⁊ accidit totum per teneritatem ⁊ molliti
em cranei in pueris ⁊ aliquibus hominibus debilibꝰ
Tertio in remotione cranei lesi debes considerare na
turam idest cōpositionem loci lesi verbi gratia si fractu
ra fuerit continuata ad iuncturam capitis vel fuerit
prope iuncturam est timorosum valde: quia per iun-
cturam veniunt nerui ⁊ vili ex cerebro ⁊ ex paniculis
ex lesione quorum cerebrum ⁊ paniculi recipiunt alte-
rationem ⁊ dolorem ⁊ fit illud causa apostematis cere
bri ⁊ paniculorum eius. Et cū hec causa mortis etiam
vnde si lesio fuerit prope iuncturam vel i iunctura nul
lo modo presumas in remotione cranei lesi appropria
re ad iuncturam cū instrumentis ferreis sed per ope-
rationem in sano continuato cū leso ꝙ est in iunctura ⁊
cum mollificatiuo confortatiuo dicto superius conare
remouere lesum nam impossibile est operari cū instru-
mentis ferreis in iunctura quin ledantur nerui ⁊ inci-
dantur paniculi ⁊ ligationes quibus iūcture cranei ad
inuicem ligantur ⁊ sequitur in cerebro ⁊ dura ⁊ pia ma
tre id ꝙ dictum est superius apā videlicet vel mors.
Remoto osse in toto vel in parte vsqȝ ad duram ma-
trem accipias petias linenas mundas ⁊ infundas eas
in oleo rosato calido ⁊ melle rosato mixtis. Et pōe eas
secundum debitam figuram inter os cranei ⁊ durā ma
trem leuiter ⁊ suauiter ita ꝙ dura mater neqȝ cerebrū
ex cōpressione dolorem incurrat ⁊ ne per hoc locꝰ apo
stemetur. ⁊ sic leuiter ⁊ suauiter pōas petiā sup petiā i
tātū ꝙ foramē cranei ex ipsis petijs repleatur ⁊ postea
cum plumaceolis inuoluti in eodē oleo ⁊ melle imple-
as vulnus cutis ꝙ est contra craneum ⁊ cūȝ repletum
fuerit inungas vulnus circunquaqȝ per totū cum oleo
rosato ⁊ boloarmēo mixtis ⁊ postea habeas stupas ma
defactas in aqua a quibus aquam vehementer expri
mas tres vel quatuor magnas secundū formā vulne
ris. Et ponas super illud vulnus cooperiēdo vndiqȝ
⁊ postea liga super locū ⁊ caput totū ⁊ ponas supra bin
dam cū ligatū fuerit vndiqȝ capellum pellis agnie. At
tende ꝙ nihil est ꝙ ita imediate ledat cerebrū ⁊ partes
eius quenadmodum aer ⁊ vulneratum i capite siue sit
cum fractura cranei siue sine fractura hyeme ⁊ estate sū
mopere custodias ab aere ⁊ cū hoc bonuȝ est vt in hye
me semel infirmus mutetur in die vel ligetur in estate
vero bis ⁊ maxime cū fuerit fortis vel intensa aeris
caliditas. Modus vero curationis ex parte medicina
rum ratione temporis infirmitatis ⁊ ratione diete talꝭ
fit. Primo cū accesseris ad infirmū pilis remotis fiat
inunctio cū oleo rosato calido. Secundo eadem die fiat
flebotomia vt dictū est. Et si per signa perpenderis ꝺ
fractura cranei sequenti die post flebotomiaȝ fiat inci
sio cutis vt superius determinatum est vel si timuerit
da fractura incidatur cutis etiā secūdū figurā ⁊ modū
dictum ⁊ impleatur vulnus totū cū plumaceolis infu
sis in oleo rosato mixto cum vitello oui caro ⁊ hec in-
fusio ⁊ positio istius olei calidi cū vitello in vlnere de
bet fieri a principio vsqȝ ad horā in qua os totū ꝙ intē
dis remouere remotū est ⁊ vnctio circa vulnus cū bo
loarmeno ⁊ oleo rosato debet fieri a principio incisio-
nis vsqȝ ad perfectam incarnationem quia nihil est ꝙ
ita defendat caput ⁊ cerebrū ab apostemate calido pꝰ
flebotomiā quenadmodū hec vnctio ⁊ cum hoc cliste
re seu ventris largitas ista tria semper super sunt vti-
lia ⁊ necessaria in egritudine capitis a principio vsqȝ
ad finē vel ad minus donec fueris securus de aposte-
mate calido ne superueniat nam euentus apostematis
calidi in vulnere vbicunqȝ fuerit semper timorosus ē
⁊ mortalis in multis. Scias ꝙ vngentū de oleo rosa-
to ⁊ melle rosato cum hoc ꝙ confortat locū valde ab-
stergit omnem nigredinē dure matris ⁊ superfluitatez
⁊ si nigredinē non remouerit est signū mortis ⁊ accidit
necessario ex mortificatione loci. Infusio vero petiarū
in oleo rosato ⁊ melle rosato que petie ponuntur intra
craneum ⁊ duram matrem debet fieri a die remotiōis
ossis in parte vel in toto vsqȝ ad incarnationē dure ma
tris cū craneo ⁊ tunc medicus post istam icarnationē
debet incipere ponere puluerē capitalem incarnatiuum
⁊ confortatiuum qui sic fit. Re. thuris ciperi nucum ci
pssi mirtilorȝ myrrhe añ. ʒ. ſ. faria orobi. ℥ j. fiat pul
uis cribellatus ex omnibus qui decenter cū petijs ⁊ stu
pis infusis in aqua calida in hyeme ⁊ frigida in estate
a quibus aqua vehementer sit expressa ponatur. Aliꝰ
Re. mumie thuris dragaganti gūmi arabici añ. ʒ. ſ.
sanguinis draconis farine hordei mirtilorum añ. ʒ. ij
fiat puluis cribellatus sed in estate melior. Alius i hye
me. Vngenta possent fieri ex istis ⁊ esset optima incar-
natio: ⁊ tunc requirunt oleum ⁊ rasinam si ceraȝ secun
dum proportionē debitam verbi gratia in lib. j. olei ad
faciendum vngentū per se ex quolibet puluere supra-
dicto requirit. ʒ. j. cere. ⁊. ʒ. iij. rasine ⁊ cū dissoluitur ce
ra cū rasina ad ignē ⁊ cū oleo colatur ⁊ ī colatura illa po
nitur puluis dictarum rerum: ⁊ fit vngentum. In fine
post incarnationem ponitur puluis consolidatiuus qui
sic fit. Re. nucis cipressi galle farine orobi. añ. ℥. ſ. san
guinis draconis mirtis añ. ʒ. ij. fiat puluis cribellatus
Alius. Re. litargirij thutie añ. ʒ. ſ. thuris masticis añ
ʒ. ij. mumie mirtilorum galle nucis cipressi farine oro
bi añ. ʒ. iij. Attende hoc generale in omnibus fracturis
cranei quia si caro vnctuosa vel superflua appareret su
per duram matrem vel craneū secure remoueas eam
cum vngento apostolorū quod faciemus in fine vel vn
gento viridi ꝙ sic fit. Re. aluminis zucharini floris eris
mellis añ. ʒ. j. misce. Et scias ꝙ eadem est proportio
istoruȝ vngentoruȝ ad carneȝ mollē cranei ⁊ dure ma
tris sicut est proportio mellis rosati ad mundificatio
nem nigredinis ⁊ saniei pie matris. Si autem cadēs
vel percussus in capite fuerit sine fractura cranei nō
indiget infirmus alio post abrasionem capitis in prin-
cipio ⁊ flebotomiā ⁊ scarificationē vel clistere seu cli-
steria nisi inunctione cū oleo rosato ⁊ boloarmeno ⁊ po
ne pulueres mirtilorum postea debes supra locuȝ le-
sum ⁊ super puluerem emplastrū ponere de cera noua ca
lefacta ad ignem nam hoc cū puluere mirtilorum con
fortat caput ⁊ locū ⁊ percussum omnē ⁊ defendit ipsum
a receptione humorum ⁊ inflatione. Dieta n eo qui
fracturam patitur siue sit cū vulnere siue sine vulnere
a principio vsqȝ ad finē talis erit a principio die percus
sionis vsqȝ ad dies. x. in estate vel. vij. in hyeme vel
quousqȝ fuerit securus de apostemate ne fiat amplius
des ei micam panis lotaȝ in aqua vel succum farri vꝉ
